Petrus de ſancto Johanne. Johanni Pardo. Salutem. Sepenumero a me petieras vt verſorium noſtrum: quez tibi magnopere aiebas placere: tranſcribendam curarem e meo. quoniam propter miram eius raritatez venalis nuſquaz inueniretur. nec recuſaras quo minus pro eo quanuis magnum precium dummodo cum haberes impenderem. Ego vero cum tibi cuperem celerrime ſatiſfieri nec librariuz inuenirem qui ita breui de bonis notis ſe expediturum polliceretur imprimendum curaui: quo ⁊ celerius ⁊ emendatius: qua in re plurimum laboris ego conſumpſi: ⁊ pulcrioribus notis eum haberes. ſimul: ⁊ ſi tu id non curabas multo vilius eum emeres. De cuius virtutibus nihil attinet me plura dicere preſertim apud eum cui tam ſit notus. vides vt omnia que ab Ariſtotele de logica ſunt conſcripta preter poſteriores analeticos: quos hic conſulto omiſit: que quidez ab illo non ſatis explicate ſunt dicta: ab hoc; dici quod dilucidiſſime vt mihi non Petrum Hiſpanum ſed Ariſtotelem explanare voluiſſe videatur. pluresque alias affert vtilitates: que ⁊ tibi: vt dixi: ſunt note: ⁊ alijs eius ſtudioſis ita placebūt: vt ex oībus qui in hoc genere ſcripſerūt neminez huic noſtro exiſtimēt anteferēduz. Uale.

In hoc libro ſeptem principales tractatus continentur quorum primus eſt de enunciatione correſpondens libro peryarmenias Ariſtotelis.
Secundus eſt de quinqz vniuerſalibus correſpōdens libro predicabilium Porphirij
Tercius eſt de predicamentis correſpondens libro predicamentorum Ariſtotelis.
Quartus de ſilogiſmo ſimpliciter: libro priorum Ariſtotelis correſpondens.
Quintus eſt de locis dyaleticis qui correſpondet libro topicorum Ariſtotelis.
Sextus eſt de fallacijs correſpondens libro elencorum Ariſtotelis.
Septimus eſt de paruis logicalibus nulli ſpeciali libro correſpondens: conſiderans de ſeptem proprietatibus terminorum: Ideoqz diuiditur in ſeptem partiales tractatus.
Primus eſt de ſuppoſitione.
Secundus de relatione.
Tercius de ampliatione.
Quartus eſt de appellatione.
Quintus eſt de reſtrictione.
Sextus de diſtributione.
Septimus ⁊ vltimus eſt de expoſitione.

Expoſitio verſoris preſtantiſſimi doctoris pariſienſis ſuper ſummulis magiſtri Petri hyſpani.

Iſte eſt primus tractatus ſummularum Magiſtri Petri Hyſpani. In quo ipſe compendioſe determinat de hijs que in libris logice Ariſtotelis. Boetij: et Porphirij prolixe continentur: Et dicitur iſte liber ſummularum per ſimilitudinem ad ſummam proprie dictam. Eſt enim ſūma proprie dicta magnus numerus reſultās ex aggregatione plurium paruorum numerorum: ⁊ tranſumptiue per ſimilitudinem ad ſūmam proprie dictaz. aliquis liber in quo eſt aggregatio plurium particularium tractatuum vel capitulorum dicitur ſumma: ⁊ ſummula eſt eius diminutiuum ſcilicet de ſumma ſic accepta ſecunduz tranſumptionez: ⁊ quia iſte liber breuis eſt ⁊ compendioſus. ideo vocatur ſummula: ⁊ diffinitur ſic. Summula eſt quoddaz breue compendium in breui ⁊ generali comprehendens illa que in libris logicalibus diffuſe ⁊ in ſpeciali tractantur. Et dicitur Petri hyſpani ad denotandum cauſam efficientem huius tractatus. Ipſe enim hunc librum extraxit a libris Ariſto. ⁊ aliorum logicorum: ⁊ per hoc patet titulus huius libri. Eſt eniz titulus nominatio libri ſecundum omnes vel aliquaz ſuarum cauſarum.

Primo ſciendum quod huius libri ſicut ⁊ aliorum ſunt quatuor cauſe. Eius cauſa efficiens dicta eſt. Et eius cauſa materialis ſiue ſubiectum attributionis ſicut etiā tocius logice eſt argumentatio. que nihil aliud eſt: quod quidam proceſſus rationis noſtre de noticia noti ad ignoti noticiaz. ⁊ capitur ibi ratio in predicta diffinitione vt capitur ab yſaac quam ſic diffinit. quod eſt anime noſtre intelligibilis virtus faciens currere cauſam in cauſatum. ⁊ quod argumentatio ſit ſubiectuz huius ſcientie ſic probatur ratiōe. quia cōditiones ſubiecti attributionis conueniunt argumētationi reſpectu huius ſcientie: ergo ipſa eſt ſubiectum attributionis huius ſcientie Unde tres ſunt conditiones ſubiecti attributionis. Prima eſt: quod illud ſit principalius conſideratum in ſcientia cuius ē ſubiectum: Et ideo paſſiones ſubiecti: principia. ⁊ partes ſubiectiue: ⁊ integrales que conſiderantur ratione ſubiecti ⁊ non principaliter non habent rationē ſubiecti. Secunda cōditio eſt quod omnia conſiderata in ſcientia cuius eſt ſubiectum habeant reductionem ad tale ſubiectum ⁊ ſub eo contineantur quantum ad rōnem formalem ſuam ⁊ moduz conſiderandi: Unde aliqua reducuntur ad ſubiectū vt principia eius aliqua vt paſſiones: ⁊ aliqua vt partes ſubiectiue vel integrales. Tercia eſt: quod tale ſubiectum ſit adequatum ſciencie cuius eſt ſubiectum. ita quod ſub tali rōne formali in nulla alia ſcientia cōſideretur ſed quod tale ſit ſibi proprium ſub tali rōne. Secundo ſciendum quod ſubiectum octo modis dicitur. Primo modo pro obiecto alicuius potentie: vt color dicitur ſubiectuz viſus ſiue obiectum. Secundo mō pro famulo alicuius domini: vt famulus dicitur ſubiectus alicui dño. Tercio mō pro corpore poſito ſub alio: vt fundamentuz dicitur ſubiectum parietis. Quarto mō pro ſubiecto accidentis. vt paries eſt ſubiectuz albedinis. Quinto pro ſubiecto propoſitōnis. Sexto pro ſubiecto proprie paſſionis. Septimo pro ſubicibili inferiori reſpectu alicuius ſuperioris: vt ſpecies reſpectu generis. Octauo pro ſubiecto attributionis de quo eſt hic principaliter propoſitum: ⁊ deſcribitur ſic. Subiectum eſt cuius completa ⁊ perfecta noticia intenditur in ſcientia cuius eſt ſubiectum: ⁊ ſub cuius ratione formali om

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

nia tradita in illa ſcia conſiderantur: ⁊
ad ipſum hñt attributionem ⁊ ordineꝫ:
qui modi in hijs verſibꝰ notantur. Ob
iectum: verna: poſitum ſub: cui q̄d inhe
ret: Quod prius eſt copula. proprij. lo-
gicaliter infra. Quod ſimul ars ⁊ hēt:
ſunt his ſubiecta quaterna. Tercio
ſciendum ꝙ duplex eſt cauſa finalis. ſ.
intrinſeca ⁊ extrinſeca. Unde finis eius
intrinſecus eſt perfecta ⁊ completa cog
nitio ſui ſubiecti. ſ. argumentationis: et
hoc quantum ad ſua principia partes ⁊
proprietates: ſicut ⁊ in qualibet ſcientia
ſpeculatiua finis propinquus ē perfec-
ta cognitio ſui ſubiecti. Sed eius finis
extrinſecus eſt cognitio omnium aliaꝝ
ſcienciaꝝ que per argumentationem ac
quiruntur. Et ideo quum omnis ſciētia
noſtra ſit bonum ⁊ perfectio ipſius aīe
excedēs in perfectione omnia bona cor
poris: ſequitur: ꝙ logica per quam oēs
alie ſcientie acquiruntur eſt vtilis ⁊ ne
ceſſaria. Unde bonitas rei ⁊ vtilitas at
tenduntur ex parte ſui finis. Quarto
ſcienduꝫ ꝙ cauſa formalis huius tracta
tus eſt duplex. ſ. forma tractādi ⁊ forma
tractatus: forma tractādi eſt ſuus modꝰ
procedendi qui eſt quadruplex. ſ. diffi-
nitiuus: diuiſiuus: probatiuus: ⁊ ratiōe
noſtri exemplorum poſitiuus. Cuiꝰ ſuffi
ciencia ſic habetur: nam oīs modꝰ pro-
cedēdi in aliqua ſcientia aut eſt ꝺ bene
eſſe: aut eſt de neceſſitate doctrine. Si
primum ſic eſt quartus modus: qui eſt
exemploruꝫ poſitiuus. Si ſecundū hoc
eſt dupliciter: aut ſe tenet ex parte ſcien
tis tantuꝫ: ⁊ ſic eſt argumentatiuus: aut
ſe tenet ex parte rei ſcibilis ⁊ hoc ē etiā
dupliciter. q2 aut notificat ipſum ſcibile
quantum ad ſua eſſentialia ⁊ ſic eſt mo
dus diffinitiuus: aut notificat illud quā
tum ad poteſtateꝫ ⁊ ſic eſt diuiſiuus. Et
forma tractatꝰ ē diuiſio libri per tractatꝰ
⁊ tractatuum per capitula ⁊ capituloruꝫ

per partes: ⁊ partium per lectiones. Un-
de in hoc libro ſunt ſepteꝫ tractatus prin
cipales. Primus eſt de enunciatione cor
reſpondens libro periarmenias. Secun
dus eſt de vniuerſalibus correſpondens
libro predicabiliuꝫ porphirij. Tercius eſt
de predicamentis correſpondens libro p̄
dicamentorum Ariſto. Quartus eſt de ſi
logiſmo ſimpliciter correſpondens libro
priorum. Quintus eſt de locis dyaleticis
correſpondens libro topicorum. Sextus
eſt de fallacijs correſpondens libro elen
corum. Septimus eſt de paruis logicali
bus conſiderans de aliquibus proprieta
tibus terminoruꝫ ſcilicet de ſuppoſitioni
bus. de relatiuis. de appellationibus. am
pliationibus. reſtrictionibus. ⁊ de dictio-
nibus ſincathegorematicis qui tractatus
non correſpondet alicui ſpeciali libroruꝫ
logice ſed eſt extractus a diuerſis libris:
et licet via doctrine ille tractatꝰ ſequatur
tractatum fallaciarum tamen ordine na-
ture debet immediate ſequi tractatuꝫ pre
dicamentorum: quia ibi determinatur de
paſſionibus terminorum incomplexorū:
⁊ ſic patet: titulus: cauſe: ⁊ diuiſio huius
tractatus. Et ſi queratur cui parti philo-
ſophie ſcientia huius libri ſubordinatur
reſpoudetur ꝙ ſermocionali: quia logica
eſt ſcientia tractans de ſermone. Sed
contra predicta arguitur primo ſic. Iſte
liber eſt tantum vna ſumma: igitur male
nominatur ſummule in plurali numero.
Secundo ſic. anima eſt ſubiectum ſci
encie huius libri igitur non argumenta-
tio. Tercio ſic. Scientia eſt habitꝰ con
cluſionis: ergo [illegible] ſolum de concluſione
eſt ſcientia: ſed argumētatio non eſt con-
cluſio: igitur de ipſa non eſt ſcientia: nec
eſt ſubiectum. Quarto ſic. prius nō re
ducitur ad poſterius: ſed principia ſub-
iecti precedunt ipſum. igitur non habent
reductionem ad ipſum vt dictum eſt priꝰ
Quinto ſic. finis logice eſt perfectio

anime quum ſit finis cuiuſlibet ſcientie:
ergo perfecta cognitio argumentationis
non eſt hic finis: quum illa cognitio ſit ef
fectus anime conſequens ſuum eſſe com
pletum. Ad argumenta. Ad primum
dicitur ꝙ ſi conſideretur iſte liber vt eſt
vnus totalis tractatus bene dicitur ſum-
mula in ſingulare. ſed ſi conſideretur vt
continens plures partiales tractatus be
ne dicitur ſummule in plurali. Ad ſe-
cundum dicitur ꝙ licet anima ſit ſubiec-
tum inheſionis cuiuſlibet ſcientie capien
do ſubiectum pro ſubiecto accidentis. nō
tamen eſt ſubiectum attributionis eius ꝺ
quo ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad
tercium dicitur ꝙ de concluſione tantum
eſt ſcientia directe tanquam de obiecto ꝓ
prio eius. ſed tamen indirecte eſt ſciētia
de ſubiecto concluſionis: ⁊ de eius predi
cato de principijs ⁊ partibus eiuſdeꝫ ſub
iecti: modo licet argumentatio non ſit cō
cluſio tantum: tamen vt deſignatur per
modum incomplexi poteſt eſſe ſubiectuꝫ
vel predicatuꝫ concluſionis. Ad quar
tum dicitur ꝙ licet principia ſubiecti ſe-
cundum ſuum eſſe non habeant reducti
onem ad ſubiectum tamen poſſunt redu
ci ad ipſum quantum ad rationem conſi
derandi: ⁊ iſto modo poſteriora ſunt.
Ad quintum negatur conſequentia. et
cauſa eſt quia licet perfecta cognitio ar-
gumentationis ſit ipſa met perfectio. ſiue
effectus anime. tamen bene eſſe poteſt ꝑ
fectio eius accidentalis. ⁊ poteſt perfice-
re ipām in ordine ad ſuum fineꝫ vltimuꝫ
qui eſt felicitas ideo.

d yaletica eſt ars arti-
um ⁊c. Poſtquam dic
tum eſt de cauſis huius
libri. ⁊ titulo eius. hic con
ſequenter accedendum ē
ad materiam eius. In principio autem
huius autor premittit prohemiuꝫ: ⁊ quia

in prohemio quilibet autor debet red
dere auditorem beniuolum docilem: et
attentum: ideo ratione huius autor pri
mo oſtendit excellentiam: vtilitatem: et
ordinem huius ſcientie: ratione cuiꝰ pri
mo diffinit dyaleticam dicens ꝙ eſt ars
artium: In qua diffinitione oſtenditur
excellentia huius quuꝫ dicitur. Ars ar
tium. Et tangitur vtilitas eius quum di
citur. Ad omnium methadorum princi
pia viam habens: pro cuius diffinitio-
ne Primo ſciendum eſt: ꝙ ars dupli-
citer accipitur. Uno modo ſpecialiter vt
ab Ariſto. diffinitur ꝙ eſt recta ratio re
rum a nobis factibilium: ⁊ ſic eſt vnus
habitus intellectualis ab alijs diſtinc-
tus: ⁊ hoc modo diuiditur per ſepteꝫ ar
tes mechanicas que continent̄ hijs ver
ſibus. Lana: nemus: miles: nauigatio:
rus: medicina: Hijs ars fabrilis connu
merari poteſt. Et dicuntur iſte artes me
chanice quia faciunt hominem mecha
ri. id eſt commiſceri cum rebus exterio-
ribus ⁊ alienari a ſua propria operatio
ne que eſt ſpeculatio. Alio modo ſumi
tur ars generaliter vt diffinit̄ a Tulio:
vt eſt collectio plurium preceptorum in
vnum finem tendentium ⁊ hoc modo ē
quoddam ſuperius ad ſcienciam: ⁊ ad
artem proprie dictam: ⁊ hoc modo po-
nitur in diffinitione dyaletice: ratiōe cu
ius primo ponitur ars quam ſcientia. ⁊
non capitur ſpecialiter vt opponitur ſci
entie. quia ſic oppoſita ponerētur in ea
dem diffinitione. Secundo ſcienduꝫ
eſt: ꝙ ars generaliter capta ſub ſe com-
prehendit plures habitꝰ intellectuales:
⁊ nō eſt vnus habitus intellectualis ab
alijs diſtinctus. Unde quinqꝫ ſunt ha-
bitus vł virtutes intellectuales quibus
non contingit falſum dicere. ſ. Sapien-
tia. Scientia. Intellectus. Prudentia.
Ars. quoruꝫ ſic habetur ſufficientia. q2
omnis habitus intellectualis eſt ſpeci-

A. ij.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

latiuus vel practicus: ſi ſpeculatiu⁹ hoc
eſt tripliciter: vel dicit cognitioneʒ prin
cipiorum ⁊ concluſionum ſimul: ⁊ ſic eſt
ſapientia vel principiorüʒ tantum: ⁊ ſic
eſt intellectus. vel concluſionum tantuʒ
⁊ ſic eſt ſcientia. Uel ſic omnis habitus
eſt ſpeculatiuus vel practicus. Si ſpe-
culatiuus hoc eſt dupliciter. vl' circa pñ
cipia vel circa concluſiones: Si ſecun-
dum ſic eſt ſcientia. Si primum hoc eſt
dupliciter: vel circa principia demõſtra
tionum: que ſunt principia cognoſcen-
di ſic eſt intellectus. vel circa principia
rerum que ſunt principia quo ad eſſe. ⁊
ſic eſt ſapientia. Si ſit practicus eſt du
pliciter: vel circa agibilia. et ſic eſt pru-
dentia: que ſic deſcribitur. Prudentia ē
recta ratio rerum a nobis agibilium. vl'
circa factibilia: ⁊ ſic eſt ars. Unde ſapi
entia eſt cognitio de primis cauſis ⁊ pñ
cipijs complexis rerum. Sed intellect⁹
eſt habitus principiorum indemonſtra
bilium. Scientia vero eſt habitus con
cluſionis firmus certus ⁊ euidens per
demonſtrationeʒ acquiſitus. Et omnes
iſti habitus aliquo modo continentur
ſub arte generaliter dicta quia in quoli
bet eſt collectio plurium preceptorü ad
vnum finem tendentium. Ex quo patet
ꝙ ſub arte accepta generaliter. continen
tur ſeptem artes liberales que ſüt. Grã
matica. Logica. Rethorica. Muſica.
Arithmetrica. Geometria. ⁊ Aſtrolo-
gia. Tres prime dicuntur triuiales. qua
ſi tribus vijs in vnum tendentes. quia
grãmatica conſiderat de ſermone con-
gruo vel incongruo. Logica vero de ſer
mone vero vel falſo. Rethorica de ſer-
mone ornato vel inornato. Et ſic proce
dunt in cognitionem ſermonis. Alie di
cuntur quadruuiales. quaſi quatuor vi
js in vnum tendentes. ſcilicet in cogni-
tioneʒ quantitatis. quia Arithmetrica
eſt de quantitate diſcreta non contracta
ſcilicet de numero. Muſica eſt de quanti
tate contracta diſcreta ad ſonum. Geome
tria de quantitate continua non contrac-
ta. Aſtrologia ð quantitate contracta ad
motum. Unde omnium libaralium artiü
ſic poteſt haberi ſufficientia: Omnis ars
liberalis eſt circa ſermoneʒ vel circa quã
titatem. ſi primuʒ ſic eſt tripliciter: vel cir
ca ſermonem congruum vel incongruüʒ:
⁊ ſic eſt grãm atica. aut circa ſermoneʒ ve
rum vel falſum ⁊ ſic eſt logica. aut orna-
tum vel inornatum ⁊ ſic eſt rethorica: Si
circa quantitatem hoc eſt dupliciter. vel
circa quan titatem continuam vel diſcre-
tam. Si ſecun dum hoc eſt dupliciter: aut
circa eam ſimpliciter ⁊ non contractam: ⁊
ſic eſt Arithmetrica que eſt de numero
in communi. vel eſt circa quantitateʒ diſ
cretam contractam ad ſonum. ⁊ ſic eſt mu
ſica que conſiderat de numero ſonorum.
ſi primum hoc eſt dupliciter: aut eſt circa
eam ſimpliciter non contractam ⁊ ſic eſt
geometria. aut circa ipſam contractaʒ ad
motuʒ: ⁊ ſic eſt Aſtrologia. Undeverſus
Gra loquitur: dya vera refert. re verba
colorat: Mus canit: ar numerat: geo pon
derat: aſ colit aſtra. Iſte autem artes di-
cuntur liberales triplici de cauſa: Prima:
quia antiquitus ſoluʒ liberi ⁊ nobiles cõ
ſueuerunt eas ſtudere. Secunda quia li
berant homines eas ſtudẽtes a curis mü
danis. Tercia. quia ordinantur ad opera
per animam tantum exercenda: quia ani
ma libera eſt reſpectu corporis: ideo iſte
artes dicuntur liberales. Artes vero me
chanice dicuntur potius ſeruiles. q2 ordi
nantur ad opera per corpus exercenda:
corpus aüt ſeruit anime. Et dicuntur ille
liberales artes alia de cauſa. quia libere
informant intellectum noſtrum ſine aliq̃
difficultate: ⁊ per hoc phiſica ⁊ methaphi
ſica que non libere informant intellectuʒ
non dicuntur liberales. quia methaphi-
ſica eſt de nimis eleuatis ſupra intellec-
tum: ⁊ phiſica eſt de nimis immerſis ma
terie. Tercio ſciendum ꝙ methodus
accipitur dupliciter: Uno modo proprie
prout eſt breuis ⁊ recta via cito ad termi
num ducens. Alio modo tranſumptiue ⁊
ſimilitudinarie. ⁊ ſic eſt ſcientia compen-
dioſe tradita cito ducens in cognitioneʒ
ſui ſubiecti: ⁊ hoc modo capitur ĩ iſta dif
finitione quum dicitur ꝙ logica habet vi
am ad principia omnium methadorum:
ſenſus eſt omnium ſcientiarum. ⁊ valet ꝑ
hoc ad illa principia quia conſiderat de
argumentatione per quam inquirimu s
de principijs omnium ſcientiaruʒ: ⁊ quia
nulla ſcientia ab iſta docet modum argu
endi probabiliter. ideo ſola dyaletica diſ
putat de principijs aliarum ſcientiarum.
Quarto ſciendum ꝙ dyaletica dupli-
citer accipitur. Uno modo generaliter ꝓ
tota logica. Alio modo ſpecialiter ſolum
pro illa parte logice que traditur in libriſ
topicorum: hic autem diffinitur pro tota
logica. tamẽ ſub nomine ſue partis. quia
illud quod conuenit parti etiam aliquo
modo conuenit toti gratia partis: ⁊ ſic pa
tet diffinitio dyaletice ⁊ quomodo hic ca
pitur: Sed contra hanc diffinitionem
primo arguitur. Ars eſt de factibilibus a
nobis quum ſit recta ratio rerum a nobiſ
factibilium. Sed logica non eſt de facti-
bilibus a nobis: ergo non eſt ars. Se
cundo ſic modus ſciendi non eſt ſcientia
ſed logica eſt modus ſciendi. ergo logica
non eſt ſcientia. Tercio ſic. ille geniti-
uus artium ſiue ſcientiarum denotat ex-
cellentiam logice ad alias ſcientias. cum
omnis genitiuus reflexus ſuper ſuuʒ no
minatiuum ſingularem importat excellen
tiam. ſed logica non eſt excellentior alijs
quum multe ſint excellentiores ipſa: ergo
Quarto arguitur. logica eſt quedam
methodus: ergo ſi doceat viam ad prin-
cipia ſequitur ꝙ docebit viam ad princi
pia ſui ipſius quod eſt inconueniens:
Quinto arguitur. principia ſcientia-
rum ſunt per ſe nota: ergo logica nõ va
let ad cognitionem illorum principio-
rum. Ad argumenta: Ad primum
iſtorum dicitur ꝙ licet ars ſpecialiter
capta ſit de factibilibus a nobis: non ta
men ars generaliter capta. ⁊ illo modo
capitur hic: Alio modo capitur genera
liter prout eſt collectio plurium precep
torum. ⁊ ſic non eſt de factibilibus a no
bis ⁊ ſic logica bene eſt ars. Ad ſe-
cundum dicitur ꝙ logica dupliciter ac-
cipitur. Uno modo pro perfecta argu-
mentationis cognitione que dicitur lo
gica docens: ⁊ ſic dicitur ſcientia nec eſt
modus ſciendi. Alio modo pro vſu ar
gumentationis quo vtimur in alijs ſci-
encijs qui vſus dicitur logica vtens et
ſic eſt modus ſciendi ⁊ non eſt ſcientia
proprie dicta. Ad tercium dicitur ꝙ
logica non eſt excellentior in dignitate
omnibus alijs ⁊ in perfectione: eſt ta-
men excellentior ceteris in vſu ſui ſub-
iecti ⁊ applicatione. Ad quartum di
citur: ꝙ ratione argumentationis per q̃
poſſumus inquirere de principijs logi
ce: logica valet ad inquirendum ſua pñ
cipia ſm ꝙ argumentatio eſt inſtrumẽ
tum ſciendi: Argumentatio eniʒ in vni
uerſali conſiderata eſt ſubiectum logi-
ce: ⁊ in particulari eſt inſtrumentum ad
inquirenduʒ de principijs eius. Ad
quintum dicitur ꝙ licet principia ſcien-
tiarum ſint per ſe nota ſecundum ſe: ta-
men quandoqʒ ſunt ignota quo ad nos
⁊ ſic ex parte noſtri argumentatio valet
ad cognitionem eorum.

e T ideo in acquiſitõne al[i]
arum ⁊c. Poſtquam Petru[s]
hyſpa. poſuit diffinitionem d[y]
aletice: ⁊ probationem vnius partis e[t]
in qua diffinitione oſtenſa eſt excelle[n]
tia ⁊ vtilitas huius ſcientie. hic conſe
quenter oſtendit ordinem hui⁹ ſcient[ie]

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

ad alias. ⁊ interpretationem huius no-
minis dyalectica. Ad reddendum audi
torem huius ſcientie docilem ⁊ attentũ
oſtendit d̃ quo: ⁊ quo ordine ſit in hac
ſcientia conſiderandum. ratione aũt pri
mi infert vnum correlarium dicens. ꝙ
dyalectica in acquiſitione aliarum ſcien
ciarum dicitur eſſe prior.. Cuiuis ratio
eſt. quia principia omnium aliarum ſci
enciarum ⁊ etiã concluſiones acquirun
tur per argumentationem. ſed logica cõ
ſiderat de argumentacione ⁊ docet mo
dum arguendi: ergo debet prius acqui
ri quam alie ſciencie: ideo in acquiſitio
ne debet eſſe prior. Primo ſciendũ
ꝙ vna ſciencia dicitur eſſe prior alia du
pliciter. Uno modo ordine nature ⁊ p-
fectionis ⁊ ſic ſcientie reales precedũt
logicam. ⁊ ratio eſt quia ordine nature
ſcientie ordinantur ſicut ⁊ ſua ſubiecta:
ſed ens reale prius eſt ente rationis: er
go ſcientie reales vt phiſica. methaphi
ſica que ſunt de ente reali: precedunt lo
gicam que eſt de ente rationis ⁊ ſimili-
ter alias ſcientias rationales. vt ſũt grã
matica ⁊ rethorica. Alio modo vna ſci
entia dicitur prior alia ordine doctrine
⁊ quo ad nos. ⁊ hoc modo intelligitur
ꝙ logica eſt prior alijs ſciẽtijs. ideo no
tanter dicitur non ꝙ ſit prior ſimplici-
ter ſed in acquiſitione eo ꝙ debet prius
acquiri alijs ſcientijs que per argumen
tationem acquiruntur. Secundo ſcien-
dum ꝙ autor ponit interpretationẽ hu
ius nominis dyaletice quod poteſt du-
pliciter deriuari: Uno mõ poteſt dici a
dia qđ ſcribitur per i. latinum qđ eſt de
⁊ logos ſermo ⁊ ycos ſcientia: quaſi ſci
entia de ſermone. Alio mõ a dya per y
grecum quod eſt duo: ⁊ logos ſermo et
ycos ſcientia: q̃ſi ſcia de ſermone duoꝝ
ſcꝫ opponentis ⁊ reſpondẽtis: licet enĩ
idem poſſit arguere ⁊ reſpondere ⁊ per
ſe facere diſputationem. tamen hoc eſt

in quantum ipſe tenet locum duorũ. Et
hoc patet ꝙ hic non accipitur dicitur pro
ut tantum valet ſicut profertur vel predi
catur ſed vt tentũ valet ſicut deriuatur.
Tercio ſciendum ꝙ in hoc libro inci-
piendum eſt determinare de ſono tanꝙ̃
a cõmuniori in hac ſciencia conſiderato:
cuius rõ eſt. q: logica conſiderat de argu
mentatione tanꝙ̃ de proprio ſubiecto ei⁹
⁊ de diſputatione que fit mediante argu
mentatione. ſed argumẽtatio non poteſt
fieri niſi mediãte ſermone. nec ſermo niſi
mediante voce. nec vox niſi mediante ſo
no. ⁊ ideo a ſono tanꝙ̃ a cõmuniori inci
piendum eſt. q: cõmunior eſt oĩbus iſtis
Quarto ſciendum ꝙ dupliciter poteſt
fieri argumentatio ſiue diſputatio. Uno
modo mentaliter. qñ homo diſputat per
ſe ipſũ conſiderando. ⁊ talis diſputatio
poteſt fieri ſine vocibus ⁊ ſermone. Alio
modo vocaliter ⁊ talis proprie eſt diſpu
tatio quaſi duorum putatio. nam talis ſp
eſt inter opponentem ⁊ reſpondentẽ. Et
iſta non poteſt fieri niſi mediante ſermo
ne. ⁊ in hoc habetur ordo hu⁹ ſcie ad ali
as. ⁊ interpretatio huius noĩs dyaletica ⁊
de quo terminandum ⁊ a quo incipien-
dũ ſit. Sed contra predicta primo ar
guitur. Grãmatica prius d̃bet acquiri ꝙ̃
logica cum logicus preſupponat ſignifi-
cationem terminorum ⁊ modum congrue
loquendi: qui per grãmaticam habetur.
ergo grãmatica prior eſt in acquiſitione
⁊ non logica. Secundo aſ̃ plures me
dici acquiſiuerunt ſcientiã medicine an
te inuentionem logice: ⁊ etiam multi qui
non habuerunt logicam. ergo logica non
eſt prior in acquiſitione aliarum ſcientia
rum. Tercio ſonus ⁊ vox ab ore aia-
lis eque cito proferuntur: ergo ſonus nõ
precedit vocem. igitur vox non fit medi
ante ſono. Quarto ſic. Idẽ non debꝫ
conſiderari in diuerſis ſcientijs. ſed ſo-
nus conſideratur in phiſica. ergo non de

bet conſiderari in logica. Quinto ſic.
qualitas eſt prior quam ſonus quum ſit
genus ſoni. ergo magis incipiendum eſt
a qualitate quam a ſono. Ad argu-
menta. Ad primum dicitur ꝙ duplex eſt
grammatica ſcilicet poſitiua ⁊ regularis.
Poſitiua eſt cognitio que eſt de ſignifi-
catis terminorum ⁊ regulis grammatice
non cognoſcendo cauſas eorum: ⁊ iſta be
ne precedit logicam ſed non eſt ſcientia p
prie dicta: ſed quedam cognitio imperfec
ta. Sed grammatica regularis eſt cogni
tio propter quid regularum grammatica
rum: qua cognoſcuntur probatiue et per
cauſas: ⁊ talis bene eſt ſcientia ⁊ non po
teſt acquiri ante logicam: niſi imperfecte
quum acquiratur per argumentationem
que cognoſcitur per logicam. Ad ſe-
cundum dicitur ꝙ licet tales medici ac-
quiſiuerint medicinam ipfecte per quã
dam argumentationẽ naturalem factã
ſcilicet naturali cognitioni intellect⁹: qui
eſt naturaliter diſcurſiuus nõ tamen per
fecte acquiſiuerunt eam ⁊ per argumen-
tationem artificioſe factam: quia non ha
buerunt artem arguendi: ⁊ inde fuit ꝙ in
ciderunt in errorem. ⁊ ſimiliter dicendũ
eſt d̃ alijs ſcientijs que non acquiruntur
perfecte ſine argumentatione de qua eſt
logica. Ad tercium dicitur ꝙ licet ſo
nus non precedat vocem ſecundum tem
pus: tamen bene precedit ſecundum na-
turam ⁊ in ratione principij formalis: et
ideo vox fit mediante ſono in genere cau
ſe formalis ⁊ non efficientis. Ad quar
tum dicitur ꝙ idem ſub diuerſis rationi-
bus poteſt in diuerſis ſcientijs conſide-
rari licet non ſub eadem ratione. modo
ſonus in phiſica conſideratur vt paſſio
rei naturalis ⁊ in logica vt eſt ſignum cõ
ceptus mentis: ideo diuerſis rationibus
hic ⁊ ibi conſideratur. Ad quintum
dicitur ꝙ qualitas eſt communior ſono
ſecundum predicationem non tamen vt

eſt ſignum conceptus mentis: quia non
ſignificat conceptum niſi vt eſt in ſono.
⁊ ſub illa ratione ſonus hic cõſideratur.
⁊ licet etiam ſonus non ſit ſignum con-
ceptus niſi vt eſt in voce. quia tamen ẽ
proximum genus vocis oportuit hic de
ipſo determinare.

Onus eſt quicquid. Poſt
ſ quaꝫ Petrus hiſ. poſuit pro-
hemium ſuum hic conſequen
ter aggreditur tractatum: ⁊ quia in iſto
primo tractatu: cuius enunciatio eſt ſub
iectum: determinatur de nomine ⁊ ver-
bo eo ꝙ ſunt partes enunciationis. ⁊ in
eorum diffinitionibus ponitur vox cui⁹
ſonus eſt genus: ideo autor primo d̃ter
minat de ſono ipſũ diffiniendo. Son⁹
eſt quicquid proprie ⁊ per ſe percipitur
Pro cuius intellectu primo ſciendũ
eſt ꝙ ſenſibile in cõi dicitur illud quod
aptũ natum eſt ſentiri. ⁊ diuiditur in ſen
ſibile per ſe ⁊ per accidens: Senſibile p
ſe eſt quod per ſe ĩmutat ſenſum ⁊ non
ratione alicuius ſui accidentis ſicut co-
lor per ſe ⁊ non ratione alicuius accidẽ
tis eius ĩmutat viſum ⁊ ſapor guſtum.
Senſibile per accidens ẽ qđ nõ rõe ſui
ſed rõne alicuius accidentis ei⁹ ĩmutat
ſenſum ſicut cãpana ĩmutat auditũ nõ
rõe ſui ſꝫ rõe ſoni ei⁹ qui ſibi ẽ accidẽs.
Secũdo ſciendum ẽ ꝙ ſenſibile p ſe
iteꝝ diuidiĩ in ſenſibile cõe ⁊ proprium.
Senſibile cõe ẽ qđ a plurib⁹ ſenſib⁹ ſen
tiri poteſt ſicut iſta quinqꝫ magnitudo:
numerus: motus: figura: quies: qui di-
cunĩ cõia nõ q: ab oĩbus ſenſib⁹ percipi
antur: ſꝫ a plurib⁹. Sꝫ ſenſibile propriũ
ẽ qđ ab vnico ſenſu ſẽtiri poteſt. ſicut co
lor ẽ propriũ obiectũ viſus: ſicut propri
um ſenſibile. ⁊ ſon⁹ propriũ obiectũ au
ditus: ⁊ odor olfactus: ⁊ ſapor guſt⁹: ⁊ q̃
litates tangibiles q̃ ſunt calidũ. frigidũ
humidũ. ⁊ ſiccum. ſunt proprium obiec
tũ tact⁹. Tercio ſciẽdũ ẽ ꝙ ſenſibile

in communi vt patet ex predictis eſt genus ſoni. ⁊ illud dbet intelligi in ſua diffinitione cum dicitur quicquid percipitur .i. aliquid perceptibile vel ſenſibile. quia percipitur in illa diffinitione dicit aptitudinem ⁊ non actum. ⁊ ſic illa pars diffinitionis ſoni ponitur loco generis: Deinde ponitur per ſe ad differentiam ſenſibilium per accidens: quia vt dictum eſt ſonus eſt ſenſibile per ſe. ⁊ dicitur proprie ad differentiam ſenſibilium communium. quia ſonus eſt ſenſibile ꝓprium auditus. ⁊ ſubiungitur ab auditu ad differentiam propriorum ſenſibilium aliorum ſenſuum. ⁊ ſic intellectus diffinitionis eſt ꝙ ſonus eſt ſenſibile ꝑ ſe ⁊ proprium auditus. ⁊ melius ſic diffinitur per ſuum genus propinquuʒ qd eſt ſenſibile quam per ſuum genus remotum quod eſt qualitas ſenſibilis vt diffinit ipſum Buridanus: vnde Buridanus diffinit ipſum per qualitatem dicēdo: ſonus eſt qualitas ſenſibilis. ſed illa diffinitio ceſſit ab vſu. ⁊ poſſet etiaʒ iſta diffinitio probari quia tres conditiones bone diffinitionis ſibi conueniūt igitur eſt ſufficiens. ¶ Quarto ſciendum ꝙ tres ſunt conditiones bone diffinitionis. Prima eſt ꝙ diffinitio debet conuenire omni contento ſub diffinito. Secunda eſt ꝙ conueniat ſoli diffinito ⁊ ratio harum conditionuʒ eſt. quia diffinitio componitur ex genere ⁊ differentia propria diffiniti: ſed illa differentia competit omni contento ſub diffinito ⁊ ſoli diffinito quia conuertitur cum ipſo: ideo diffinitio debet conuenire omni ⁊ ſoli. Tercia conditio eſt: ꝙ diffinitio debet ſufficienter explicare naturam diffiniti. ⁊ facere ipſum differre a quolibet alio. ratio eſt quia natura rei ſufficienter explicatur per genus ⁊ differentiam que dicunt primam potentiam ⁊ vltimum actuʒ nature rei. diffinitio auteʒ fit ex genere ⁊ dr̄ia ⁊ rōe dr̄e proprie facit diffinitum differre a quolibet alio. Iſte aūt tres conditiones conueniunt diffinitioni ſoni vt ꝓbaretur inductiue igitur ē ſufficiens. ¶ Sciendum vlterius ꝙ quadruplex eſt diffinitio. ſ. quidditatiua. deſcriptiua: cauſalis ⁊ quid nominis. Diffinitio quidditatiua ē orō quid ē eſſe ſignificans per eſſentialia: vt hō ē aīal rōnale ⁊ mortale. Diffinitio deſcriptiua ē oratio quid eſt eſſe rei indicans per accidentalia: vt hō ē aīal greſſibile bipes: Diffinitio cauſalis eſt q̄ datur per cauſas. ſ. efficientem vel materialem. vt ira ē accenſio ſanguinis ad cor. Diffinitio quid nominis ē orō ſignificans quid per nomen importatur. ſicut vacuū dr̄ ſpacium nō repletum corpore: poſſibile tamen repleri. ſed ꝙ diffinitio cadit ſub prima operatiōe intellectus: ideo ſciendum ꝙ tres ſunt operationes intellectus. Prima ē ſimplicium apphenſio: Secunda ē cōpoſitio vl' diuiſio. Tercia ē diſcurſus ⁊ rōcinatio. Sʒ contra ꝑdicta primo arḡ. Ois ꝓpō ē falſa in qua ꝑdicatur vniuerſale vl'iter ſumptum: ſʒ ſic ē in iſta diffinitione: Son⁹ eſt quicquid. nam quicquid ē ſignum diſtributiuum includens materiam ſue diſtributionis: igitur diffinitio ē male poſita.

Secundo ſic. Audibile non eſt de eſſentia ſoni ſed accidens eius igitur ſon⁹ quum percipiatur per audibilitatem per accidens percipitur ab auditu ⁊ non per ſe. Tercio ſic: Omnis motus eſt ſenſibile commune vt patet ex predictis: ſʒ ſonus eſt quidam motus cum ſit motus aeris refracti. vt dicitur in de anima ergo ſonus eſt ſenſibile commune ⁊ ſic in iſta diffinitione male ponitur proprie.

Quarto arguitur ſic. Nullum obiectum potentie paſſiue debet diffiniri per potentiam cuius eſt obiectum: quum ipſum ſit prius ⁊ notius ipſa potencia. ſed ſonus eſt obiectum auditus qui eſt potentia paſſiua igitur. Quinto ſic ſilentiuʒ proprie ⁊ per ſe percipitur ab auditu: quia non percipitur ab eo per aliqd accidens: nec etiam percipitur ab alijs ſēſibus quaʒ ab auditu: igitur diffinitio cōuenit ſilentio: igitur non conuenit ſoli diffinito. Ad argumenta. Ad primū dr̄ ꝙ quicquid eſt ſignum diſtributiuum: ſʒ tamen ibi non tenetur diſtributiue: ſed infinite: ⁊ tantuʒ valet quicquid percipitur id eſt quod eſt perceptibile: ergo ibi non predicatur vniuerſale vniuerſaliter ſūptum. Ad ſecundum dicitur: ꝙ licet audibilitas ſit accidens proprium ſoni non tamen eſt ſibi accidens commune: ideo ſibi bene cōuenit per ſe ſicut propria paſſio conuenit per ſe ſuo ſubiecto. Ad tercium dicitur: ꝙ licet ſonus quantū ad ſuum materiale dicatur mot⁹ aeris. quia ſemper multiplicatur cum motu aeris: tm̄ quantum ad ſuum formale non eſt mot⁹ localis: ſed eſt qualitas cauſata ex violēti fractione aeris vl' alicuius alterius ꝑ medij: ideo non eſt ſenſibile cōmune. Ad quartum dicitur ꝙ obiectuʒ potentie paſſiue non diffinitur a priori ⁊ quidditatiue per potentiam cuius eſt obiectum: tamen bene diffinitur per ipſam a poſteriori ⁊ deſcriptiue: ⁊ hoc quando potentia ē nobis obiecto notior: ſicut eſt in propoſito: Ad quintum dicitur ꝙ licet ſilencium percipiatur priuatiue ab auditu ſcilicet per carentiam ſoni. non tamen poſitiue ⁊ per ſe ſicut ſonus ideo non ſibi competit preſens diffinitio.

[S]onorum alius vox. Premiſſa diffinitione ſoni hic conſequenter autor ponit diuiſionem eius ipſum diuidendo per ſonum vocem ⁊ ſonum non vocem: Cuius diuiſionis ratio eſt: quia omnis ſonus fit ex violenti fractione aeris vel alicuius corporis: vel igitur in tali fractione fit formatio vocis ab ore animalis cuʒ naturalibus inſtrumentis: vel fit ex percuſſione corporum ſine tali formatione: Si primum ſic ē ſonus vox. Si ſecunduʒ ſic eſt ſonus non vox Et poteſt iſta diuiſio probari per conditiones que conueniunt bone diuiſioni.

¶ Primo ſciendum ꝙ tres ſunt conditiones bone diuiſionis: Prima eſt ꝙ membra debent eſſe oppoſita quod debet intelligi ꝙ ſint oppoſita vel formaliter vel virtualiter. ſic ꝙ aliquo modo includant modos contradictorie oppoſitos quia in hijs que diuiduntur vel diſtinguuntur inter ſe ſemper vnum includit aliquo modo negationem alterius. Secunda eſt ꝙ membra diuiſionis non debent excedi a diuiſo. ſed debent euacuare totam naturam ipſius diuiſi ſiue poteſtatem: ſic ꝙ nihil contineatur ſub diuiſo: quod non ſit in aliquo membro diuiſionis. Tercia eſt ꝙ illa mēbra ſimul ſumpta non excedant diuiſuʒ ſed cuʒ eo conuertantur. Sed iſte tres conditiones in predicta diuiſione repeniuntur vt poteſt facile declarari ideo ipſa eſt ſufficiens: ⁊ eſt predicta diuiſio generis in ſuas ſpecies quia diuiſum equaliter ⁊ vna diffinitione dicitur de membris diuidentibus. Et licet vox ſit perfectior ⁊ prior via perfectionis quaʒ ſonus non vox ex parte proprie nature ⁊ perfectionis non tamen reſpectu ſoni in communi ſed equaliter ſe habent. Secundo ſcienduʒ ꝙ vox eſt ſonus ab ore animalis prolatus naturalibus inſtrumentis formatus. Et ibidem ponitur ſonus loco generis: et ponitur ab ore animalis prolatus ad differentiam ſoni facti ex percuſſione duorum corporum: et ponitur naturalibus inſtrumentis formatus ad differentiam tuſſis et ſternutationis et multorum ſonorum qui fiunt ab ore animalis. et tamen non formantur naturalibus inſtrumentis: ideo non ſunt voces. Unde in

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

formatione vocis nouem inſtrumenta requiruntur. ſ. guttur: lingua palatum: quatuor dentes: pulmo: labia. Et licet plura requirantur in cauſatione vocis tamen iſta ſufficiunt ad debitam formationem tanquam inſtrumenta propinq̄.

¶ Tercio ſciendum ꝙ quadrupliciter fit formatio vocis: Primo enim per reſpirationeȝ fit attractio aeris ad pulmonem: Secundo aeris attracti circa pulmonem ingroſſatio. Tercio fit aeris ingroſſati reuerberatio ad arteriam vocalem in qua expulſione cauſatur ſonus. Quarto fit ſoni in aere repercuſſo debita diſtractio ⁊ formatio cuȝ plectro lingue ad palatum ⁊ ad dentes. ⁊ ex diuerſa percuſſione cauſatur diuerſitas vocis ⁊ per defectum huius ſoni facti ab ore animalis ſine tali formatione cū naturalibus inſtrumentis non ſunt voces. Et hec generatio vocis explicatur ī diffinitione eius que ſic ponitur in ſecundo de anima ꝙ eſt repercuſſio aeris reſpirati ab anima ad vocalem arteriam cū ymaginatione ſignificandi. Quarto ſciendum ꝙ ſonus non vox: eſt ille qui generatur ex colliſione corporuȝ inanimatoꝝ vt fragor arboꝝ: ſtrepitus peduȝ. Et eſt colliſio mutua percuſſio duorum corporum ad inuicem: ⁊ dicitur colliſio ex con quod eſt ſimul ⁊ leſio ⁊ ponitur hic loco generis. Dicitur corporū inanimatoꝝ quantum ad modum faciē di ſonum: quia non oportet ꝙ talia corpora ſint inanimata ſecundum ſubſtantiam ſuam quia fragor arborum ⁊ percuſſio manuum ſunt ſoni non voces: ⁊ fiunt a corporibus que ſūt animata ſm ſubſtantiam: ſed ſunt inanimata quantum ad modum operandi: quia faciunt talem ſonum vt ſunt corpora dura: ⁊ nō vt ſunt animata. Sed contra predicta arguitur p̄mo. Nulla forma ſimplex eſt diuiſibilis: ſonus eſt forma ſimplex: igitur male diuiditur. Secundo: ſonus tube ⁊ inſtrumentorum muſicalium eſt q̄dam vox cum habeat continuationeȝ melodiam ⁊ articulationeȝ que ſunt proprie paſſiones vocis: ⁊ tamen non fit ab ore aīalis cum naturalibus inſtrumentis: ergo contra diffinitionem vocis. Tercio ſic: homines edentati ⁊ quedaȝ aues carentes labijs ⁊ dentibus faciunt voceȝ ⁊ tamen non habent inſtrumenta prius enumerata: ergo ad formationem vocis non requiruntur predicta inſtrumenta.

Quarto ſic in fractione panni vel papiri fit ſonus non vox ⁊ tamen ille nō generatur ex mutua colliſiōe. i. percuſſione duorum corporum inanimatorum igitur.

Quinto ſic. tuſſis eſt ſonus non vox ⁊ tamen non fit ex percuſſione duoruȝ corporum inanimatorum. ergo contra diffinitionem. Ad argumenta. Ad primū dicitur: ꝙ nulla forma ſimplex eſt diuiſibilis in partes integrales ⁊ quātitatiuas q: caret talibus tamen bene eſt diuiſibilis in partes ſubiectiuas ſic genus ī ſuas ſpecies: ⁊ hoc modo hic diuiditur ſonuſ in ſpecies eius: ⁊ licet illud membrum ſonus nō vox: ſit quoddam complexum includens negationem: tamen ponitur ad circumloquendum vnam ſpeciēm poſitiuam ⁊ incōplexaȝ defectu nois ſimplicis ſibi impoſiti. Ad ſecundum dicit̄ ꝙ licet voces tube ⁊ ceterorum inſtrumentorum dicantur voces tranſumptiue ⁊ ſimilitudinarie: eo ꝙ per ſimilitudinem participant predictas paſſiones vocis non tm̄ ſunt voces proprie. Ad tercium dr ꝙ hoīes edentati ⁊ aues formant quodam modo voces indiſtincte ⁊ imperfecte: nō tamē voces dictas bene diſtinguunt propter defectum illorum inſtrumentorum.

Ad quartum dicitur ꝙ licet in fractione panni non eſt formaliter mutua percuſſio duorum corporuȝ: tamen ibi eſt equiualenter quantum ad ſuum effectū q̄ eſt ſubita ⁊ violenta fractio aeris que poteſt fieri per ſubitam ſubtractionem partium talis corporis. Ad quintum dicitur. ꝙ licet in tuſſi non ſit percuſſio corporum inanimatorum ſm ſubſtantiaȝ eorum: tamen ſunt ibi corpora inaīata quantum ad modum operandi quia nō fit ibi aliqua formatio vocis ſm aliquam virtutem cognoſcitiuam anime.

Vocum alia ſignificatiua alia nō

Poſtquaȝ autor premiſit diuiſionem ſoni ⁊ diffinitiones membrorum. hic conſequēter ſubdiuidit illud membrum de quo eſt ſibi ad propoſitum ſcilicet ſonum vocem. aliud membꝝ relinquens: quia ſuo propoſito non deſeruit. Et diuidit vocem in ſignificatiuam ⁊ nō ſignificatiuam. Cuius diuiſionis ratio eſt quia omnis vox ſe obicit intellectui: vł ergo ſe repreſentat intellectui tanquam ſignum alterius. vel ſolum repreſentat ſeipſam ⁊ non eſt ſignum alterius ſignati. Si primum. eſt vox ſignificatiua. Si ſecunduȝ eſt vox non ſignificatiua. Et non eſt iſta diuiſio generis ī ſuas ſpecies: ȝ ſubiecti in accidentia. accidit enim voci ꝙ ſecunduȝ ſe accipiatur: ⁊ vt ſignū alicuius ſignati. nec iſte ſunt eſſentiales ⁊ formales differentie vocis ſed accidentales.

Primo ſciendum ꝙ vox ſignificatiua eſt illa que auditui aliquid repreſentat. ⁊ intelligitur ꝙ repreſentat aliquid tanquam ſignificatum eius cuius ipſa eſt ſignum. Signum autem vt dicit Tulius eſt quod ſe offert ſenſui aliquid reliquēs intellectui. ideo talis vox mediante auditu aliquid rep̄ſentat intellectui. quod fit hoc modo: quia vox ordinata ad ſignificandum cum ſit quidam ſonus primo ſe obicit auditui ⁊ per auditum ſpecies vel ſimilitudo illius vocis preſentatur intellectui: per quaȝ ſpeciem intellect⁹ cognoſcēs impoſitionem vocis ad ſignificandū cognoſcit et accipit ſpeciem ſignificati talis vocis. ⁊ ſic vox mediante auditu repreſentat intellectui ſuum ſignificatum.

Secundo modo ſciendum ꝙ vox ſignificatiua duo includit. Primum ē materiale quod eſt ipſa vox: Secundum vero formale quod eſt virtus ſignificādi ⁊ repreſentandi actu actualiter ſuum ſignificatum: que virtus ſibi prouenit p inſtitutionem ⁊ ordinationem ad ſignificandum. per hoc enim ꝙ ipſa imponit̄ ad aliquod ſignificatum: ⁊ efficitur ſignum eius ⁊ accipit virtutem repreſentandi actualiter illud ſignificatuȝ. ⁊ hec virtus quandoqȝ vocat̄ ſignificatio habitualis ⁊ quandoqȝ rō ſignificandi. Et datur ipī voci quandoqȝ per ordinationem primi imponentis: qui ordinat vocem ad ſuū ſignificatū ⁊ nō ad aliud. qn̄qȝ vero venit per ordinationeȝ: q̄ fit ab inſtinctu nature: que inſtigat ⁊ inclinat aīalia ad formandum voces preſentantes ſuos effectus. Ex quo pat; ꝙ ad vocem ſignificatiuam requiritur primo ꝙ habeat ſignificatū aliud a ſe cui⁹ ipā eſt ſignum. Secundo requiritur ꝙ habeat ordinationem ad tale ſignificatum vel ſm placitum vel ſm inſtinctum nature.

Tercio ſciendum ꝙ licet quinqȝ ſint obiecta propria ſenſuum particularium ſicut ſuperius viſum ē: tm̄ q: vox percipitur per audituȝ: magis imponitur ad ſignificandum conceptus ⁊ affectiones anime q̄ꝫ obiecta alioruȝ ſenſuuȝ ab auditu. Cuius rō ē quia voces ſunt in poteſtate noſtra: ⁊ poſſumus formare ipāſ: cum volumus ⁊ variare ſm multas differentias. non auteȝ poſſumus formare ad placitum noſtrum obiecta alioꝝ ſenſuum: vtputa colores vel ſapores: ideo vox ē magis conueniēs ad ſignificādū cōceptus aīe: ⁊ ad hoc ꝙ fiat ſignificatiua q̄ꝫ cetera ſenſibilia. Quarto ſciendu; ꝙ vox non ſignificatiua eſt que nihil auditui repreſentat. qd̄ ſic intelligit̄.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

nihil repreſentat preter ſe ipſaꝫ per mo
dum ſigni. licet bene aliquid repreſen-
tet per modum rei. ſicut buf. ⁊ baf: que
nihil repreſentant. Si tamen ille voces
proferantur indignanter cuꝫ aſperitate
vocis poſſunt ſignificare deriſioneꝫ vl'
aliquem affectum mentis: ⁊ eſſent inter
iectiones. ſed quando proferuntur ſine
ſpeciali ſigno in geſtu corporali vel in
modo proferendi ſic ſunt ſignificatiue.
⁊ per hoc patet diuiſio vocis ⁊ diffiniti
ones membrorum eius. ¶ Sed con-
tra predicta primo arguitur. In bona
diuiſione membra diuiſionis non de-
bent excedere diuiſum: ſed ſignificati-
uum excedit vocem cum multa ſint ſig
nificatiua que non ſunt voces ſicut eſt
circulus ante tabernam: ergo iſta diui-
ſio non valet. Secundo ſic. omnis
vox repreſentat animal cuiꝰ eſt illa vox:
ergo vox non ſignificatiua aliquid au-
ditui noſtro repreſentat. Tercio ſic
vox non ſe obicit intellectui: ſed tantuꝫ
auditui. ſed auditus non reprehendit
ſiguificatum vocis igitur vox ſignifica
tiua nihil auditui repreſentat. Quar
to ſic omnis vox fit cum intentione ſig
nificandi vt patet in ſecundo de anima
ergo oīs vox eſt ſignificatiua. Quin
to ſic omne ſubiectum alicuius propoſi
tionis eſt nomen ⁊ per conſequens vox
ſignificatiua. ſed buf. ⁊ baf. bene ſūt ſub
iecta propoſitionis: vt dicendo buf eſt
vna vox. ergo tales voces ſūt nomina.
⁊ per conſequens ſunt voces ſignifica-
tiue. ¶ Ad primum dicitur ꝙ ſignifi-
catiuum in communi bene excedit vo-
cem nec eſt membruꝫ huius diuiſionis
ſed ſignificatiuum vt eſt adiectiuuꝫ vo
cis non excedit vocem: ⁊ iſto modo hic
intelligitur. Ad ſecundum dicitur ꝙ
licet vox non ſignificatiua repreſentet
animal ſicut effectus ſuam cauſam non
tamen ſicut ſignum ſignatum cui impo

nitur ad ſignificandum. de qua repreſen
tatione eſt hic ad propoſitum. Ad ter
ciuꝫ dicitur ꝙ licet vox ſignificatiua non
primo ſe obiciat intellectui: tamen bene
ſe obicit ex conſequenti mediante audi-
tu: quia per auditum repreſentat ſuam ſi
militudinem. ⁊ ex conſequenti ſignatum
intellectui. Ad quartum dicitur ꝙ in
ſecundo de anima ſolum principaliter in
telligitur de voce ſignificatiua ⁊ per ana
logiam de non ſignificatiua. Unde non
oportet ꝙ diffinitio analogi pro qualibꝫ
ſui parte conueniat cuilibet membrorum
diuiſionis. ſed ſufficit ꝙ complete conue
niat primorum ſm alias partes alijs.

Ad quintum dicitur ꝙ buf: poteſt eſſe
ſubiectuꝫ propoſitionis nō ꝙ habeat ſig
natum: ſed ſoluꝫ prout ab intellectu capit
loco vnius vocis ad ſignificandum im-
poſite talem vocem imperfectam ⁊ tunc
tenetur materialiter.

V Ocum ſignificatiuarum. Poſt
ꝙ auctor poſuit diuiſionem vo
cis in cōmuni ⁊ diffinitiones par
tium eiꝰ. hic conſequenter ſubdiuidit vo
cem ſignificatiuam dicens. ꝙ vocum ſig
nificatiuarum quedam ſignificat ad pla
citum ⁊ quedam naturaliter: cuius ratio
eſt. quia omnis vox ſignificatiua habet
impoſitionem ad ordinem ad ſuū ſignifi
catuꝫ. vel ergo talis ſignificatio fit ſm in
ſtinctum nature: ⁊ ſic ē vox ſignificatiua
naturaliter: vel ſm placituꝫ imponentis:
⁊ ſic ē vox ſignificatiua ad placitū. Pri
mo ſciendū ꝙ vox ſignificatiua naturalr
ē illa que apud oēs hoīes ideꝫ ſignificat
vt gemitus infirmoruꝫ. Cuiꝰ rō ē. qꝛ talis
vox ordinaṫ ad ſignificandū ⁊ repſentan
dum ſuū ſignificatū per inſtinctū nature:
q̄ inclinat aīal ad formandū taleꝫ vocē ⁊
ad exprimendū ſuas affectiones: vt puta
ad exp̄mendū irā. famē. tediū vl' gaudiū.
⁊ ſic d̄ alijs. ⁊ qꝛ natura ē eadē apud oēs
⁊ eodeꝫ mō inclinat aīalia ad explicāduꝫ

ſuas paſſiones: ideo vox ſignificatiua na
turaliter ideꝫ repreſentat apud oēs. ſꝫ ſig
nificatiua ad placitum non ſignificat idē
apud oēs: ſed ſoluꝫ apud illos qui noue
runt eius impoſitionem ad ſignificandū.
¶ Secundo ſciendum ꝙ vox ſignifica
tiua naturaliter ⁊ vox ſignificatiā ad pla
cituꝫ quadrupliciter differunt. Primo in
prolatione qꝛ vox ſignificatiua naturaliṫ
non perfecte formaṫ: neqꝫ profertur prop
ter impetū paſſionis: que impedit hoīeꝫ
ad debite proferendum: Sꝫ vox ſignifi-
catiua ad placituꝫ eſt debite prolata ⁊ for
mata. Secundo differunt ex parte ſigni-
ficationis qꝛ ſignificatiā naturaliter apd̄
omnes idem repreſentat. alia vero nō ſꝫ
tantū apud illos qui cognoſcunt eius im
poſitioneꝫ. Tercio differunt ex parte ſig
nificati qꝛ ſignificatiua naturaliter ſigni-
ficat affectiones ⁊ paſſiones appetitus:
alia vero ſignificat conceptum intellectꝰ.
Quarto ex parte cauſe ſue ordinationis
ad ſignificandum. qꝛ ſignificatiua natura
liter ordinatur ad ſignificandum ab in-
ſtinctu nature. alia vero ſm placitū impo
nentis. Tercio ſcienduꝫ eſt ꝙ vox ſig
nificatiua ad placitū eſt illa que ad volū
tatem primi imponetis aliquid repſñtat.
Uñ differunt voluntas ⁊ placitum. qꝛ vo
luntas eſt potentia volitiua vel actus eiꝰ
qui icipit ab īṫra ⁊ termīaṫ ad extra. ſ. i bo
nū cognitū ſꝫ eꝫ placitū nominat actū vo
luntatis qui incipit ab extra: ⁊ terminatur
ad intra. Incipit enim a re cognita ⁊ ter-
minatur ad voluntatem. ⁊ qꝛ vox ſignifi
catiua ad placitum imponitur ad ſignifi
candum rem que concipitur ab aīa. ⁊ illa
cognitio primo veīt ab extra: ideo magis
proprie dicitur ſignificare ad placituꝫ q̄
ad voluntatem. ¶ Quarto ſciendū ꝙ cū
res preſentatur ſenſui mediante ſenſu ge
nerat ſuam ſimilitudinem in aīa ⁊ per il-
lam ſimilitudineꝫ aīa format intra ſe con
ceptum rei: quem poſtea vult exprimere:

propter quod imponit vocem ad ſigni
ficandum talem conceptum. ⁊ median-
te ipſo rem conceptam. ⁊ ideo apud pro
ferentem vox primo ſignificat conceptū
licet apud audienteꝫ primo repreſentet
rem conceptam. Uñ ipſa proprie nō ſig
nificat conceptum tantum nec rem tan-
tum ſed rem ſub conceptu. Unde iſta q̄
tu or. ſ. res. cōceptus rei. voces. ⁊ ſcrip-
ture. ſic ſe habent ꝙ conceptus ſignifi-
cant res a quibus cauſantur in anima.
⁊ voces immediate ſignificant concep-
tus. ⁊ ſcripture ſignificant voces: ⁊ ſunt
ſigna tantum: nec vlterius ſignificantur
p aliud. Ex iſtis patet diuiſio vocis ſig
nificatiue ⁊ diffinitiones membrorū eiꝰ
¶ Sed contra predicta primo arguitur
ſic. Sicut ſe habent conceptus ad res
ita voces ad conceptus. ſed conceptus
naturaliter ſignificāt res. ergo voces na
turaliter ſignificant conceptus ⁊ per cō
ſequens nulle voces ſignificant ad pla
citum. ¶ Secundo ſic. omne ſignuꝫ ha
bet ſimilitudinem ſui ſignati. ſed omnis
vox ſignificatiua eſt ſignuꝫ rei. ergo ha
bet ſimilitudinem rei ⁊ per conſequens
ſignificat eaꝫ naturaliter. ⁊ nulla ſignifi
cat eam ad placitum. ¶ Tercio ſic. illa
vox ſignificat naturaliter que de ſua na
tura repreſentat ſuum ſignificatum. ſed
gemitus infirmoruꝫ de ſua natura non
repreſentat ſuum ſignificatum. quia ſi
proferaṫ ab homine ſano talis vox non
ſignificat dolorem. ergo talis non ſigni
ficat naturaliter. ¶ Quarto quilibꝫ cog
noſcens impoſitionem vocis ſignifica-
tiue ad placitum cognoſcit ſignificatuꝫ
eius. ſed oēs pñt cognoſcere tale impo
ſitionē ſicut oēs pñt cognoſcere īpoſitio
nē hꝰ vocis hō. ergo tal' vox idē ſignifi
cat apd̄ oēs. ¶ Quīto ſic illud qd̄ fit ad
placitū ē variabile in infinitū cū volun
tas hoīs in infinitum varietur. ergo ſi
vox ſignificet ad placitū ſua ſignificatō

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS

erit variabilis in infinitum. ⁊ ſic nulla
erit certa cognitio de ſignificatione vo
cis ſignificatiue. qđ ē inconueniens. er
go ipſa non ſignificat ad placitum inſti
tuentis. ¶Ad primum iſtoꝝ dicit̄ ꝙ licz
ſit in iſtis ſimile in hoc ꝙ voces ſignifi
cant conceptus ⁊ conceptus res. eſt ta
men diſſimile in hoc ꝙ conceptus eſt eſ
ſentialis ſimilitudo cauſata a re ipā na
turaliter: ideo ſignificat eaz naturaliter.
ſed vox non cauſatur naturaliter a con
ceptu ſed a voluntate concipientis ideo
non ſignificat ipm̄ naturaliter. Ad ſe
cundum dr̄. ꝙ ſignū cauſatum a natura
ſemper hz ſimilitudinem ſui ſignati ſed
non oportet de ſigno cauſato per volun
tatem ſicut patet de circulo taberne qui
non hz ſimilitudinem vini. Ad terci
um dicit̄ ꝙ ſi tal' vox eodem mō forma
retur ab homine ſano ſicut ab hoīe in
firmo: tūc ſp repreſentabit dolorem. ſed
ſi non habeat formaz eandem prolatio
nis cum geſtu corporali: non repſenta
bit idem: nec erit eadem niſi materiali
ter. Ad q̄rtum dr̄ ꝙ ſi oēs cognoſce
rent impoſitionem hꝰ vocis hō tūc ſig
nificaret idem apud oēs ſz nō ſine noti
cia ſue impoſitionis ideo illa impoſitio
non eſt nota apud oēs ſicut eſt inclina
tio naturalis qua vox ſignificat natura
liter. Ad quintuz dicit̄ ꝙ illud qđ fit
ad placitum cuiuſlibet indifferenter va
riatur in infinitum. non tm̄ id qđ deter
minate fit ad placitū vnius ſicut ē vox
ſignificatiua que ſignificat ſoluz ad pla
citum primi inſtituentis.

v Ocum ſignificatiuarum
ad placitum alia. Poſtquā
autor poſuit diuiſionem vocis
ſignificatiue ⁊ diffinitiones mēbroꝝ eiꝰ:
conſequenter autor diuidit vocē ſignifi
catiuam ad placitū per vocē cōplexam
⁊ incōplexam. Cuius diuiſionis rō ē. q2
oīs vox ſignificatiua ad placitū vel con
tinet plures voces ſignificatiuas: vel vnā
tm̄. Si primū ē vox cōplexa. Si ſecundū
ē incōplexa. ¶Primo ſciendū ē ꝙ q̄libz
res dupliciter accipit̄. vno modo ſm ſe. ⁊
tunc fit cōceptꝰ ſimplex: ſiue incōplexꝰ vt
cū ſor. ſm ſe ⁊ nō per habitudinez ad ali
ud apprehendit̄. Secundo aliquid cōci
pitur ſm cōpoſitionem vel habitudinem
ad aliud. vt cū ſor. apprehendit̄ ſiue cog
noſcitur ſub albedine vel alio accidente.
⁊ tunc fit conceptus cōplexus. ideo ē du
plex conceptus rei. ſ. cōplexꝰ ⁊ incoplexꝰ:
⁊ q2 vox ſignificatiua ad placitū ſignifi
cat cōceptū aīe: ideo aliqua ē cōplexa ſig
nificans conceptū aīe cōplexuz: ſicut oro.
⁊ alia ē incōplexa conceptū incōplexū ſig
nificans vt nomē ⁊ verbū per ſe ſumptuz
Secundo ſciendūz ꝙ vox cōplexa eſt
illa in q̄ vniunt̄ plures voces ſignificati
ue ⁊ repn̄tant conceptū cōplexū. ⁊ ideo ad
perfectā rōez vocis cōplexe tria requiri
tur. Primo ꝙ ibi ſint plures voces ſigni
ficatiue. ⁊ ille voces hn̄t ſe tanq̄ materia
le vocis cōplexe. Secundo ꝙ ille voces
1 Poſtꝙ̄ autoꝛ determinauit đ materia propoſitionum cuius cognitio valet ad cognoſcenduz leges oppoſitionum. hic conſequenter proſequitur determinando de illis legibus propoſitionum oppoſitarum: ⁊ quia propoſitiōes contrarie precedunt oēs alias oppōes ſm oꝛdinē ſuperi⁹ poſitū eo ꝙ ꝯrie ſunt ambe vl'es ⁊ hñt perfectioꝛē quantitatē alijs ꝓpōibus oppoſitis: ideo hic autoꝛ determinat de lege ꝯriarum prius ꝙ̄ de alijs. Primo ſciendum ꝙ ꝯrie nunꝙ̄ pñt eſſe ſimul vere in quacūq; materia Cuius duplex eſt rō. Prima ē q̄r in contrarijs vna eſt vniuerſalis affirmatiua denotans predicatum conuenire ſubiecto pro omni ſuppoſito eius ⁊ alia ē vniuerſalis negatiua denotans predicatuz remoueri a quolibet ſuppoſito ſubiecti: ſed quia impoſſibile eſt idem predicatum ſimul conuenire cuilibet ſuppoſito ſubiecti ⁊ a quolibz remoueri. quia hoc implicat contradictionem: ideo due cōtrarie non poſſunt ſimul eſſe vere. Secunda ratio eſt q̄r ſi due contrarie que ambe ſunt vniuerſales ſint ſimul vere: ⁊ ad veritatez vniuerſalis ſequatur veritas particularis per legem ſubalternarum due ſubcontrarie que ambe ſūt particulares eſſent ſimul vere cum ipis ⁊ ꝑ conſequens propoſitiones contradictorie eſſent ſimul vere quod eſt impoſſibile: ergo ꝯrie non pñt ſil' eſſe vere. Secundo ſciendum ꝙ due ꝯrie bñ poſſunt eſſe ſil' falſe in cōtingenti materia dū tñ accidens ē ſeparabile. Cui⁹ rō eſt q̄r in materia contingenti predicatum pōt cōuenire ſubiecto pro aliquibus ſuppoſitis ⁊ pro aliquibus nō. ſicut albū conuenit hoī pro aliquibus ſuis ſuppoſitis: et pro quibuſdā non: ſ; pro illa parte qua non conuenit ſubiecto vl'is affirmatiua falſificat̄ ⁊ ea parte q̄ conuenit vl'is negatiua reddit̄ falſa igit̄ ī tali materia cōtingenti contrarie poſſunt ſimul eſſe falſe: ⁊ đr notanter dum accidens ē ſeparabile: q̄r ſi eſſet inſeparabile affirmatiua ſemper eſſet vera ⁊ negatiua falſa: ⁊ ſic non poſſent ſimul eſſe falſe. Tercio ſciendū ꝙ due ꝯrie in materia naturali

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

⁊ remota nunq̄ pñt ſimul eſſe falſe. cui⁹ ratio eſt q: in contrarijs in materia naturali ſp vl'is affirmatiua ē vera cū p̄dicatum ſubiecto conueniat pro quolibet ſuppoſito: ⁊ vl'is negatiua falſa: ⁊ ecōuerſo eſt in materia remota vl'is affirmatiua eſt falſa ⁊ negatiua vera: ⁊ ſic ibi due cōtrarie nunq̄ pñt ſimul eſſe falſe. Ex quibus patet ꝙ tres ſunt partes in lege cōtrariarū. Prima ē ꝙ ꝯrie nunq̄ poſſūt eſſe ſimul vere: ſed repugnant in veritate. Secūda ē ꝙ in materia contingenti poſſunt ſimul eſſe falſe ⁊ ſic non repugnāt in falſitate. Tercia eſt ꝙ in materia naturali ⁊ remota nō poſſunt ſimul eſſe falſe. Quarto ſciendum ꝙ repugnantia in veritate conuenit contrarijs ratione forme ſue oppoſitionis q: in q̄cunq̄ materia ſint conuenit ip̄is ſemper: ideo pertinet formaliter ad legē ip̄aꝝ: ſed repugnantia in falſitate q̄n̄q̄ conuenit ip̄is vt in materia naturali ⁊ remota. ⁊ q̄n̄q̄ non vt in contingenti. ⁊ ſic repugnantia in falſitate non conuenit ip̄is rōe forme ſue oppoſitionis: ſed rōe materie: et ideo non pertinet formaliter ad legem ip̄aꝝ ſed ſolū primum mēbrum .ſ. repugnantia in veritate. Sed ꝯ p̄dicta primo ar. oīs lex ē conſtitutio q̄dam precipiens bonū vel prohibens malū. Sꝫ in contrarijs non eſt talis conſtitutio igit̄ nulle ſunt leges contrariaꝝ. Secūdo ſic iſte oīs homo currit ⁊ nullus hō currit poſſunt ſimul eſſe vere: q: ambe ſiml' habent potentiaꝫ ad hoc ꝙ ſint vere: cū nunc quelibet ſit in potēcia ad veritatē igitur contrarie poſſunt ſimul eſſe vere.

Tercio ſic iſte contrariantur oīs hō ē totū in quantitate: ⁊ nullus hō ē totum in quantitate ⁊ tamen ſunt ſil' vere: ergo ꝯrie pñt ſimul eſſe vere. Quarto ſic in ꝯrijs includuntur ſubcontrarie igit̄ ſi contrarie ſunt ſimul falſe ſequit̄ ꝙ ⁊ ſubcontrarie quod eſt impoſſibile: igit̄ contrarie non poſſunt ſimul eſſe falſe in contingenti materia. Quinto ſic iſte contrariantur in materia naturali vel remota omne animal eſt homo nullum animal ē homo ⁊ tamen ſunt ſimul falſe igitur contrarie in materia naturali poſſunt ſimul eſſe falſe. Ad argumenta. Ad primuꝫ dicitur ꝙ lex vno modo capitur proprie vt eſt regula operationum humanarum docens modum bene viuendi ſicut ē lex nature vel diuina vel humana ⁊ hoc modo eſt precipiens bonum vel prohibens malum ⁊ ſic non capitur in ꝓpoſito. Alio modo capitur ſimilitudinarie vt eſt regula de modo repugnantie propoſitionum oppoſitarum ⁊ ſolum hoc modo capit̄ hic ⁊ conuenit contrarijs. Ad ſecundum dicitur ꝙ hec eſt duplex. contrarie poſſūt ſimul eſſe vere: quia hec determinatio ſimul poteſt referri ad poſſunt ⁊ ſenſus iſtius eſt ſimul habent potentiaꝫ vt ſint vere. ⁊ hoc modo eſt vera. Alio modo poteſt referri ad eſſe vere ⁊ ſic eſt falſa: ⁊ ſenſus iſtius eſt ꝙ contrarie poſſunt ſimul eſſe vere ⁊ ſic ponitur ſimul in preſenti loco. Ad tercium dicitur: ꝙ ſi in illis homo diſtribuatur ſic ſunt contraria ⁊ tunc iſta eſt falſa omnis homo eſt totū in quātitate. ſed ſi homo teneatur ibi ſimpliciter pro ſe ip̄ſo diſtributo ſic non ſunt contrarie quia ambe ſunt ſingulares ⁊ ita debet teneri homo de vi ſermonis ratione illius attributi totum in quantitate.

Ad quartum dicitur ꝙ ad falſitatem vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis ideo non oportet ꝙ ſi due ſubcontrarie includantur in duabus contrarijs ſimul falſis ꝙ propter hoc ſint falſe.

Ad quintum dicitur ꝙ licet ille ſint in materia remota vel naturali tamen ibi eſt predicatio indirecta: ⁊ hoc quod dictum eſt prius ꝙ ꝯrie in illis materijs nō pñt ſiml' eſſe vere dꝫ intelligi in p̄dicatione directa ⁊ ordinata: vñ licet illa omnis homo eſt aīal ſit ī materia naturali: tamē iſta omne aīal eſt homo ponitur in materia remota quia aīal ibi ſtat non ſolū pro hominibus: ſed etiam pro alijs animalibus quibus homo non poteſt conuenire

Ex ſubcontrariarum talis ē

Poſtq̄ autor determinauit de lege contrariarum hic conſequenē determinat de lege ſubcontrariarum in q̄ ſunt plures partes ſicut in lege contrariarū. Prima eſt ꝙ due ſubcontrarie in nulla materia poſſunt ſimul eſſe falſe. Cuius ratio eſt. quia ſi due ſubcontrarie poſſūt ſimul eſſe falſe: due contradictorie erunt ſimul falſe. vt ſi iſte ſubcontrarie quidam homo currit quidam homo nō currit ſint falſe cum ad falſitateꝫ particularis ſequatur falſitas vniuerſalis. vt ad falſitatē iſtius aliquis homo currit ſequatur falſitas iſtius omnis homo currit ergo due contradictorie erunt ſimul falſe: quod eſt inconueniens: ideo ſi in ſubcontrarijs aliq̄ ſit falſa reliqua erit vera ⁊ non econuerſo

Primo ſciendum ꝙ ſecunda pars legis ſubcontrariarum talis eſt ꝙ due ſubcontrarie in materia contingenti poſſunt ſimul eſſe vere: ratio eſt. nam in materia contingenti predicatum poteſt ineſſe ſubiecto pro aliquo ſuppoſito ⁊ pro aliquo non ineſſe ſed pro illo ſuppoſito cui cōuenit verificatur particularis affirmatiua. q: ad veritatem eius ſufficit predicatum ei⁹ ineſſe ſubiecto pro vnico ſuppoſito. ⁊ pro ſuppoſito cui non ineſt verificatur particularis negatiua: q: ad veritatem ei⁹ ſufficit predicatum remoueri ab vnico ſuppoſito ſubiecti: ideo in materia contingenti due ſubcontrarie poſſunt ſimul eſſe vere vt iſte quidam homo eſt cecus. quidam homo non eſt cecus. Secundo ſciendum ꝙ in materia naturali ⁊ remota ſubcontrarie nunq̄ poſſunt ſil' eſſe vere: rō ē q: in materia naturali p̄dicatū cōuenit oī ſuppoſito ſubiecti: ido negatiua ſemp eſt falſa ⁊ affirmatiua ſemper eſt vera: ſed in remota p̄dicatum remouet̄ a quolibꝫ ſuppoſito ſubiecti: ideo ſp affirmatiua ē falſa: ⁊ negatiua vera: Ex quo ptꝫ ꝙ tres ſunt partes in lege ſubcontrariaꝝ. Pria ē ꝙ pñt ſiml' eſſe falſe. Secūda ē ꝙ pñt eſſe ſimul vere in materia contingenti. Tercia ē ꝙ in materia naturali ⁊ remota nunq̄ pñt eſſe vere nec falſe ⁊ ſic ſemp repugnant in falſitate: ⁊ hoc conueit eis rōe forme ſue oppoſitionis: ideo pertinet formaliter ad legem ip̄aꝝ. Q̄n̄q̄ repugnant in veritate ⁊ q̄n̄q̄ nō. ideo cōuenit ip̄is rōne materie nec pertinet formaliter ad legem ip̄arum: vnde patet ꝙ lex ſubcontrariarum econtrario ſe habꝫ ad legem contrariarū. Tercio ſciendum ꝙ due contradictorie in nulla materia poſſunt ſimul eſſe vere. cuius ratio eſt quia in contradictorijs denotat̄ idē ineſſe ⁊ non ineſſe eidem: quia idem affirmatur ⁊ negatur de eodem: ſed impoſſibile eſt idem ineſſe ⁊ non ineſſe eidem hoc enim eſt primum principium omnium complexorū. ideo contradictorie nunq̄ poſſunt ſimul eſſe vere. ſed ſi vna eſt vera alia falſa eſt. Quarto ſciendum eſt ꝙ contradictorie in nulla materia poſſunt ſimul eſſe falſe: ratō eſt quia ſi poſſent ſimul eſſe falſe cū vnum contradictoriorū ſit ens ⁊ aliud ñ ens: ſequeretur ꝙ inter ens ⁊ non ens eſſet dare medium ſed hoc eſt impoſſibile: quia ens continet omnia entia: ⁊ omne aliud ab ente dicitur non ens: ideo contradictorie non poſſunt ſimul eſſe falſe: ⁊ ſic habent repugnantiam in veritate ⁊ falſitate ſimul: ⁊ vtrunq̄ pertinet formaliter ad legem ipſarum. ⁊ hoc eſt quod dicitur ꝙ contradictorie magis opponuntur quam contrarie ⁊ ſubcontrarie: quia contrarie in veritate opponuntur: ſubcontrarie in falſitate ſolum. ſubalterne in quantitate ſolum. Sed con-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

tra predicta primo ar. ſic: due contrarie poſſunt ſimul eſſe falſe. ſed falſitas vniuerſalis prouenit ex falſitate alicuius particularis eius. igitur ad falſitatē contrariarum oportet ꝙ ſubcontrarie ſint ſimul falſe: Secundo ſic idem non pōt ineſſe ⁊ non ineſſe eidem nec vere affirmari ⁊ negari de eodem: ſed in ſubcontrarijs ſemper idem affirmatur ⁊ negatur de eodem igitur in materia contingenti nō poſſūt ſimul eſſe vere. Tercio ſic iſte ſunt vere ſimul quoddam ens eſt bonū quoddam ens non eſt bonum: ⁊ tamen ſunt in materia naturali. q2 bonuȝ ē proprietas entis: ergo in materia naturali ſubcontrarie poſſunt ſimul eſſe vere qḋ eſt contra legem earum. Quarto ſic. in morte ſortis ſor. habet ſimul eſſe ⁊ nō eſſe: igitur duo contradictoria quādoqȝ ſunt ſimul vera. antecedens patet quia ſi eſſe ⁊ non eſſe ſibi non ſimul conuenirent in eodem inſtanti ſibi conuenirent in diuerſis inſtantibus ⁊ ibi eſſet tēpus inter mediū in quo ſor. nec haberet eſſe nec non eſſe ⁊ ſic due contradictorie eſſent ſimul falſe ⁊ cum hoc ſit impoſſibile oportet dare primum quod ſimul habet eſſe ⁊ nōn eſſe. Quinto ſic vnum contradictorium eſt falſum igitur alterū eſt falſum: ⁊ ſic poſſunt ſimul eſſe falſa. conſequentia tenet. quia vel alteruȝ eſt falſum vel non alterum. Si non alteruȝ cum non alterum ⁊ neutrum equipolleant ſequetur ꝙ neutrum erit falſuȝ: ſed erunt ambo vera. Ad argumenta. ad primum dicitur ꝙ ad falſitatem vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis eius ſed tantummodo vnius ſuarū ſingularium. ⁊ licet veritas vnius ſingularis ſufficiat ad veritateȝ particularis tamen falſitas ſingularis non ſufficit ad falſitatem particularis: quia plus requiritur ad veritatem ſingularis ꝙ particularis. ſ. predicatū ineſſe ⁊ non ineſſe pro vno ſuppoſito determinato: quod non requiritur ad particularem. Ad ſecundum dr̄ ꝙ licet idem numero ineſſe ⁊ nō ineſſe non poſſit eidem numero: tamē poteſt ineſſe ⁊ non ineſſe eidem in ſpecie p diuerſis ſuppoſitis ⁊ ſic pro diuerſis ſuppoſitis verificantur ſubcontrarie. Ad tercium dicitur ꝙ ſi capiatur bonū vt eſt paſſio entis: ⁊ conuertitur cū ente ille ſūt in materia naturali ⁊ negatiua eſt falſa. ſȝ ſi capiatur vt dicit bonitatem moris: illo modo ē accidens reſpectu entis. ⁊ illa ſūt in materia contingenti. Ad quartū dr̄ ꝙ in morte ſortis ipē habet eſſe ⁊ nō eſſe in eodē inſtanti capto materialiter diuerſo tamen formaliter. quia vt eſt finis preteriti habet in eo eſſe: ⁊ vt eſt principium futuri habet in eo non eſſe ⁊ quia non ē idem inſtans formaliter ideo eſſe ⁊ non eſſe dicunt ſimul conuenire ſorti. nec etiā oportet ibi eſſe tempus mediuȝ. Ad quintum dr̄ ꝙ alteruȝ vno modo capitur indefinite vel particulariter vt tantuȝ valet ſicut vnum vel aliquod. ⁊ ſic bene ſequitur vnum contradictorium ergo ⁊ alterum ⁊ valet probatio conſequētie. Alio modo relatiue vt eſt relatiuum diuerſitatis. ⁊ ſic conſequentia non valet nec probatio eius. quia hoc modo non alterum ⁊ neutrum non equipollent.

Ex ſubalternaꝝ talis eſt ⁊c.

l Poſtꝙ autor determinauit ḋ lege contradictoriaruȝ que repugnant in qualitate ⁊ quantitate ſimul: hic cōſequenter determinat de lege ſubalternaꝝ q̄ repugnant in quantitate ſolum: ſubalterne enim non repugnant in veritate quia poſſunt ſimul eſſe vere: nec in falſitate q2 poſſunt ſimul eſſe falſe. nec in qualitate: ideo ſolum repugnant in quantitate. ideo inter omnes propoſitōnes ſubalterne minime repugnant ſiue opponuntur. ratiōe cuius autor vltimo determinat de ipīs. ⁊ primo dicit ꝙ ſi vl'is ē vera particularis eſt vera ⁊ non econuerſo. Vbi eſt primo ſciendu ȝ ꝙ ad veritatem vniuerſalis ſequitur veritas particularis ſibi ſubalterne: cui9 ſunt due rationes: Prima ꝙ ſi p̄dicatum vere dicatur de quolibet ſuppoſito ſubiecti ſicut dicit vniuerſalis etiam vere dicetur de aliquo ſuppoſito ſubiecti quod ſufficit ad veritatem particularis: ideo ad veritatem vniuerſalis ſequit ̄ veritas ſue particularis. Secunda ratio eſt quia ſi vniuerſalis eſt vera ſua particulari exiſtente falſa: ſequeretur ꝙ contradictorie eſſent ſimul vere ⁊ ſimul falſe. quia ſi iſta eſſet vera: omnis homo currit: ⁊ illa falſa quidam homo currit: ſubcontraria iſtius. ſ. quidam homo non currit per legem ſubcontrariarum eſſet vera: ſȝ hec aliquis homo non currit contradicit prime. ſ. omnis homo currit: que ponebatur vera igitur due contradictorie erunt vere ſimul. etiam ſi illa ſit vera omnis homo currit per legem contrariarum ſua contraria erit falſa. ſ. null9 homo currit: ſed iſta contradicit illi particulari. aliquis homo currit: ideo ſi iſta ponatur falſa ⁊ vniuerſalis vera due contradictorie erunt ſimul falſe quod eſt impoſſibile: ideo relinquit ꝙ ſi vniuerſalis eſt vera ſua particularis erit vera. Secundo ſciendu ȝ ꝙ ad veritateȝ particularis non ſequitur veritas vniuerſalis: ratio eſt quia in materia contingenti predicatum poteſt conuenire alicui ſuppoſito: ⁊ tamen non conuenire omnibus: ideo particualris poteſt eſſe vera: quia ad ipām ſufficit predicatum vere dici ḋ ſubiecto pro aliquo. vniuerſali tamē exiſtente falſa: ideo quanuis ad veritatē vniuerſalis ſequatur veritas particularis non tamen econuerſo. Tercio ſciēdum ꝙ ad falſitatem particularis ſequitur falſitas ſue vniuerſalis ratio eſt. quia ſi predicatum non verificetur de aliquo ſuppoſito ſubiecti quod requirit ̄ ad veritatem particularis non verificabit ̄ ḋ quolibet ſicut requiritur ad veritatem vniuerſalis igitur ſi particularis ē falſa ſua vniuerſalis eſt falſa licet non econuerſo. etiam ſi particularis poneretur falſa ⁊ non vniuerſalis eius. ſequeret ̄ ꝙ due contradictorie eſſent ſimul vere ⁊ ſimul falſe: quod probaretur eodem modo ſicut probatū eſt in prima parte legis ſubalternarum. Quarto ſciendum ꝙ ad falſitatem vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis. Ratio eſt quia ad falſitatem vniuerſalis ſufficit predicatum falſo dici de aliquo ſuppoſito ſubiecti: ⁊ ad falſitateȝ particularis requiritur falſo dici de omnibus: ſed ſi falſo dicatur de vno non oportet ꝙ falſo dicatur de omnib9 alijs. ideo ad falſitatem vniuerſalis non ſequitur falſitas particularis ⁊ hoc in materia contingēti quia in materia naturali ⁊ remota ſi vniuerſalis ſit falſa etiam ⁊ particularis ⁊ per hoc habentur quatuor partes que ſunt in lege ſubalternarum. Ex predictis colligitur ꝙ ad veritatem vniuerſalis affirmatiue predicatum debet ineſſe ſubiecto p quolibet ſuppoſito: ⁊ ad falſitateȝ ſufficit ꝙ remoueatur ab aliquo ſeu vnico ſuppoſito. Sed ad veritatem particularis vel indefinite ſufficit predicatum verificari de ſubiecto pro vnico ſuppoſito eius et ad falſitatem eius oportet ipm̄ falſo dici de quolibet ſuppoſito: ⁊ ad veritatem ſingularis requiritur ꝙ verificet ̄ de vnico determinato ſuppoſito: ⁊ ad falſitatē ꝙ remoueatur ab eodem. Sed contra predicta primo arguitur. Ad poſitionem vniuerſalis non ſequitur poſitio particularis: vt ad poſitioneȝ animalis non ſequitur poſitio hominis. ergo ad veritateȝ vniuerſalis non requiritur veritas particularis. Secundo ſic. nō ſequit ̄ ōe aīal p̄ter ſortē currit ergo quoddam animal preter ſortem currit: igitur ad veritatem vniuerſalis non ſequitur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

veritas particularis. Tercio ſic. Ad
veritatem huius quidam homo ē aīal:
ſequitur veritas huius oīs homo ē ani
mal: ⁊ ad iſtam aliquis ſol lucet ſequiẗ
iſta omnis ſol lucet: igitur ad veritatem
particularis ſequitur veritas vniuerſal:

Quarto arguitur ſic. in omni bona
conſequentia conſequens includitur in
antecedente: ſed in falſitate particula-
ris non includitur falſitas vniuerſalis.
quia in omni particulari non includitur
vniuerſalis ſua: ergo ad falſitatem par-
ticularis non ſequitur falſitas vniuerſa
lis. Quinto ſic: vbicunqꝫ ſubiectum
tenetur pro equalibus ſuppoſitis: ⁊ vbi
eſt idem predicatum eſt eadeꝫ cauſa ve
ritatis ⁊ falſitatis: ſed in vniuerſali ⁊ par
ticulari eius ſubiectuꝫ tenetur pro equa
libus ſuppoſitis: alias non eſſent oppo
ſite: igitur habent eandem cauſam veri
tatis ⁊ falſitatis: ergo ad falſitatem vni
uerſalis ſequitur falſitas particularis.

Ad argumenta. Ad primum dicitur
ꝙ ad poſitionem vniuerſalis incōplexi
quod eſt ſuperius alicuius inferioris n̄
ſequitur poſitio ſui particularis: ſed ad
poſitionem vniuerſalis complexi quod
eſt propoſitio vniuerſalis: ſequitur poſi
tio ſui particularis. ⁊ de iſto vniuerſali
ſolum eſt hic ad propoſitum. Ad ſe
cundum dicitur ꝙ ibi male capitur par
ticulare illius propoſitōnis vniuerſalis
quia exceptio non poteſt addi termino
capto particulariter: ſꝫ ſic debet capi ſua
particularis aliquod animal aliud a ſor
te currit. ⁊ tūc bene ſequitur ad ſuā vni
uerſalem. Ad tercium dicitur ꝙ licet
in illis propoſitionibus ad particulareꝫ
ſequatur vniuerſalis. hoc tamen non eſt
ratione modi enunciandi. ſed tantū gra
cia materie. quia non ſequitur in oībus
vnde due prime ſunt in materia natura
li in qua vniuerſalis ⁊ particularis eius
equipollent quo ad veritatem: ⁊ ī alijs

eſt vnum ſolum ſuppoſitum ſubiecti qua
re ſi particularis eſt vera etiam vniuerſa
lis: Ad quartum dicitur ꝙ licet in fal-
ſitate particularis non includatur forma
liter falſitas vniuerſalis tamē includitur
virtualiter: quia in hoc ꝙ predicatum fal
ſo dicitur pro quolibet ſuppoſito ſubiecti
includitur ꝙ falſo dicitur pro aliquo qđ
ſufficit ad falſitatem vniuerſalis. Ad
quintum đr ꝙ in vniuerſali ⁊ particulari
ſubiectum dicitur de equalibus ſuppoſi-
tis. non tamen eodem modo. quia in vni
uerſali diſtribuitur ⁊ tenetur in actu ꝓ om
nibus ſuppoſitis eius: ⁊ in particulari ſo
lum tenetur pro omnibus in aptitudine ⁊
non in actu cum non diſtribuatur. ⁊ ſic pa
tet de lege ſubalternarum.

p Ropoſitionum vtroqꝫ ter
mino. Poſtꝙ autor determina
uit ſuperius de oppoſitione que
eſt paſſio propoſitionum participantium
vtroqꝫ termino eodem ordine. hic conſe
quenter determinat de conuerſione que
eſt paſſio propoſitionum participantium
vtroqꝫ termino ordine econuerſo: ⁊ quia cō
uerſio diciẗ analogice. i. ſm̄ prius ⁊ poſte
rius đ ſuis ſpeciebus: ideo autor non dif
finit eam in cōmuni ſed diuidit ⁊ poſtea
diffinit eam in ſuis ſpeciebus: hic tamen
videndum eſt de ratione eius in commu
ni. Primo ſciendum ꝙ conuerſio acci
pitur dupliciter. vno modo generaliter ꝓ
quacunqꝫ mutatione rei de vno in aliud
ſicut eſt conuerſio de bono in malum: vł
conuerſio aque in vinum: ⁊ ſic diciẗ tam
de conuerſione terminorum quam reruꝫ
⁊ propoſitionum: Alio modo capitur ſpe
cialiter ſolum pro mutatione vnius pro-
poſitionis in aliaꝫ que eſt conuerſio pro
poſitionum ⁊ ſic eſt proprietas ꝓpōnum
que conuertuntur: ⁊ ſic conſideratur hic:
⁊ non primo modo. Secundo ſciēduꝫ
ꝙ conuerſio propoſitionum adhuc acci-
pitur tripliciter. Vno modo communiter

pro omni mutatione vnius propoſitionis
in aliam: ⁊ ſic continet ſub ſe conuerſionē
in tīs ⁊ cōuerſionē ī oppoſitam qualitatē
q̄ cōuenit ꝓpōib⁹ de cōtingēti ad vtrūlibꝫ
vt dicendo ſorteꝫ currere eſt contingens:
ergo ſortem non currere eſt contingens.
Secundo modo capiẗ min⁹ cōiter prout ē
mutatio predicati in ſubiectum: ⁊ ecōuer
ſo ſiue ibi ſit bona conſequentia ſiue non
Tercio capitur proprie prout eſt mutatio
predicati in ſubiectum ⁊ econtra cum bo
na conſequentia vnius propoſitionis ad
aliam. vnde quia mutatio ſitus terminoruꝫ
cum qua eſt bona conſequentia diciẗ de-
bita. alia autem vbi non ē bona conſequē
tia dicitur indebita mutatio ideo conuer
ſio magis proprie ſignificat mutationem
ſitus terminoꝝ ꝓpōis cuꝫ bona conſequē
tia vnius ꝓpōis ad aliam ꝙ̄ ſignificat ali
am mutationem ⁊ ſoluꝫ hoc tercio modo
ſumitur hic conuerſio. Tercio ſcienduꝫ
ꝙ cōuerſio ſic diffinitur. Conuerſio ē pro
poſitionum vtroqꝫ termino participanti-
um ordine econuerſo vnius ad aliaꝫ for
malis conſequentia. In qua diffinitione
ponitur formalis conſequētia loco gene
ris: ipa enim eſt ſuperius ad argumenta
tionem conuerſionem ⁊ ad alias ſimpli-
ces conſequentias: ⁊ eſt formalis conſe-
quētia que tenet in omnibus terminis ſi
mili forma arguendi retenta. Deinde po
nitur ꝓpōnum vtroqꝫ termino participan
tium ad dr̄am conſequentie ꝓpōnuꝫ que
non ſunt vtroqꝫ termino participantes ſi
cut eſt in entimemate vel exemplo. poniẗ
ordine econuerſo ad dr̄am conſequentie
ꝓpōnum que ſunt vtroqꝫ termino partici
pantes eodem ordine: ſicut eſt conſequē
tia inter ſubalternas vel inter equipollen
tes. ex quibus patet ꝙ in qualibet cōuer
ſione cum ſit quedam conſequētia requi
runtur due ꝓpōes ⁊ prima eſt conuerſa ⁊
eſt ans̄ reſpectu alterius: ſecunda vero đr
conuertens ⁊ eſt conſequens ad aliam.

Quarto ſciendum ꝙ ꝓpōnum cathe
goricaruꝫ vtroqꝫ termino participantiuꝫ
ordine econuerſo triplex ē cōuerſio ſim
plex per accidens ⁊ per contrapoſitionē
cuius diuiſionis ſufficiētia ſic habetur.
quia oīs conuerſio eſt conſequentia vni⁹
ꝓpōis ad aliam cuꝫ mutatione ſitus ter
minorum. vel ergo in illis ꝓpōibus ter
mini habēt contrariaꝫ poſitōem: ſic ꝙ in
vna ponantur finite ⁊ in alia infinite: vł
habent ſimilem poſitionem ſic ꝙ codeꝫ
modo tenentur in vtraqꝫ: ſi primum ſic
eſt conuerſio per contrapoſitioneꝫ. ſi ſe
cunduꝫ ſic eſt dupliciter vel vna ꝓpō ſe
quitur imediate ⁊ conuertibiliter ad ali
am. ⁊ ſic eſt conuerſio ſimplex: vel n̄ con
uertibiliter ſed ſolū ex conſequenti ſic ē
conuerſio per accidens in qua conuer-
tens non ſequiẗ imediate ad conuerſaꝫ
ſed per alteꝝ. ſ. rōe vnius ꝓpōis que ſe
quitur primo ad conuerſam ad ꝙ̄ ſequi
tur ſua cōuertens ſicut inferius patebit.

Sed ꝯ predicta primo ar̄. Conuerſio
đr mutatio p̄dicati in ſubiectū. ſꝫ p̄dica-
tum cū habeat rōem forme non pōt mu
tari in ſubiectum qđ hꝫ rōem materie:
ergo conuerſio nō eſt poſſibilis: nec eſt
paſſio ꝓpōnum. Secundo ſic. conuerſio
eſt mutatio ſitus terminoꝝ ꝓpōis igiẗ đ
bet dici paſſio terminoꝝ ⁊ non ꝓpōnum

Tercio ſic. conuerſio non eſt aliq̄ ar
gumentatio cū in ipa non ſit medium ⁊
tm̄ in oī argumentatione eſt aliqđ medi
um. igiẗ conuerſio non eſt conſequentia
formalis. Quarto ſic homo ⁊ riſibile
conuertuntur. ⁊ non conuertunẗ ꝑ aliꝙ̄
haꝝ ſpecieꝝ conuerſionis: igiẗ male po
nunẗ tm̄ tres ſpēs cōuerſionuꝫ. Quin
to ſic. Ariſt. ſufficienter determinans de
conuerſionibus non poſuit cōuerſionē
per contrapoſitionem igiẗ hic male po-
nitur inter ſpecies conuerſionis. Ad
argumenta. Ad primū đr ꝙ conuerſio ē
poſſibilis cū oēs eius cauſe ſint poſſibi

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

les:⁊ licet pꝛedicatum foꝛmaliter ſub in
tentione pꝛedicati non poſſit mutari in
ſubiectum:tamen quantum ad illud qđ
eſt bene mutatur in ſubiectum ⁊ ecõtra

Ad ſecunduꝫ dictur ꝙ conuerſio de
bita quantum ad rõem a q̃ ſumitur no-
men conuerſionis dicitur mutatio ſitus
terminoꝝ:dicitur enim conuerſio quaſi
ſimul verſio ſubiecti in pꝛedicatum ⁊ e-
contra ⁊ ſm̄ hoc in ſuo noīe non eſt bo
na conſequentia:ſed quantuꝫ ad id cui
nomen imponitur eſt conſequentia cuꝫ
mutatione terminoꝝ:⁊ talis conſequen
tia eſt paſſio ꝓpõnum ⁊ non terminoꝛuꝫ
⁊ adhuc mutatio terminoꝛum non con-
uenit terminis ſm̄ ſe ſed vt ſunt in ꝓpõe
ideo eſt paſſio ꝓpõis ſibi conueniẽs ra
tione terminoꝛum. Ad tercium dicit̃
ꝙ licet conuerſio non ſit aliqua argumẽ
tatio tamen non ſequitur ꝙ non ſit con
ſequentia foꝛmalis:qꝛ conſequentia eſt
quoddaꝫ ſuperius ad argumentationẽ
⁊ ſimplices conſequentias cuius modi
ſunt conuerſio ⁊ equipollẽtia. Ad q̃r
tum dicitur ꝙ homo ⁊ riſibile inter ſe cõ
uertuntur per conuertibilitateꝫ ⁊ nõ per
conuerſionem:ſic eniꝫ differunt conuer
ſio ⁊ cõuertibilitas ⁊ conuertentia:quia
conuertibilitas eſt paſſio terminoꝝ con
uertibilium qui de ſe inuicem vniuerſa
liter verificant̃. ſed cõuertentia ẽ paſſio
relatiuoꝛum que ad inuicem referuntur
vt ſunt pater ⁊ filius ⁊ cõuerſio ẽ paſſio
pꝛopoſitionum. Ad quintum dicitur
ꝙ Ariſt. conſiderat conuerſionem vt eſt
pꝛincipium reductiuum ſilogiſmoꝝ im
perfectoꝛum ad perfectos: ⁊ quia cõuer
ſio per contrapoſitionem ad hoc non đ
ſeruit:qꝛ in ip̃a non manent idem termi
ni ſimpliciter qui tamen đbent remane
re in reductione ſilogiſmoꝛum ideo illã
non enumerauit Ariſt. inter conuerſio
nes:ſed Pe. hiſ. conſiderauit conuerſio
nem vt eſt paſſio ꝓpõis ⁊ conuerſio per
contrapoſitionem eſt quedaꝫ paſſio eius
ideo ip̃am cum alijs enumerauit:inde eti
am pꝛouenit ꝙ autoꝛ iſte determinauit đ
cõuerſione in pꝛimo tractatu vbi conſide
rat de enunciatione:⁊ Ariſto. de conuer
ſione in libꝛo pꝛioꝛum determinat:vbi cõ
ſiderat de ſilogiſmis.

Conuerſio ſimplex eſt. Poſt
quaꝫ autoꝛ pꝛemiſit diuiſionem
conuerſionis. hic conſequenter
determinat de membꝛis eius. et qꝛ in con
uerſione ſimplici ⁊ per accidens manent
idem termini ⁊ ſm̄ rem ⁊ vocem ⁊ in con
uerſione per contrapoſitionem ſolum ma
nent ſm̄ vocem. ⁊ variantur ſm̄ ſignifica
tionem ideo pꝛius determinat de conuer
ſione ſimplici ⁊ per accidens q̃ de alia:⁊
quia in conuerſione ſimplici eſt ſoluꝫ mu
tatio ſitus termionꝛuꝫ ⁊ non mutatio quã
titatis nec qualitatis ꝓpõis:⁊ in conuerſi
one per accidens eſt mutatio quantitatis
cum mutatione ſitus terminoꝛum:ideo ṗ
us agit de conuerſio ſimplici q̃ per acci-
dens. Pꝛimo ſciendũ ꝙ conuerſio ſim
plex eſt mutatio pꝛedicati in ſubiectum:⁊
econtra:manente eadeꝫ quantitate ⁊ qua
litate:in qua diffinitione ponitur mutatõ
loco generis. deinde ponitur pꝛedicati in
ſubiectum ⁊ econtra ad dr̄am conuerſio-
nis per contrapoſitionem vbi non mutat̃
ſimpliciter pꝛedicatum in ſubiectum: ſed
mutantur termini finiti in terminos infi-
nitos:⁊ ſic variantur ſm̄ ſignificata: De-
inde ponitur manente eadem qualitate ⁊
quantitate ad dr̄am conuerſionis per ac
cidens:vbi eſt mutatio quantitatis ꝓpõ-
nis non tamen remanet hic eadem quali
tas vel quantitas in numero: qꝛ conuer-
tens ⁊ conuerſa numero differunt: ſed ſo
lum manet eadem in ſpecie. Secũdo
ſcienduꝫ ꝙ iſta conuerſio dicitur ſimplex
duplici de cauſa. Pꝛimo qꝛ ibi ẽ ſimplex
mutio pꝛedicati in ſubiectum ſine mutati
one quantitatis vel terminoꝛũ finitoꝛum
in infinitos terminos ſicut in conuerſiõe
per contrapoſitionem que non ẽ ſimplex
mutatio ſed eſt mutatio complectens plu
res mutationes. Secunda cauſa eſt qꝛ in
hac conuerſione pꝛopoſitio conuerſa per
ſe pꝛimo. i. ſm̄ ſe totam conuertitur:⁊ non
gracia partis ſicut in conuerſione per ac
cidens:vbi vniuerſalis non ſm̄ ſe totam
conuertitur:ſed ſm̄ ſuam particularem et
inde ẽ ꝙ in iſta conuerſione vna ꝓpõ ſim
pliciter conuertitur in aliam. ⁊ ideo in cõ
uerſione ſimplici eſt conſequẽtia conuer
tibilis qꝛ ſicut conuertens ſequit̃ ad con
uerſam ita econuerſo qđ tm̄ non fit in con
uerſione per accidens vbi licet particula
ris conuertens ſequatur ad vniuerſalem
non tm̄ econtra:vt licet ſequatur oīs hõ ẽ
aīal:ergo quoddaꝫ aīal eſt homo non tm̄
econtra. Tercio eſt ſciendum ꝙ ſm̄ cõ
uerſionem ſimplicem conuertitur particu
laris affirmatiua qđ ſic pꝛobat̃. qꝛ bene ſe
quitur quidã hõ aſt aīal:ergo quoddam
aīal ẽ hõ:⁊ ibi eſt mutatio pꝛedicati ĩ ſub
iectuum ⁊ econtra:igitur ibi eſt bona con
uerſio:añs patet:qꝛ ſi iſta ſit vera: quidã
homo ẽ aīal opoꝛꝫ ꝙ aliquid ideꝫ ſit hõ
⁊ aīal tunc ſignetur illud idem qđ ſit ho-
mo ⁊ aīal:⁊ vocet̃ ſoꝛtes ⁊ arguitur ſic per
ſilogiſmum expoſitoꝛium . i. ex ſingula-
ribus factum. ſoꝛ. eſt hõ. ſoꝛ. eſt aīal. ergo
quoddam aīal eſt hõ. ⁊ ſic iſta quoddam
aīal eſt homo ſequit̃ ad illaꝫ. ſ. quidã hõ
eſt aīal. ad q̃ ſequuntur pꝛemiſſe illius ſi
logiſmi expoſitoꝛij. Quarto ſciendũ ꝙ
iſta conuerſione etiaꝫ conuertitur vniuer
ſalis negatiua qđ pꝛobat̃ ſic:qꝛ bene ſeq̃t
nullus homo eſt lapis ergo nullus lapis
eſt homo:qꝛ oīs conſequentia eſt bona ĩ
qua ex oppoſito conſequentis ſequit̃ op
poſitum añtis:ſed ſic eſt đ iſta. qꝛ ad iſtã
que eſt contradictoꝛia conſequentis qui
dam lapis eſt hõ ſequit̃ iſta quidam hõ
eſt lapis per conuerſioneꝫ ſimplicem par
ticularis affirmatiue iam pꝛobatam ⁊ illa
eſt oppoſitum añtis. ergo pꝛima conſe-
quentia fuit neceſſaria. Et poteſt alit̃ ſic
argui. ſi non ſequitur nullus hõ ẽ lapis
ergo nullus lapis eſt hõ. oppoſituꝫ con
ſequentis ſtabit cuꝫ añte ſed ad ip̃m ſe
quitur contradictoꝛium añtis ergo due
contradictoꝛie ſtabunt ſimul in veritate
qđ eſt impoſſibile. igitur opoꝛtet pꝛimã
conſequentiam fuiſſe neceſſariã. Sꝫ
contra pꝛedicta pꝛimo ar̄. In oī conuer
ſione eſt mutatio pꝛedicati cuꝫ mutatõe
ſubiecti. ergo in qualibet cõuerſione ſũt
plures mutatõnes. ⁊ per conſequẽs nul
la eſt mutatio ſimplex ſiue conuerſio.

Secundo ſic hec eſt conuerſio ſim-
plex:ſoꝛ. eſt hõ igitur quidam hõ ẽ ſoꝛ.
⁊ tm̄ ibi non remanet eadem quantitas
cum pꝛima ſit ſingularis ⁊ ſecunda ſit ꝑ
ticularis. igitur in conuerſione ſimplici
non manet eadem quantitas. Tercõ
ſic. nullus hõ ẽ ſpecies. igitur nulla ſpe-
cies eſt homo non ſequitur cum añs ſit
verꝝ ⁊ conſequens falſum:cuꝫ contradic
toꝛium conſequentis ſit verꝝ. ſ. aliq̃ ſpe-
cies eſt hõ igit̃ vl'is negatiua non bene
conuertitur ſimpliciter. Quarto ſic. ñ
ſequit̃ nullus ſenex erit puer: ergo nullꝰ
puer erit ſenex cum añs ſit verꝝ ⁊ conſe
quens falſum: igitur conuerſio ſimplex
vniuerſalis negatiue non eſt bona con-
ſequentia. Quinto non ſequit̃. quidã
lapis eſt in muro:ergo quidaꝫ murꝰ eſt
in lapide. igitur particularis affirmatiã
non conuertitur ſimpliciter. Ad argu
menta. Ad pꝛimũ đꝛ ꝙ licet in conuerſi
one ſimplici ſint due mutationes in nu
mero quantum ad terminos ꝓpõis tm̄ ẽ
vna tm̄ in ſpecie. ſ. mutatio ſitus termi-
noꝛum:⁊ nõ eſt complectens plures mu
tationes ſpecie ſicut eſt in alijs conuer
ſionibus. Ad ſecundum đꝛ ꝙ in illa
conuerſione non manet eadem quanti
tas quantum ad moduꝫ enunciandi tm̄
manet eadem virtualiter quãtum ad id

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pro quo verificantur ille propoſitiones
quia ſicut ſingularis pro vnico ſuppoſi
to verificatur ita ⁊ particularis ⁊ indefi
nita ratione cuius de ſingularibus par
ticularibus ⁊ indefinitis idez eſt iudici
um quantum ad conuerſiones. Ad
terciuz dicitur ꝙ illa nullus homo ē ſpe
cies debet ſic conuerti nulla ſpecies eſt
aliquis hō ad hoc ꝙ homo in ſecunda
euidenter teneatur pro ſuppoſitis ſicut
in prima. Ad quartum dicitur ꝙ ille
due.ſ.nullus ſenex erit puer ⁊ nullus pu
er erit ſenex poſſunt capi in ſenſu com-
poſito ⁊ tūc eſt ſenſus:nullus ſenex ſub
forma ſenis erit puer ⁊ ſic ambe ſunt ve
re ⁊ poſſunt capi in ſenſu diuiſo⁊ eſt ſen
ſus talis,nullus ſenex quantū ad id qꝺ
eſt erit puer:⁊ ſic prima eſt falſa ſicut et
ſecunda qꝛ ibi ſenex ſupponit pro oībꝰ
ſenibus p̄ſentibus ⁊ futuris:rōe verbi ꝺ
futuro:⁊ pro oībus illis diſtribuitur:mo
do ꝺ aliquo futuro ſene qui forſan cras
naſcetur verum eſt dicere ꝙ erit puer.

Ad quintum dicitur ꝙ illa non con-
uertitur ſic quidaz lapis eſt in muro er
go quidam murus eſt in lapide ſed de
bet ſic conuerti ergo quoddaz ens i mu
ro eſt lapis quia predicatuz prime non
eſt murus:ſed ens in muro: et ſimiliter
etiam dicitur de iſtis quidam oculus ē
in capite:quod dem vinū ē in dolio.

Conuerſio per acciden.

c Poſtꝙ autor determinauit de
conuerſione ſimplici in q̄ ſoluz
eſt mutatio predicati in ſubiectum ⁊ ecō
tra:hic conſequenter determinat de con
uerſione per accidens in qua ſunt due
mutationes ſcilicet predicati in ſubiec-
tum ⁊ quantitatis: ip̄am ſic diffiniens:
Conuerſio eſt tranſpoſitio predicati in
ſubiectuz: ⁊ econtra.manente eadē qua
litate ſed mutata quantitate. Cuius dif
finitionis eſt eadez explicatio ſicut pre
cedentis preter hoc ꝙ hic ponitur mu-
tata quantitate ad differentiam couerſio
nis ſimplicis. Primo ſciendum ꝙ hec
conuerſio dicitur per accidens: quia per
ip̄am non conuertitur propſitio ſecunduz
ſe totam ⁊ per ſe primo ſed gracia partis
ſcilicet ſm ſuam particularem vt hec oīs
homo eſt animal ergo quoddam animal
eſt homo prima non conuertitur niſi rōe
ſue particularis.ſ. quidam homo eſt aīal
que conuertitur ſimpliciter in aliam ⁊ nō
cōuertitur ſm ſe totam hoc eſt ſm omnes
ſuas ſingulares: etiam illa conuertens ſe
quitur ad ip̄am ſm partem eius ⁊ nō per
ſe primo modo id quod conuenit alicui
ſm partem ſibi conuenit per accidens: et
per alterum:ideo talis conuerſio per acci-
dens nominatur. Secundo ſciendum
ꝙ ſm hanc conuerſionem debite conuer
titur vniuerſalis affirmatiua in particula
rem affirmatiuam:probatur. quia hic eſt
bona conſequentia cū tranſpoſitione ſub
iecti ⁊ predicati.omnis homo eſt animal
ergo quoddaz animal eſt homo.ergo ibi
eſt debita conuerſio cum conuerſio ſit for
malis conſequentia vnius propoſitionis
ad aliam cum mutatione predicati in ſub
iectum:antecedens probatur: qꝛ ad iſtaz
omnis homo ē animal:ſequitur iſta qui-
dam homo eſt animal.per legez ſubalter
narum.⁊ vltra ſequitur quidam homo ē
animal ergo quoddam animal eſt homo
per conuerſionem ſimplicem ergo de pri
mo ad vltimum ſequitur omnis homo ē
animal ergo quoddam animal eſt homo
per illam regulam conſequentiarum quic
quid ſequitur ad conſequens bone con-
ſequentie ſequitur ad antecedens.⁊ talis
conſequentia vocatur de primo ad vlti-
mum. et ſic vniuerſalis affirmatiua bene
conuertitur per accidens.non tamen po-
teſt conuerti ſimpliciter quia argueretur
a non diſtribubuto ad diſtributum a par
te predicati prime propoſitionis qꝺ non
diſtribuitur in prima:eo ꝙ eſt predicatuz
propoſitionis affirmatiue ⁊ tamen diſtri
bueretur in ſecunda cum eſſet ſubiectum
propoſitionis vniuerſalis. Tercio ſciē
dum ꝙ per conuerſionem per accidēs de
bite conuertitur vniuerſalis negatiua in
particularem negatiuam. patet quia hec
eſt bona conſequentia cum tranſpoſitio-
ne terminoruz:nullus homo eſt lapis igi
tur quidam lapis nō eſt homo:igitur vni
uerſalis negatiua bene cōuertitur per ac-
cidens:antecedens patet quia bene ſeq̄
tur.nullus homo eſt lapis:ergo nullus la
pis eſt homo per conuerſionem ſimplicē
ad quam ſequitur quidam lapis non eſt
homo:ideo ſequebatur ad primam: ⁊ ibi
eſt bona conſequentia. Item ſi nō ſequa
tur nullus homo eſt lapis ergo quidaz la
pis non eſt homo:oppoſitum conſequen
tis ſtabit cum antecedente in veritate ſci
licet omnis lapis eſt homo.ſed ad ipſam
ſequitur quidam homo eſt lapis per con
uerſionem per accidens vniuerſalis affir
matiue.ſed illa eſt contradictoria antece
dentis.igitur due contradictorie ſtabunt
ſimul in veritate quod eſt impoſſibile. et
ſimiliter poſſet probari conuerſio per ac
cidens vniuerſalis affirmatiue. Quar
to ſciendum ꝙ vt ſupponitur in hac pro-
batione vltima in omni mala conſequen
tia oppoſitum conſequentis ſtabit in ve
ritate cum antecedente. Cuius ratio eſt:
quia in omni mala conſequentia antece-
dens poteſt eſſe verum conſequente ex-
iſtente falſo.⁊ ideo oppoſitum conſequē
tis ipſius poteſt ſtare in veritate cum an
tecedente.vnde conſequentia nō dicitur
mala niſi quia conſequēs eius non indu
ditur in antecedēte.ſed poteſt eſſe falſuz
antecedente exiſtente vero:ideo ſuuz op
poſitum poteſt eſſe verum cum antecedē
te talis conſequentie. ⁊ ecōtra in bona cō
ſequentia.vnde ex vero nunquaz ſequit̄
falſum licet ex falſo quandoq₃ ſequatur
verum. Ex quibus patet ꝙ vniuerſalis af
firmatiua ⁊ vniuerſalis negatiua bene
conuertuntur per accidēs:ſed nulla par
ticularis poteſt conuerti per accidens:
quia ſi ſic conuerteretur in vniuerſalem
ſed ad particularem nunquaz ſequitur
formaliter ſua vniuerſalis:ideo particu
laris nunquam conuertitur per accidēs

Sed cōtra predicta primo arguitur.
qualitas rei conſequitur quantitatez ei
us igitur mutata quantitate mutabitur
qualitas.ergo in conuerſione per acci-
dens non manet eadem qualitas muta
ta quantitate. Secūdo ſic non ſequi
tur omnis homo videt lapidem igit̄ qui
dam lapis videt hominem.ergo vniuer
ſalis affirmatiua non bene conuertitur
per accidens. Tercio ſic nō ſequitur
omnis homo eſt mortuus: ergo quod-
dam mortuum eſt homo cuz antecedēs
poſſit eſſe verum conſequente exiſtente
falſo.ergo vniuerſalis affirmatiua non
bene conuertitur per accidēs. Quar
to ſic non ſequitur nullus homo eſt mu
lier:ergo quedam mulier non eſt homo
igitur contra conuerſionem vniuerſalis
negatiue. Quinto ſic nō ſequitur nul
lum aīal preter hominem eſt rationale:
ergo quoddam rationale non ē animal
preter hominem:igitur vniuerſalis ne-
gatiua non debet conuerti per accidens

Ad argumenta. Ad primum dicitur
ꝙ mutata quantitate in numero mutat̄
qualitas ſm numerum quia qualitas ſe
quitur quantitatem in eſſe numerali:ſ₃
mutata quantitare in ſpecie non muta-
tur qualitas in ſpecie quia ſm ſuuz eſſe
ſpecificum non ſequitur quantitatem ⁊
de iſta eſt hic ad propoſitum: Ad ſe
cundum dicit̄ ꝙ illa non bene conuerti
tur.ſed debet ſic conuerti oīs homo vi
det lapidem ergo quoddam videns la
pidem eſt homo.eſt enim regula in con
uerſionibus ꝙ qñ in ꝓpōe ponitur ver
bum adiectiuum pro copula principali

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

anteꝙ̄ conuertatur ꝓpō illud reſoluen-
dum ē per eſt: ⁊ ſuum participium ⁊ de-
bet illud participiuꝫ accipi in predicato
⁊ reduci ad ſubiectum conuertentis ali
ter non fieret de predicato prime ſubiec
tum ſecunde: Ad tercium dicitur ꝙ
illa non bene conuertitur: qꝛ in iſta oīs
homo eſt mortuus: homo ſupponit pro
preſentibus ⁊ preteritis ſimul. ratione il
lius preteriti mortuus. ⁊ in alia tenetur
pro preſentibus tantum: ⁊ non ampliaẗ
ſed debꝫ ſic conuerti oīs homo eſt mor
tuus ergo quoddam mortuum eſt vl' fu
it homo. vnde habendum eſt pro regu
la ꝙ termini conuertentis ⁊ conuerſe d̄
bent teneri eque ample ⁊ eque ſtricte. i.
pro equalibus ſuppoſitis: aliter ille nō
eſſent participātes vtroqꝫ termino: id̄o
iſta ſic conuertitur oīs homo eſt gene-
randus. ergo quoddam generandum ē
vel erit homo. ⁊ debet poni verbum fu
turum vt homo ſtet in ſecunda pro futu
ris ſicut in prima. Ad quartum diciẗ
ꝙ illa debet ſic conuerti nullus homo ē
mulier: ergo quedam mulier non eſt ali
quis homo. ⁊ ponitur aliquis homo vt
homo ſtet in ſecunda pro viris tantum
ſicut in prima. Ad quintum diciẗ ꝙ
illa male conuertitur ſed debꝫ ſic cōuer
ti nullum aīal preter hominem eſt ratio
nale. ergo quoddaꝫ rationale non ē ani
mal aliud ab homine reſoluēdo preter
per aliud ⁊ ab. ⁊ ſic debet fieri in omni-
bus exceptiuis: de iſtis tamen ⁊ redupli
catiuis ⁊ excluſiuis habet videri in par
uis logicalibꝰ: quomodo in ſpeciali con
uertantur: ⁊ ſic pꝫ d̄ cōuerſiōe p accidēs

C Onuerſio per contrapoſi
tionem. Poſtꝙ̄ determinatū
eſt de conuerſione ſimplici ⁊ p
accidens vbi termini mutantur ſolum
ſm ſitum. hic conſequenter de conuerſi
one per contrapoſitionem vbi termini
mutanẗ ſm ſituꝫ ⁊ ſignificata ſimlr̄ ipām
ſic diffiniens. Conuerſio per contrapoſi-
tionem eſt mutatio ſubiecti in predicatuꝫ
⁊ econuerſo manente eadem qualitate et
quantitate: ſed mutatis terminis finitis
in terminos infinitos: cuius diffinitionis
ſimilis ē explicatio: ſicut precedētium. ni
ſi quia ibi ponitur mutatis terminis fini
tis in terminos infinitos ad dr̄aꝫ conuer
ſionis ſimplicis ⁊ per accidens. Pri-
mo ſciendum ꝙ terminus finitus ⁊ infi-
nitus contradicunt ideo dicuntur habe-
re contrariam poſitionem ⁊ non ſimilem:
et quia in iſta conuerſione termini finiti
mutantur in terminos infinitos habētes
contrariam poſitionem terminis finitis:
ideo talis conuerſio dicitur per contrapo
ſitionem. vnde qꝛ terminus finitus ⁊ infi
nitus contradicunt vt dictum eſt: ⁊ quan
to vnum contradictoriuꝫ eſt communius
⁊ de pluribus dicitur. tanto ſuum contra-
dictorium eſt minus commune ⁊ de pauci
oribus dicitur: ideo quanto terminus fi-
nitus eſt cōior ⁊ genaralior tanto terminꝰ
infinitus eſt ſpecialior. vt patet per exem
plum: aīal enim ē cōius ꝙ̄ homo ⁊ econ-
tra non homo eſt cōius ꝙ̄ non aīal: quia
dicitur de oībus aliis ab aīali: ⁊ cum hoc
de aliis aīalibus ab homine: ⁊ nō aīal ſo
lum dicitur de aliis ab aīali. Secūdo
ſciendum ꝙ per iſtam conuerſionem de-
bite conuertitur vniuerſalis affirmatiua.
patet quia hic eſt bona conſequentia oīs
hō ē aīal ergo oē non aīal ē nō hō. igitur
vniuerſalis affirmatiua conuertiẗ in vni-
uerſalem affirmatiuam per contrapoſitio
nem: añs patet qꝛ bñ ſequiẗ oīs hō ē aīal
igiẗ oīs hō non eſt non aīal qꝛ aīal ⁊ non
aīal contradicunt: ⁊ vltra oīs hō nō ē nō
aīal: igiẗ oē ñ aīal ñ ē hō p conuerſionem
ſimplicē vlis negatiue. ⁊ vltra oē ñ aīal ñ
ē hō. ergo oē ñ aīal ē ñ hō: qꝛ hō ⁊ nō hō
ↄdicunt: ideo de quocunqꝫ verificatur hō
negatur non homo: ergo de primo ad vl
timum ſequitur oīs hō ē aīal: ergo omne
non animal eſt non homo. Aliter etiam
poſſet probari: quia ſicut animal eſt ſu pe
rius ad hominem ite non homo ad non
animal ratione infinitationis vt dictuꝫ ē:
id̄o ſicut animal vniuerſaliter verificatur
de homine ita non homo de non anima-
li. Tercio ſciendum ꝙ particularis ne
gatiua debite conuertitur per contrapoſi
tionem patet. quia bene ſequitur quidaꝫ
homo non eſt lapis: ergo quidam non la
pis non eſt non homo: ⁊ ſic ibi eſt debita
conuerſio. antecedens patet: quia bene ſe
quitur: quidam homo non eſt lapis: ergo
quidam homo eſt non lapis: quia lapis
⁊ non lapis contradicunt. ⁊ vltra quidaꝫ
homo eſt non lapis igitur quidam nō la
pis eſt homo. per conuerſionem ſimplicē
particularis affirmatiue. ⁊ vltra quidam
non lapis eſt homo. igitur quidam nō la
pis non eſt non homo. quia homo ⁊ non
homo contradicunt. ergo de primo ad vl
timum bene ſequitur quidam homo non
eſt lapis: ergo quidam non lapis non eſt
non homo: ⁊ ſic particularis negatiua be
ne conuertitur per contrapoſitionem non
tamen conuertitur ſimpliciter nec per ac-
cidens: quia ibi argueretur a nō diſtribu
to ad diſtributum ex parte ſubiecti prime
qd̄ in prima non diſtribuitur cum ſit ſub
iectum propoſitionis particularis. ⁊ tamē
in ſecunda diſtribueretur cum eſſet pre-
dicatuꝫ propoſitionis negatiue. Quar
to ſciēduꝫ ꝙ circa conuerſiones predic
tas autor ponit duo notabilia in textu.
Primum eſt ꝙ ſignum poſitum in ſubiec
to propoſitionis que debꝫ conuerti debꝫ
poni ſupra totum predicatum eius ⁊ illud
aggregatum debet poni in ſubiecto con-
uertentis ⁊ hoc eſt intelligendum de con
uerſione ſimplici ⁊ per contrapoſitionem
vbi manet eadem quantitas ⁊ idem ſig-
num: ⁊ non de conuerſione per accidens
vbi mutatur quantitas. Secundum no-
tabile eſt ꝙ eadem eſt conuerſio particu-
laris indefinite ⁊ ſingularis: ratio ē: qꝛ
ſicut ſingularis pro vnico ſuppoſito ve
rificatur ita ⁊ particularis ⁊ indefinita.
ideo de ipīs idem eſt iudicium quātum
ad conuerſiones. vnde ex predictis pꝫ
ꝙ vniuerſalis affirmatiua conuertitur
per accidens ⁊ per contrapoſitionem ſi
mul. ⁊ vniuerſalis negatiua ſimpliciter
⁊ per accidens. Sed particularis affir-
matiua ſolum conuertitur ſimpliciter et
particularis negatiua ſolum per contra
poſitionem. ⁊ per hoc habentur omnes
conuerſiones. vnd̄ verſus. Simpliciter
feci conuertitur eua per acci. Aſto per
contra ſic fit conuerſio tota. Sed cō
tra predicta arẗ primo. termini finiti ⁊ in
finiti non ſunt ideꝫ termini. igitur in cō
uerſione per contrapoſitionem non re-
manent idem termini: igitur ibi non fit
de ſubiecto predicatum nec econtra.

Secundo ſic ſicut ſe habet homo ad
aīal ita non homo ad non aīal: qꝛ ſicut
ſe hꝫ affirmatio ad affirmationem ita ſe
hꝫ negatio ad negationē. ſꝫ hō ñ poteſt
vl'iter dici de aīali ergo nō hō ñ pōt dici
vl'iter de non aīali: igiẗ hec ē mala con-
uerſio: oīs hō ē aīal. ergo oē ñ aīal ē nō
hō. Tercio ſic: ſi particularis negati
ua conuertaẗ p ↄpoſitionē argueẗ a non
diſtributo ad diſtributū a parte ſubiec-
ti conuerſe. qd̄ diſtribuetur in ſecunda
⁊ non in prima: igiẗ talis conuerſio par
ticularis negatiue non valet. Quar
to ſic. hec eſt bona cōuerſio aliquis ho
mo eſt ſortes: igitur ſortes eſt homo: et
tamen ſignum ſubiecti non debet addi
predicato conuerſe: quia termino ſingu
lari non debet addi ſignum igitur ſignū
poſitum in ſubiecto non ſemper debet
addi predicato in conuerſione ſimplici.

Quinto ſic due ſingulares diuerſe
qualitatis contradicunt non autem due
particulares. ergo de particularibus et
ſingularibus non eſt idem iudicium.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Ad argumenta. Ad primum dicit ꝙ
in conuerſione per contrapoſitionez nõ
manent idem termini ſm ſignificatuz ⁊
modum ſignificandi: manent tñ idẽ ter
mini ſm vocem: qꝛ in termino infinito
includitur tota vox termini finiti idõ fit
de predicato ſubiectum ſm quid ⁊ ille ꝓ
poſitiones ſunt vtroqꝫ termino partici
pantes. Ad ſecundum negatur ma-
ioꝛ. quia homo eſt inferius ad aĩal ſed
non homo eſt ſuperius ad non animal.
ideo non ſe habent ſimiliter ⁊ illa auto
ritas ſicut ſe habet intelligitur in cõuer
tibilibus ⁊ non inter inferius ⁊ ſuperiꝰ.

Ad tercium dicitur ꝙ in hac conuer
ſione ſubiectum conuerſe nõ manet ſim
pliciter ⁊ ſm ſignificatum eius. ideo nõ
eſt idem qđ diſtribuitur in predicato cõ
uertentis ⁊ in ſubiecto conuerſe eſt non
diſtributum. quare nõ arguit a nõ diſtri
buto ab diſtributum: Ad quartuz dꝛ
ꝙ illud notabile ſoluz intelligitur quan
do predicatuz conuerſe eſt terminus cõ
munis cui bene poteſt addi ſignum nõ
autem quando eſt terminus ſingularis

Ad quintum dicitur ꝙ licet de parti
cularibus ⁊ ſingularibus non ſit idez iu
dicium quantum ad oppoſitionem. ẽ tñ
idem iudiciuz quantũ ad conuerſionez.

De propoſitione ypothetica.

p Ropoſitio ypothetica eſt
illa. Poſtꝙ ſuperius determi
natuz eſt de ꝓpõe cathegorica
que eſt ſimplex enunciatio ⁊ de qua ꝓn
cipaliter in hoc tractatu intenditur. hic
conſequenter autoꝛ determinat đ ꝓpõe
ypotetica que componitur ex pluribus
cathegoricis: ⁊ ſequitur cathegoricam ſi
cut compoſitum ſua componentia: ipãz
ſic diffiniens. Propoſitio ypotetica eſt
illa que habet duas cathegoricas con-
iunctas per aliquam coniunctionem vꝉ
per aliqđ ſibi equiualens. Pro quo
ſciendum primo ꝙ in hac diffinitione p
hoc relatiuum illa intelligitur genus dif-
finiti ſcilicet propoſitio: que habet modũ
generis reſpectu ypothetice: ⁊ reſiduum
ponitur ad differentiam propoſitionis ca
thegorice. vnde ponitur que habet duas
cathegoricas ad explicandum materiam
propoſitionis ypotetice: due enim cathe
gorice materialiter componunt ypotheti
cam: ⁊ ponitur coniunctas ad oſtenden-
dum ſuam formam tocius que eſt eſſe cõ
iunctum duaruz cathegoricarum inter ſe:
⁊ poitur per aliquam cõiunctionem prop
ter formam partis ypotetice: ſicut eniz in
cathegorica ſubiectum ⁊ predicatum ſunt
materia et copula eſt forma partis ⁊ eſſe
vnitum ſubiecti ⁊ predicati eſt forma toci
us ſic in ypothetica due cathegorice ſunt
materia: ⁊ coniunctio ipãs vniens eſt foꝛ
ma partis: ⁊ eſſe vnitum ipãrum eſt omni
no forma tocius. Secundo ſciendum
ꝙ propoſitiones ypotetice poſſunt dici af
firmatiue vel negatiue: quia vt dictuz eſt
habent copulam principalem: ⁊ ſi illa po
natur cum negatione dicuntur negatiue.
⁊ ſi ſine negatione dicuntur affirmatiue. ⁊
ſic poſſunt dici quales ſed non quante:
cuius ratio eſt: quia quantitas propoſiti
onis ſe tenet ex parte ſubiecti propoſitio
nis. ſed ſubiectum non eſt pars principa-
lis propoſitõnis ypotetice: ſed tantummo
do remota ⁊ a partibus remotis non de-
bet fieri denominatio rei: ideo ypotetice
non dicunẗ alicuiꝰ quantitatis. Tercio
ſciendũ ꝙ ꝑdicta diffinitio põt dici quidi
tatia ſm moduz: rõ ẽ qꝛ explicat naturam
propoſitionis ypotetice per genus ⁊ dif-
ferentiam: hoc eſt per materiam ⁊ formaz
eius. ideo oſtendit principia eſſencialia
diffiniti ⁊ eſſenciaz eius eo modo quo ha
bet eſſentiam: ⁊ per ipãm habetur ſuffici-
enter quid eſt propoſitio ypothetica: ⁊ di
citur ypothetica ab ypos qđ eſt ſub. ⁊ the
ſis poſitio: q̃ſi ſuppoſitia locutio: qꝛ i ipã
vna cathegorica eſt in potentia ad aliam
vnde prima ſe habet quodammodo i po
tentia ad ſecundam: ideo aliquo modo ſi
bi ſupponitur. Quarto ſciẽdum ꝙ pro
poſitio ypotetica diuiditur per condicio-
nalem copulatiuam et diſiunctiuam que
dicuntur ſpecies eius ſm modum que di
uiſio ſic probatur. quia in omni propoſi-
tione ypotetica coniunguntur due cathe-
gorice. vel ergo coniunguntur ſecundum
voces tantum ⁊ ſic eſt diſiunctiua: vel ſe
cundum voces ⁊ ſignificata ſimul. et hoc
dupliciter: quia vel illa ſignificata deno-
tanẗ continere ſeinuicem ſicut antecedẽs
continet conſequẽs ⁊ copulantur per mo
dum vnius: ⁊ ſic eſt condicionalis: vel co
pulantur per moduz diuerſoꝛum: ⁊ ſic eſt
copulatiua: ⁊ per hoc patet ꝙ in condicio
nali in qua vniuntur due cathegorice per
modum antecedentis ⁊ conſequentis ⁊ ꝑ
modum vnius magis vniuntur cathego
rice quam in alijs vbi vniuntur per mo-
dum diuerſoꝛuz. ⁊ adhuc magis in copu
latiua quam in diſiunctiua: ideo condici
onalis precedit copulatiuaz ⁊ copulatiua
diſiunctiuam. Sed contra predicta ar
guitur primo. Idem eſt propoſitio ⁊ pro
poſitio vna: ſicut habet philoſophus idẽ
eſt homo ⁊ vnus homo: ſed ypotetica nõ
eſt propoſitio vna igitur nec eſt propoſi-
tio. et per conſequẽs male ponitur propo
ſitio eſſe genus eius. Secundo ſic. ex
duobus actu exiſtentibus non poteſt fie
ri vnum terciuz: ſed due cathegorice due
ſunt propoſitiones in actu igitur ypothe-
tica non fit ex duabus cathegoricis.

Tercio ſic hec eſt ypotetica: ſoꝛ. qui cur
rit mouetur: ⁊ tamen ibi non eſt coniunc-
tio vniens ipãs cathegoricas. igitur con
tra diffinitionem ypotetice. Quarto ſic
aliqua eſt ypotetica cauſalis vt hec quia
ſol lucet dies eſt. et aliqua tempoꝛalis vt
quando ſol lucet dies eſt: ⁊ aliqua localis
vt ſoꝛ. currit vbi plato diſputat: ⁊ tamen il
le ſpecies non ponuntur in diuiſione pro
poſitionis ypotetice: igitur diuiſio non ẽ
bona. Quinto ſic eadem eſt copula-
tiua ⁊ diſiunctiua. vt ſoꝛ. currit et plato
vel robertus diſputat. igitur membra il
lius diuiſionis coincidũt: igitur diuiſio
eſt inſufficiens. Ad argumenta. Ad
primum dicitur ꝙ licet ypotetica nõ ſit
vna ſimpliciter: eſt tamen vna coniunc
tione: quia capit vnitatem a coniunctio
ne vniente ipãs cathegoricas. Ad ſe
cundum vero dicitur ꝙ licet ex duobus
exiſtentibus actu vt actu ſunt non fiat
vnum tercium: tamen ex ipĩs inquantũ
vnum eſt in potentia reſpectu alterius
bene fit vnum tercium actu. ſed in ypo-
tetica vna cathegorica bene eſt in potẽ
cia ad aliam. eſt tamen cathegorica ſm
proprium eius actum qui eſt vnio pre-
dicati ⁊ ſubiecti in ypothetica. tamen il-
le actus proprius non eſt ſibi vltimus
actus: ſed ipã eſt ſub actu tocius ypote
tice: ideo nõ dicitur ibi eſſe ſub actu pro
prio nec manet ibi ſub forma propria tã
quam ſub vltima forma quia forma ei-
us ſe habet per moduz potentie ad foꝛ
mam tocius ypotetice. Ad terciuz di
citur ꝙ in illa propoſitione non eſt con
iunctio explicite licz ſit implicite ⁊ impli
catur in hoc relatiuo qui qđ tm̃ valet ſi
cut ⁊ ille: ideo ſenſus eſt. ſoꝛ. currit qui
moueẗ. i. ſoꝛtes currit ⁊ ille mouetur: ⁊ ſi
militer diceretur de iſtis ſoꝛtes eſt tan-
tus quantus eſt plato. ⁊ hectoꝛ eſt talis
qualis eſt paris. Ad quartuz dicitur
ꝙ ille ſpecies ypotetice continentur ſub
iſtis tribus tanꝙ ſibi inferioꝛes: ideo ñ
đbuerunt contra ipãs enumerari. vnde
cauſalis continetur ſub condicionali. et
tẽpoꝛalis ⁊ localis ſub copulatiua. qꝛ cũ
dꝛ ſoꝛ. currit qñ plato diſputat. ſenſus ẽ
ſoꝛ. currit in aliquo tempoꝛe ⁊ in eodem
plato diſputat. et ſimiliter cum dicitur
ſoꝛtes currit vbi plato diſputat: ſenſus
eſt ſoꝛtes currit in aliquo loco et in eo-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dem plato diſputat: ⁊ ſic vtraqꝫ reſoluitͬ
in copulatiuam. Ad quintum dicitur
ꝙ licet eadeꝫ ypothetica ſit materialiter
copulatiua ⁊ diſiunctiua non tñ ē eadeꝫ
formaliter qꝛ ſm ꝙ in ipa poſſunt capi
diuerſe coniunctiones pro copula prin
cipali ſic eſt diuerſaꝝ ſpecieꝝ: vt in iſta
ſoꝛ. currit ⁊ plato vel robertus diſputat:
ſi ⁊ ſit copula principalis eſt copulatiua
⁊ ſi vel eſt copula principal' ē diſiūctiua

Conditionalis eſt illa ⁊c.

Poſtq̄ auctor poſuit diffinitio
nem ꝓpōis ypotetice ⁊ eius di
uiſionem. hic conſequenter determinat
ꝺ membris eius. ⁊ qꝛ conditionalis per
fectior eſt oībus aliis: qꝛ in ipa vniūtur
due cathegorice per modum anteceden
tis ⁊ conſequentis: in aliis aūt ſolū vni
untur per modum diuerſarum ꝓpōnuꝫ:
ideo prius determinauit de conditiona
li q̄ꝫ de aliis eam ſic diffiniens. Condici
onalis eſt illa in qua coniunguntur due
cathegorice per hanc coniunctioneꝫ ſi.

Primo ſciendum ꝙ talis ꝓpō ꝺꝛ con
ditionalis: qꝛ ponit veritatem ſue conſe
quentis condicionaliter tm̄ ⁊ non abſo
lute vnde ponit ſuam veritateꝫ ſub illa
conditione ſi añs eſt verum denotando
conſecutionem vnius propoſitionis ad
aliam: ⁊ qꝛ iſta coniunctio ſi denotat cō
ſecutionem ⁊ anteceſſionem vnius pro
poſitionis ad aliam ideo in conditiona
li due cathegorice conuenienter coniun
guntur per hanc coniunctionem ſi vl' ꝑ
aliam ſibi equiualentem. Ex quo patet
ꝙ ad perfectam rationeꝫ condicionalis
ſufficit ꝙ vna propoſitio denotetur ſeq̄
ad aliam ⁊ hoc fit in propoſitione cauſa
li vbi denotatur ꝙ antecedens eſt cau
ſa conſequētis ⁊ infert ipm̄ vt hic: quia
ſol lucet dies eſt. ideo cauſalis ē vna ſpe
cies contenta ſub condicionali: ſed vl
tra rationem conditionalis addit cauſa
litatem ſui antecedentis reſpectu conſe
quentis ratōne cuius plus requiritur ad
veritatem eius quam ad veritatem con
dicionalis. Secundo ſciendum ꝙ ad
veritatem conditionalis requiritur ꝙ an
tecedens non poſſit eſſe verum ſine con
ſequente: hoc eſt ſine veritate ſui cōſequē
tis. Cuius ratō eſt quia condicionalis ve
ra importat conſequentiam neceſſariam.
ſed in omni bona conſequentia ſi antece
dens eius ſit verum conſequēs eius erit
verum: quia conſequens actu ⁊ intellectu
includitur in antecedente ratione cuius
ex vero non ſequitur niſi verum: ideo in
conditionali ſi antecedens eius eſt verū
conſequens eius erit verum. Tercio
ſciendum ꝙ ad falſitatem condicionalis
requiritur ꝙ antecedens poſſit eſſe verū
ſine conſequente: ratio eſt. quia condicio
nalis denotat conſequentiam vnius pro
poſitionis ad aliam ſed ad hoc ꝙ ſit ma
la conſequētia oportet ꝙ antecedens poſ
ſit eſſe verum conſequente eiuſdē exiſtē
te falſo niſi ſit repugnantia terminorum
antecedentis: eo ꝙ in tali conſequentia
conſequens non includitur in anteceden
te. ideo propter habitudinem anteceden
tis ⁊ conſequentis non repugnat antece
dens eſſe verum ſine conſequente. vnde
in condicionali illa propoſitio cui imme
diate iungitur hec coniunctō ſi dicitur an
tecedens: alia vero conſequens. Ex ꝑ
dictis patet ꝙ omnis condicionalis ve
ra eſt neceſſaria quia dicit neceſſariā con
ſequentiam vnius propoſitionis ad ali
am quod requiritur ad veritatem eius:
ſed omnis falſa eſt impoſſibilis quia ip
ſa dicit conſequentiam vnius propoſitio
nis ad aliam. ⁊ illa conſequentia pro nul
lo tempore eſt neceſſaria: ſiue ſit ibi habi
tudo contingēs ſiue impoſſibis. ideo eſt
pro omni tempore falſa: ⁊ ſic ē impoſſibil'

Quarto ſciendū ꝙ a tota condicionali
duob⁹ modis arꝫ. vno modo a poſitione
antecedētis ad poſitionem conſequentis
vt hic ſi ſoꝛ. currit ſoꝛ. mouetur ſed ſoꝛtes
currit ergo mouetur: Secundo modo a ꝺ
ſtructione conſequentis ad deſtructionē
antecedentis: vt ſi ſoꝛ. currit ſoꝛ. mouetur
ergo ſi non mouetur non currit. ⁊ tales ſi
logiſmi dicuntur ypotetici. Poſſet etiā ar
gui per alias regulas conſequentiarum:
vt per iſtam quicquid ſequitur ad conſe
quens bone conſequētie ſequitur ad an
tecedens eius. Et per iſtam quicquid ad
añs antecedit ad conſequens. ⁊ ratio eſt
quia conditionalis eſt quedaꝫ conſequē
tia vt dictum eſt. Sed contra predicta
primo arguitur. hec ē conditionalis ſi hō
eſſet aſinus eſſet rudibilis: ⁊ tamen ibi n̄
coniungunͭ due cathegorice ſed due ora
tiones coniunctiue: igitur male diffinitur
propoſitio conditionalis. Secūdo ſic
hec eſt conditionalis ſortes currit igitur
mouetur cum ſit ypotetica ⁊ non ſit copu
latiua nec diſiunctiua. ⁊ tamen ibi non cō
iunguntur due cathegorice per hanc con
iunctionem ſi: ergo contra diffinitionem.

Tercio ſic in iſta: ſi homo eſt aſinus
equus currit antecedens non poteſt eſſe
verum ſine conſequente. quia illud ante
dens nullo modo poteſt eſſe verum. ⁊ tñ
non eſt vera conditionalis: ergo ad veri
tatem conditionalis non ſufficit ꝙ añs n̄
poſſit eſſe veꝝ ſine conſequente. Quar
to ſic. hec conditionalis vera eſt: ſi ſoꝛtes
currit ſoꝛtes mouetur ⁊ tamen non eſt ne
ceſſaria cuꝫ vtraqꝫ pars ſit contingens er
go non omnis conditionalis vera eſt ne
ceſſaria. Quinto ſic iſta eſt falſa ſi ho
mo currit homo eſt albus: ⁊ tamen poteſt
eſſe vera ſuppoſito ꝙ omne currens ſit al
bum igitur non omnis falſa eſt impoſſibi
lis. Ad argumenta. Ad primum dicitͬ
ꝙ iſta non eſt conditionalis per ſe primo
ſed ſolum per reductionem iſtarum con
iunctiuarū ad propoſitiones indicatiuas
ratio eſt quia conditionalis denotat veri
tatem ſui conſequentis ſequi ad verita
tem ſui antecedentis ſed antecedēs nō
poteſt eſſe verum vel falſum nec conſe
quens niſi ſit oratio indicatiua. Ad
ſecundum dicitur ꝙ licet in illa non po
natur formaliter hec coniunctio ſi ponitͬ
tamen virtualiter in hac coniunctōne er
go. que denotat habitudinem vni⁹ pro
poſitionis ad aliam: ſicut illa coniunc
tio ſi. ⁊ licet illa propoſitio ponat verita
tem ſui antecedentis: hoc tamen non ē
inquantū conditionalis ſed virtute mo
di poſitionis propoſitionis cathegorice

Ad tercium dicitur ꝙ licet in illa pro
poſitione antecedens non poſſit eſſe ve
rum propter repugnantiam ſuorum ter
minorum hoc tamen nō repugnat prop
ter habitudineꝫ eius ad ſuū conſequēs
cum poſſit eſſe verum ſine conſequente
quia ſi poneretur eſſe verum per impoſ
ſibile: non propter hoc ſequeretur con
ſequens: ideo illa nō eſt conditionalis
vera. Ad quartum dicitͬ ꝙ licet vtra
qꝫ pars illius conditionalis ſit contin
gens tamen habitudo vnius ad aliam
eſt neceſſaria ⁊ hoc ſufficit ad veritateꝫ
conditionalis que ſolum denotat neceſ
ſariam habitudinem vnius cathegorice
ad aliam. Ad quintum dicitur ꝙ ſi
ſupponatur illa vniuerſalis oē currens
eſt album tunc concluſio ſequitur de ne
ceſſitate. ſed hoc erit virtute illarum du
arum premiſſarum omne currens eſt al
bum ⁊ homo currit. ⁊ non virtute illius
ſolius propoſitionis homo currit: ideo
illa conditionalis prima non propͭ hoc
efficitur vera ſed ſemper eſt impoſſibil':

Copulatiua eſt illa in qua

Poſtq̄ auctor determinauit ſu
perius de ꝓpōe conditionali: hͥ
cōſequenͭ ſm ordinē prius poſitū deter
minat ꝺ copulatiua ipaꝫ ſic diffiniēs. co
pulatia ē illa i q̄ cōiungūͭ due ꝓpōes ca
thegorice ꝑ hāc coniūctionem ⁊: vl' per
aliquod ſibi equiualēs: ⁊ ponitͬ ꝑ hanc

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

coniunctionem ⁊ ad differentiam aliaꝝ ſpecierum ypotetice in quibus cathegorice coniunguntur per alias coniunctiones ⁊ dicitur talis ꝑpō copulatiua magis quaꝫ alie ypotetice: qꝛ licꝫ in alijs cōiungantur cathegorice per aliq̄ꝫ coniunctionem tm̄ in iſta ſolum copulantur per cōiunctionem copulatiuaꝫ. vn̄ in conditionali coniunguntur per moduꝫ vnius ſicut añs ⁊ conſequens que includunt ſe inuicem ⁊ in diſiunctiua ſolum coniunguntur quātum ad voces ⁊ diſiungunt quantum ad ſignificata: ideo in ſola copulatiua cathegorice vniuntur ſimplicit̄ ⁊ per moduꝫ diuerſoꝝ. Primo ſciendum ꝙ ad veritatem copulatiue requiritur ꝙ vtraqꝫ pars ſit vera. cuius rō ē qꝛ copulatiua ſimul̓ ponit ambas partes eius ſimul aſſerendo eas ſm ſua ſignificata: ideo ad veritatem eius requirit̄ ꝙ vtraqꝫ pars ſit vera. ip̄a. n. ē ſicut totum integrale reſpectu partium eius: ſed ad eſſe totius integralis ſequit̄ eſſe cuiuſlibet partis principalis eius. ideo ad veritatem copulatiue requirit̄ veritas vtriuſqꝫ partis. quāuis tm̄ in tēporali vltra hoc requiratur ꝙ ambe partes ſint vere pro eodem tempore. ⁊ hoc eſt qꝛ ſpecies ſemper addit aliquid vltra ſuū genus mō tēporalis ē vna ſp̄ēs copulatiue. etiam in locali requirit̄ vtranqꝫ partem eſſe veram pro codeꝫ loco. vt hic ſortes currit vbi plato diſputat hoc tm̄ non requirit̄ ad ip̄am inquantum copulatiua eſt ſed inquantum eſt talis copulatiua.

Secundo ſciendum ꝙ copulatiua inter oēs ꝑpōis ypotetice ſp̄ēs hꝫ minorē vnitatem: qꝛ ip̄a ponit duas cathegoricas ſimul quantū ad veritatē eaꝝ ſicut prius dictum eſt. conditionalis aūt ſolū ponit habitudinem vni⁹ ad aliam. ⁊ diſiunctiua ſolum ponit veritatem vni⁹ cathegorice: ideo copulatiua habet minorem vnitatem inter omnes: et eſt ſimpliciter ꝑpoſitio plures. ⁊ ſolum eſt vna coniunctione ⁊ ſm quid. vnde quia copulatiua ſimul ponit veritatem vtriuſqꝫ partis eius: ideo arguendo a tota copulatiua ad veritateꝫ cuiſlibet partis eius ſeorſuꝫ eſt bona conſequentia. vt bene ſequit̄ hō eſt animal ⁊ deus eſt ergo homo eſt aīal

Tercio ſciendum ꝙ ad falſitatem copulatiue ſufficit alteram partem eſſe falſā ratio eſt quia ip̄a ſimul ponit ambas partes ei⁹: ſicut vniuerſalis omnes ſuas ſingulares. ergo propter falſitatem vnius cathegorice ip̄a ē tota falſa: ⁊ copulatiua cuius ambe partes ſunt falſe nō eſt magis falſa intenſiue quā illa q̄ hꝫ tantum vnaꝫ falſam: licet ſit magis falſa extēſiue. quia falſitas ei⁹ ad plra ſe extēdit. Ex iſtis ſeq̄tur ꝙ arguēdo a falſitate vnius cathegorice ad falſitateꝫ totius copulatiue eſt bona conſequentia: Sequitur etiam ꝙ ad poſſibilitateꝫ copulatiue requiritur poſſibilitas vtriuſqꝫ partis eius: non ſufficit ꝙ ambe partes ſint ſm ſe poſſibiles: ſed requiritur ꝙ ſint inter ſe cōpoſſibiles: ideo iſta non eſt poſſibilis ſoꝛ. eſt ⁊ ſoꝛ. non eſt quia ille due nō ſunt compoſſibiles inter ſe in veritate. Sed ad neceſſitatem copulatiue requiritur neceſſitas vtriuſqꝫ partis eius: ⁊ ad impoſſibilitatem ſufficit impoſſibilitas vnius partis eius: ⁊ ad cōtingentiam ſufficit contingentia vnius partis niſi altera ſit impoſſibilis. Quarto ſciendum ꝙ ad dandum contradictioneꝫ in copulatiuis habetur talis regula ꝙ copulatiua ⁊ diſiunctiua de partibus contradicentibus contradicunt quia nō poſſunt ſimul eſſe vere nec ſimul falſe. ſed repugnāt in veritate ⁊ falſitate ſimul̓ ⁊ poſſꝫ etiam aliter dari contradictio in omnib⁹ ypotheticis ferendo negationeꝫ ad principalem copulam ypothetice. vel preponendo negationeꝫ toti propoſitioni quia non eſt verius dare contradictionē quaꝫ toti ꝑpoſitioni preponere negationeꝫ. ⁊ ꝑ hoc patet quid ſit propoſitio copulatiua ⁊ quid requiritur ad falſitatem ⁊ ad veritatem eius. Sed contra predicta primo arḡ. hec eſt copulatiua ſoꝛ. ⁊ plato currunt. ⁊ tamen ibi non ſunt due cathegorice igitur contra diffinitionem copulatiue

Secundo ſic hec ē copulatiua: omnis homo currit qꝛ copulatiue continet iſtas ſoꝛ. currit plato currit. ⁊ ſic d̄ alijs: ⁊ tamē ibi non eſt coniunctio copulatiua igit̄ contra diffinitionem. Tercio ſic hec eſt copulatiua vera homo eſt animal ⁊ equus eſt lapis: igitur ad veritatem eius non requiritur veritas vtriuſqꝫ partis. antecedens patet. quia omnis propoſitio aliq̄d dicēs ita eſſe ſicut eſt: eſt vera. ſed illa dicit aliquid eſſe ſicut eſt: igitur eſt vera: qꝛ dicit hominem eſſe aīal. Quarto ſic: in copulatiua magis vniuntur due cathegorice quaꝫ in diſiunctiua in qua vniuntur ſm voces tantum. igitur copulatiua ē magis vna q̄ꝫ diſiunctiua. ⁊ non habet minorem vnitatem omnibus alijs. Quinto ſic totum valet tm̄ quantum quelibet ps igitur ad hoc ꝙ tota copulatiua ſit falſa oportet quālibet partem eſſe falſam: ⁊ nō ſufficit falſitas alterius partis: Ad argumenta. Ad primum dicitur ꝙ ſi in illa ꝑpōe ſortes ⁊ plato currunt illa coniunctio ⁊ copulet inter terminos. ſ. inter ſorteꝫ ⁊ platonem ip̄a eſt cathegorica de copulato ſubiecto: ſed ſi copulet inter ꝑpōes ip̄a eſt copulatiua: ⁊ tunc ibi ſunt due cathegorice. ſ. ſortes currit ⁊ plato currit. Ad ſecundum dicitur ꝙ licet iſta omnis homo currit materialiter cōtineat plures cathegoricas etiā copulatiue. tamen ille nō continentur per modum pluriuꝫ ⁊ formaliter. ſed per modum vnius tantum. ideo non eſt copulatiua: Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licet iſta omnis homo eſt aīal ⁊ equus eſt lapis dicat aliquid eſſe ſicut eſt quantum ad partem ſui ſignificati: non tamen quantum ad ſuum totum ſignificatum quod ipſa affirmat quod requiritur ad veritatem propoſitionis copulatiue.

Ad quartum dicitur ꝙ licet in diſiūctiua cathegorice minus vniantur quam in copulatiua. quia tamen diſiunctiua ſolum ponit veritatem vnius cathegorice ideo habet ſimpliciter maiorem vnitatem quam copulatiua. Ad quintum dicitur ꝙ ſi capiatur tota diſtributiue tūc ad hoc ꝙ tota copulatiua ſit falſa requiritur falſitas vtriuſqꝫ partis eius: ſed ſi capiatur tota copulatiue pro perfecto ſic tota dicitur falſa propter falſitatem vnius partis.

d Iſiunctiua eſt illa in qua

Poſtquā autoꝛ determinauit ſuperius de propoſitione copulatiua in qua due cathegorice coniūgūtur ſm voces ⁊ ſignificata ſimul: hic cōſequenter determinat de diſiunctiua in qua due cathegorice coniunguntur ſm voces tantum. ip̄am primo ſic diffiniēs diſiunctiua eſt illa in qua coniungūtur due cathegorice per hanc coniunctionē vel. aut per aliaꝫ ſibi equiualēteꝫ. Primo ſciendum ꝙ hec propoſitio dicitur diſiunctiua eo ꝙ in ip̄a due cathegorice diſiunguntur quantum ad ſignificata: ⁊ qꝛ hoc fit conuenienter per coniunctionem diſiunctiuam: ideo in ip̄a cathegorice vniuntur per aliq̄ꝫ coniunctionē diſiunctiuam: coniunctionis enim diſiunctiue duo ſunt actus. primus ē coniungere voces in quo conuenit cum alijs coniunctionib⁹ rōe cui⁹ cōiunctio dr̄. Secūdus act⁹ ē diſiungere ſignificata rōe cuius dr̄ diſiūctiua. ⁊ ī hoc differt ad alijs ſp̄ēbus cōiunctiōis: ⁊ ꝑ hoc ptꝫ ītellect⁹ diffinitiōis p̄miſſe. Secūdo ſciēdum ꝙ ad veritatē diſiūctiue ſufficit alteram eius partē eſſe verā: ratio ē qꝛ diſiūctiua ponit duas cathegoricas. ſ. vnaꝫ ſub diſiunctione ad aliam: ideo de ſuo formali ſignificato tm̄ ponit vnaꝫ cathegoricaꝫ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

non tamen determinate hanc vel illam
ſed indeterminate. ideo adueritatez eiꝰ
ſufficit alteram partem eſſe veram cum
ponat ſolum vnam illarum partiuz: ipa
enim eſt ſicut totum vniuerſale: ſed ad
eſſe totiꝰ vniuerſalis ſufficit poſitio vni
us ſuarum partium ſicut ad poſitionem
animalis ſufficit poſitio hominis: ideo
ad veritatez diſiunctiue ſufficit veritas
vnius partis. Ex quo patet ꝙ ad poſſi
bilitatem eius requiritur poſſibilitas al
terius partis eius: et ſimiliter ad neceſſi
tatem eius ſufficit neceſſitas vnius par
tis eius. qꝛ eadem eſt ratio de poſſibili
tate ſicut de neceſſitate eius et veritate.

Tercio ſciendum ꝙ ad falſitatez diſ
iunctiue requiritur vtranqꝫ partem eſſe
falſam: quia ſi tantuz vna ſit falſa et alia
vera: cum ad veritatez eius ſufficiat ve
ritas vnius partis ipa erit vera ſimpli
citer. et nõ poterit dici falſa: ideo ad hoc
ꝙ ipa ſit falſa requiritur falſitas vtriuſ
qꝫ partis eiꝰ: ſicut ad deſtructionez vni
uerſalis requiritur deſtructio omnium
ſuarum partium ſubiectiuarum: ex quo
ſequitur ꝙ ad impoſſibilitatem diſiunc
tiue requiritur impoſſibilitas vtriuſqꝫ
partis eius: qꝛ ſi vna eſſet poſſibilis to
ta diceretur poſſibilis. et ad contingenti
am eius requiritur vtranqꝫ partem eſſe
contingentem: vel ꝙ vna ſit impoſſibi
lis et alia cõtingens: qꝛ ſi vna ſit neceſſa
ria et alia contingens tota diceretur ne
ceſſaria: et hoc intelligendum eſt in affir
matiuis: qꝛ oppoſito modo ſe habet in
negatiuis. Quarto ſciienduz ꝙ dupli
citer arguitur a diſiunctiuia. vno modo
a tota diſiunctiua cum deſtructione vni
us partis ad poſitionem alterius: vt ho
mo eſt animal: vel equus eſt lapis: ſed
equus non eſt lapis igitur homo ẽ aial
Secundo mõ arguendo a veritate vni
us partis ad veritatem totius eſt bona
cõſequẽtia. vñ bñ ſequit̃ hec ẽ vera hõ
currit igit̃ hec ẽ vera: hõ ẽ aſinꝰ vel hõ cur
rit. Et poſſet argui a falſitate totius diſ
iunctiue ad falſitatẽ vtriuſqꝫ partis et ecõ
uerſo: de modo autem dandi contradicti
onem in diſiunctiuis ſatis dictum eſt.

Sed contra predicta primo arguitur.
hec eſt diſiunctiua oĩs propoſitio ẽ vera
vel falſa: cum ibi ſit coniunctio diſiuncti
ua: et tamen ibi non ſunt due cathegorice
igitur. Secundo ſic coniungere et diſ
coniungere ſunt actus oppoſiti qui non
poſſunt conuenire eidem. ſed coniunctio
diſiunctiua habet diſiungere propoſitio
nes: igitur per eam nõ coniunguntur due
cathegorice in diſiunctiua. Tercio ſic.
omne totuz integrale ſimul ponit omnes
ſuas partes: ſed diſiunctiua eſt totum in
tegrale cum integretur ex ſuis partibꝰ igi
tur ſimul ponit vtranqꝫ. et ſic ad veritatẽ
nõ ſufficit veritas vnius partis. Quar
to ſic. diſiunctiua non ponit veritatem ali
cuius partis eius: qꝛ non ponit veritatez
nec prime nec ſecunde. igitur ad veritatẽ
eius non requiritur veritas vnius partis

Quinto ſic. hec diſiunctiua eſt falſa:
omnes homines ſunt aſini: vel homines
et aſini ſunt aſini: et tamen vna pars eius
eſt vera. ſ. hec: aſini ſũt aſini. igitur ad fal
ſitatem diſiunctiue non requiritur falſi
tas vtriuſqꝫ partis. Ad argumenta.
Ad primum dicitur ꝙ ſi hec coniunctio
vel coniungat inter terminos ſic illa non
eſt diſiunctiua ſed cathegorica de diſiunc
to predicato cuius predicatum eſt hoc to
tum verum vel falſum: et ſic eſt vera: ſed
ſi coniungat inter propoſitiones ſic ẽ vna
diſiunctiua falſa: et ſic in ea ſũt due cathe
gorice. ſ. iſte omnis propoſitio ẽ vera vel
omnis propoſitio eſt falſa. Ad ſecun
dum dicitur ꝙ coniungere et diſiungere
non poſſunt conuenire eidẽ reſpectu eiuſ
dem: ſed bene reſpectu diuerſoruz: et ſic ſi
mul conuenit coniunctioni diſiunctiue cõ
iungere et diſiungere: qꝛ coniungit voces
et diſiungit ſignificata reſpectu alicuiꝰ ter
cij. Ad tercium dicitur ꝙ ſi conſideret̃
diſiunctiua ſm vocem bene eſt totum in
tegrale ſuarum cathegoricarum: ſed non
ſi conſideretur quantum ad ſignificata ei
us quia non ponit formaliter ſignificatuz
vtriuſqꝫ partis de ſuo ſignificato formali
ponit tamen ſignificatum vnius tantum

Ad quartum dicitur ꝙ licet diſiuncti
ua non ponat veritatem alicuius partis
eius determinate: tamen ponit veritatem
eius indeterminate ſub diſiunctione ad
aliam. Ad quintum dicitur ꝙ in illa ꝓ
poſitione prima cathegorica poteſt eſſe de
diſiuncto predicato: et ſic eſt vna copula
tiua vera. quia vtraqꝫ pars eſt vera. pri
ma enim pars eſt omnes homines ſunt
aſini vel homines: ſecunda eſt aſini ſunt
aſini: Alio modo ſecũda cathegorica po
teſt eſſe de copulato ſubiecto et ſic eſt diſ
iunctiua falſa: quia vtraqꝫ pars eſt falſa
prima pars eſt omnes homines ſunt aſi
ni: ſecunda eſt homines et aſini ſunt aſini
et ſic eo modo quo eſt diſiunctiua hꝫ vtrã
qꝫ partẽ falſam et ſic patet de ypotheticis

Equitur de equpollencijs.

ſ Poſtꝙ autor determinauit de ꝓ
poſitionibus tam cathegoricis
quaz ypoteticis: hic conſequenter deter
minat de quadaz paſſione propoſitionis
ſcilicet de equipollentia que per ſe primo
conuenit propoſitionibus cathegoricis: et
per cathegoricas ypoteticis: et licet ordi
ne nature equipollentia debeat immedi
ate poni poſt oppoſitiones et ante conuer
ſiones ſicut poſuit Buridanus eo ꝙ re
gule equipollentiarum dantur per reſpec
tum ad oppoſitiones: tamen ordine doc
trine conuenientius ponũtur poſt propo
ſitiones ypoteticas ad innuendum ꝙ eq̃
pollentie non ſolum conueniunt propoſi
tionibus cathegoricis ſed etiam ex conſe
quenti ypotheticis. ſ. ratione ſuaꝝ partiuz
vt ille equipollent ſi nullus homo mouet̃
nullus homo currit: et ſi non quidaz hõ
mouetur non quidam hõ currit. Pri
mo ſciienduz ꝙ equipollentia dicit̃ equi
ualentia duarum propoſitionuz in qua
litate et quantitate in veritate et falſitate
per aduentum negationis facta: et dicit̃
equipollentia ab equi quod eſt equale
et polleo es: quod idem eſt qđ valeo es
ideo equipollentia et equiualentia idez
dicunt realitar. ſed equiualentia cõmu
niter accipitur pro equiualentia rerum
terminorum et propoſitionum. equipol
lentia vero quanuis ita generaliter et ita
cõmuniter poſſit accipi tamen magis ꝓ
prie ſumitur pro equiualentia propoſi
tionum ꝙ̃ pro alijs: ideo equiualẽtia ſe
habet vt genus ad equipollentiam ideo
bene ponitur in ſua diffinitione loco ge
neris: et reſiduum quod ſequitur loco
differentie ad explicandum ſpecialiter
naturam equipollentie propoſitionum.

Secũdo ſciẽdũ ꝙ triplex ẽ negatio. ſ.
negans infinitans et priuãs. Negatio ne
gans eſt que negat totum quod reperit
poſt ſe et eius oppoſitum ponit: cuiꝰ pro
prius actus eſt negare compoſitionem
propoſitionis. Sed negatio infinitans
eſt que negat compoſitionem intrinſe
cam termini finiti faciens ipm infinituz
ſicut eſt negatio nominis infiniti vł ver
bi infiniti que ſolum infinitat et negat q̃
litatem vel actum determinatum relin
quens ſubſtantiam infinitam vel actuz
indeterminatum vt non homo vel non
currit. Sed negatio priuans eſt que ne
gat habitum ſubiecti. et relinquit ſubiec
tum cum aptitudine ad habitum ſicut ẽ
cecitas: et de negatione negante ſoluz in
telligitur in diffinitione equipollentie et
in regulis ſequentibus. non autem ĩ ali
is negationibus. Tercio ſciienduz ꝙ
equipollentie propoſitionum quatuor
regulis notificantur in textu quaruz pri
ma ẽ. Si alicui ſigno vniuerſali vel par

ticulari preponatur negatio equipollet
ſuo contradictorio: Cuiꝰ ratio eſt qꝛ cõ
tradictorie repugnant in qualitate ⁊ q̃n
titate ſimul. ſed negatio prepoſita ſigno
mutat quantitatem ſigni ⁊ qualitatẽ co
pule in ſuam oppoſitam: eo ꝙ ip̃a totuꝫ
negat quod poſt ſe reperit: ideo facit ꝓ
poſitiones prius repugnantes in quali
tate ⁊ quantitate ſimul eſſe eiuſdeꝫ qua
litatis ⁊ quãtitatis: ⁊ ſic facit contradic
torias equipollere per aduentum eius.

Quarto ſciendum ꝙ ſecunda regula
eſt ꝙ ſi alicui ſigno vniuerſali poſtpo-
natur negatio equipollet ſuo contrario.
Cuius ratio eſt qꝛ contrarie repugnant
in qualitate ſolum ⁊ in quantitate non.
ſed negatõ poſtpoſita ſigno ⁊ addita co
pule mutat qualitatem copule ⁊ nõ quã
titatem qꝛ non agit in precedens. ideo
ip̃a facit prius contrarias eſſe eiuſdem
qualitatis ⁊ equipollere inter ſe. ⁊ harũ
regularuꝫ exempla ſatis patent in textu

Sed contra predicta primo arĩ. Sig
no non eſt addenda negatio vt dicitur
primo periarmenias neqꝫ infinitans ne
qꝫ negans. eo ꝙ actus negationis negã
tis eſt negare compoſitioneꝫ ſubiecti cũ
predicato igitur ſigno non debet prepo
ni negatio aliqua vt dicit prima regula

Secundo ſic nulla negatio dat ꝓpõi
aliq̃ꝓ quantitatem ſed ſolum negat ⁊ de
ſtruit id qđ reperit. igĩ negatio addita
ſigno particulari non dat ſibi quantita
teꝫ vl'em. igitur non facit ip̃am equipol
lere ſuo contradictorio. Tercio ſic cõ
tradictorie nunq̃ꝫ ſunt equipollentes cũ
ſiml' repugnẽt in qualitate ⁊ quantitate
ergo negatio prepoſita ſigno non facit
contradictorias equipollere. Quar-
to ſic negatio poſtpoſita ſigno ẽ eiuſdeꝫ
virtutis ſicut prepoſita cum ſit eiuſdem
nature ⁊ rõis igĩ ſicut negatio p̃poſita
ſigno facit eq̃pollere contradictoria ita
negatio poſtpoſita ⁊ ſic non facit equi-
pollere contraria: igitur contra ſecundam
regulam. Quinto ſic in iſtis omne cur
rens mouetur nullum non currens moue
tur eſt negatio poſtpoſita ſigno: ⁊ tamen
non facit contrarias equipollere qꝛ ille ñ
equipollent in veritate ergo ſecunda re-
gula eſt falſa. Ad argumenta. Ad pri
mum dicĩ ꝙ ſigno nõ eſt addenda nega
tio infinitans qꝛ non eſt infinitabile tamẽ
ſibi poteſt addi negatio negans. ⁊ licet ac
tus primus negationis negantis ſit nega
re compoſitioneꝫ orationis tamen ſecun
dario poteſt negare quantitatem ſigni et
alia que reperit poſt ſe ip̃am: Ad ſecũ
dum vero dicitur ꝙ licet negatio negans
per ſe primo ſoluꝫ neget id quod poſt ſe
reperit. tamen ex conſequenti poteſt po-
nere oppoſitum illius qđ ipſa negat licet
ſit per accidens ⁊ non per ſe. ideo quan-
do negat particulareꝫ quantitatem ex cõ
ſequenti ponit vl'em ⁊ econtra ⁊ negando
negationeꝫ ex conſequenti ponit affirma
tionem. Ad tercium dꝛ: ꝙ ſi capiãt cõ
tradictorie formaliter vt cõtradictorie ſũt
nunq̃ꝫ ſunt equipollentes ſed repugnan-
tes: ſed ſi capiantur materialiter ẜm illud
quod ſunt bene ſũt equipollentes per ad
uentum negationis ſic ꝙ ille due que pri
us erant contradictorie per aduentuꝫ ne
gationis fiunt equipollentes: ⁊ ſic intelli
gitur iſta regula ⁊ omnes alie regule ſe-
quentes. Ad quartum dicitur ꝙ licet
negatõ poſtpoſita ſigno ẜm ſe ſit equalis
virtutis ſicut p̃poſita tñ nõ ẽ eo mõ appli
cata ad ſubiectũ qđ dꝫ negare eo ꝙ nõ re
perit pꝰ ſe q̃ntitatẽ ꝓpõis ſicut alia: idõ ñ
mutat q̃ntitatẽ nec facit eq̃pollere ꝯdicto
ria Ad quintũ dꝛ ꝙ lꝫ i illis ſit negatio
poſtpoſita ſigno: tñ ñ ferĩ ſup̃ copulaꝫ ꝑn
cipalẽ ꝓpõis ſꝫ ſup̃ illud ꝑcipiuꝫ currẽs
idõ ñ facit ꝯrias eq̃pollere ſꝫ ſolũ mutat
ſubiectũ ꝓpõis. vñ regla ĩtelligĩ ſic: ꝙ ſit
negatio poſtpoſita ſigno ⁊ toti ſubiecto ca
dẽs ſup̃ copulã ꝓpõis qđ tñ nõ fit i iſtis.

Tercia regula talis eſt. Poſt
quaꝫ autor determinauit ⁊ poſu
it duas regulas. ſ. primam ad ha
bendum equipollentiam contradictoria-
rum: ⁊ ſecundam ad habendũ equipollẽ
tiam contrariaꝝ. hic conſequenter ponit
terciam ad habendũ equipollentiam ſub
alternaꝝ que talis ẽ: Si alicui ſigno vni
uerſali vel particulari preponatur et poſt
ponatur negatio equipollet ſuo ſubalt̃no
quia ſubalterne repugnant in quantitate
ſolum ⁊ non in qualitate. ſed negatio pre
poſita ſigno mutat quantitatem propoſi-
tionis et poſtpoſita impedit ne mutetur
qualitas. quia vna negatio deſtruit actũ
alterius. ideo prima negatio variat quan
titatem propoſitionis ⁊ non qualitatem.
⁊ per conſequens facit equipollere ſubal
ternas. Primo ſciendum ꝙ vt in iſta
regula habetur due negationes equiua-
lent vni affirmationi. Cuius rõ eſt: qꝛ pri
ma negatio que poſt ſeip̃am reperit aliaꝫ
negationem negat ⁊ deſtruit ip̃am ſed de
ſtructa negatiõe ponitur affirmatio. quia
de quolibet eſt affirmatio vel negatio ve
ra ⁊ de nullo ambe ſimul: ⁊ ideo due ne-
gationes cadentes ſupra ſeinuicem equi
ualent vni affirmationi. Secundo ſci
endum ꝙ due affirmationes non equiua
lent vni negationi ſicut due negationes
vni affirmationi. Cuius ratio ẽ quia vna
affirmatio non deſtruit aliam ſed magis
affirmat eam: affirmatio enim non ẽ iſtru
mentum intellectus ad deſtruẽdum illud
quod prius dictum eſt vel quod reperit
poſt ſe ſicut eſt negatio ideo non deſtruit
affirmationem ſequentem quare non po
tuit negationem per deſtructionem affir-
mationis ſicut fit in negationibus: ⁊ licet
affirmatio ex conſequenti deſtruat nega
tionem ratione oppoſitionis: tamen non
primo ⁊ per ſe deſtruit ſicut negatio. ſed
ſolum ex cõſequenti per hoc ꝙ primo po
nit ſuum ſignificatum proprium cuꝫ quo
non poteſt ſtare negatio eius. Tercõ
ſciendum ꝙ licet in textu ponantur tres
regule ſpeciales de equipollentia con-
tradictoriaꝝ ꝯriarum ⁊ ſubalternaꝝ. tñ
nulla ponitur de ſubcontrarijs. Cuiꝰ rõ ẽ
quia ſi daretur equipollentia in ſubcon
trarijs vel negatio preponeretur ⁊ poſt
poneretur ſigno particulari vl' prepone
retur tantum: ⁊ ſic vtroqꝫ modo mutare
tur quantitas ꝓpõis: ideo ſubcontrarie
non eſſent eiuſdem quantitatis. vl' poſt
poneretur tantum ⁊ hoc dupliciĩ: qꝛ vel
eſſet in affirmatiua vel in negatiua: ſi ſe
cundum ſic eſſet nugatio ponẽdo duas
negationes vt h quidaꝫ hõ non nõ cur
rit: ſi primum ſic eſſet penitus eadem ꝓ
poſitio cum alia ⁊ ſic non eſſet equiua-
lentia duaꝝ ꝓpõnum: ideo in iſtis ñ põt
dari equipollentia. Quarto ſcienduꝫ
ꝙ ex precedentibus regulis Pe. hiſ. in-
fert quartam regulaꝫ quodãmodo con
tinentem primam ⁊ ſecundam que talis
eſt: ſi in eadem locutione ponantur duo
ſigna vniuerſalia negatiua. vnum ĩ ſub
iecto et reliquum in predicato. primum
equipollet ſuo contrario ⁊ reliquuꝫ ſuo
contradictorio. Cuius ratio eſt. qꝛ p̃mo
ſigno poſtponitur negatio ſecundi ⁊ ſic
equipollet ſuo contrario per ſecundam
regulam. ⁊ ſecundo ſigno preponitur ne
gatio primi ⁊ ſic equipollet ſuo contra-
dictorio per primam regulam. vt ille eq̃
pollent nihil eſt nihil ⁊ quodlibet ẽ ali-
quid. vnde ad retinenduꝫ predictas re
gulas cum exemplis eaꝝ ponuntur me
tra in textu que ſatis faciliter poſſunt in
telligi per ea que dicta ſunt. Sed cõ
tra predicta primo arguitur. due ſubal-
terne minus repugnant q̃ꝫ due contra
dictorie: igitur minus requiritur ad faci
endum eas equipollere. ſed ad equipol
lentiam ꝯdictoriaꝝ ſufficit vna negatio
ergo cum due negationes magis faciãt
q̃ꝫ vna ſequiĩ ꝙ ad equipollẽtiam ſub-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

alternatum non requiruntur due nega-
tiones:igitur contra terciaꝫ regulam in
ordine ⁊ primam huiꝰ lectionis. Se
cundo ſic vna negatio non poteſt dſtru
ere aliam.igitur per hoc ꝙ negatio ꝑpo
ſita ⁊ poſtpoſita ſe deſtruant non fit eq̄
pollentia ſubalternaꝝ. añs patet q₂ om
ne qđ corrumpit̄ a ſuo contrario corrūpi
tur:ſed due negationes non opponunt̄.
imo ſunt eiuſdem rōis. igit̄ vna non de
ſtruit aliam. Tercio ſic due negatio-
nes non ponunt affirmationem.q₂ vnū
ꝯdictorioꝝ nunꝙ̄ ponit reliquum ſꝫ ne
gatio contradicit affirmationi:ergo ne-
gatio prepoſita ⁊ poſtpoſita ſigno nō fa
cit equipollere ſubalternas. Quarto
ſic.ſignum vl'e eſt diſpoſitio ſubiecti in-
quantuꝫ ſubiectuꝫ eſt:ergo nunꝙ̄ debet
poni in predicato igitur in quarta regu
la ſupponitur falſum ꝙ ſignū vl'e pona
tur a parte predicati. Quinto ſic.iſte
non equipollent nihil eſt nihil.⁊quodli
bet eſt aliquid:q₂ prima ē negatiua cuꝫ
ibi ponatur tantuꝫ vna negatio ante co
pulam:⁊ alia eſt affirmatiua:igitur con-
tra quartam regulam: Ad argumen
ta.Ad primum dicit̄ ꝙ minus requirit̄
ad equipollentiam ſubalternaꝝ ꝙ̄ con-
tradictoriaꝝ.q₂ ibi ſolum requiritur mu
tatio quantitatis ⁊ in contradictorijs re
quiritur mutatio quantitatis⁊ qualita-
tis ſimul:⁊ licet due negationes ſint ali
quid plus ꝙ̄ vna ſm vocem tamen ſm
actum negandi minus faciunt q₂ ſolum
mutāt quantitatem:⁊ vna ſola prepoſi-
ta ſigno mutat quantitatem ⁊ qualitatē
ſimul. Ad ſecunduꝫ dicitur.ꝙ ſi due
negationes conſiderentur ſm ſuam rati
onem ſic non opponuntur.ſed ſi vna cō
ſideretur inquantum eſt inſtrumentum
intellectus ad neganduꝫ aliquid:⁊ alia
vt eſt obiectum qđ negat̄ ſup̄ qđ cadit
actus negandi illo modo bene opponū
tur ſm rōem agētis ⁊ pacientis⁊ ſic vna

deſtruit aliam quantum ad ſuos actus⁊
non ſm ſubām eius. Ad tercium dicit̄
ꝙ licet negatō per ſe primo non ponat af
firmationem:tamen bñ ex conſequenti ⁊
per accidens negando negationem q̄ ne
gata ponit̄ affirmatio. Ad quartum d₂
ꝙ ſignum vl'e vt includit in ſe terminum
ſue diſtributionis ſiue ſignificatuꝫ termi
ni qui per ipm̄ diſtribuit̄ bñ ponit̄ in pre
dicato ꝓpōis.⁊ adhuc inquantū diſtribu
tum eſt poteſt poni a parte ſubiecti ſeu a
parte predicati licet magis proprie ponat̄
a parte ſubiecti. Ad quintum d₂ ꝙ li-
cet in iſta nihil eſt nihil.ſecunda negatio
non ponatur ante copulaꝫ ſm vocē tamē
ponitur ſm intellectum ⁊ ſenſum cōſtruc
tionis:q₂ dꝫ reſolui ſm nihil per non⁊ ali
quid ⁊ eſt ſenſus nihil eſt nihil.i. nihil ñ
eſt aliquid.ideo illa eſt ſimplicit̄ affirma
tiua ⁊ equipollet alteri affirmatiue.Et ſic
patet de equipollentijs.

Sequit̄ capitulū de modalibus

Modus eſt adiacens rei đ
terminatio. Poſtꝙ̄ autor
determinauit ſuperius đ pro
poſitionibus đ in eſſe in qua
denotatur ſimplex herentia predicati ad
ſubiectum ⁊ eſt compoſitio ſimplex h con
ſequenter vult determinare de ꝓpōe mo
dali in qua eſt cōpoſitio modificata ⁊ cō
poſita ſm rōem ex cōpoſitione dicti ⁊ mo
dificatione rōe cuius modalis ſequitur il
lam de ineſſe ſicut compoſitum ſuum ſim
plex:⁊ q₂ ꝓpō modalis d₂ a modo ꝑ quē
formaliter modificatur.ideo anteꝙ̄ autor
notificet ꝓpōem modalem prius determi
nat de modo in cōi diffinitiue ⁊ diuiſiue
vt eliciat modum facientem ꝓpōem mo-
dalem. Primo ſciendum ꝙ modus eſt
adiacens rei determinatio.⁊ hꝰ rō eſt. q₂
idem eſt modus realiter ſm logicuꝫ ⁊ ad
iectiuum ſm grāmaticuꝫ ſed omne adiec
tiuuꝫ eſt determinatio adiacens rei.ſ.ſuo
ſubſtantiuo.omne enim adiectiuum ē de

terminatio ſui ſubſtantiui:⁊ ſibi adiacet:
ideo modus bene dicit̄ determinatio ad
iacens rei:⁊ ponitur ibi determinatio lo-
co generis:q₂ determinatio eſt quoddaꝫ
ſuperius ad determinationeꝫ que fit per
adiectiuum⁊ ad determinationeꝫ que fit
per ſubſtantiuum vel per inferius addi-
tum ſuo ſuperiori vt aīal homo. Deinde
dicitur adiacens rei ad dīam determina-
tionis facte per ſubſtantiuum.Ex iſta diſ
finitione patet ꝙ omne adiectiuuꝫ ſiue ſit
determinatio verbi ſiue rei ſubiecte vl' ꝑ
dicate:vel ſubiecti inquantum ſubiectuꝫ
vel predicati inquantum predicatum eſt.
vt ſūt ſigna vl'ia vel particularia ⁊ alie diſ
poſitiones reſpectiue poſſunt dici modi
accipiendo modum cōiter ſicut accipitur
hic. Secundo ſciendum ꝙ modus in
cōi ſic diuiditur. q₂ quidā eſt modus no
minalis ⁊ alius aduerbialis.cuius rō eſt:
q₂ oīs modus hꝫ fieri per adiectiuum cū
ſit adiacens rei:vel ergo fit ꝑ adiectiuuꝫ
noīs ⁊ ſic eſt modus noīalis. vel per ad-
iectiuum verbi qđ eſt aduerbium:⁊ ſic eſt
aduerbialis qui modus eſt determinatio
determinans ipm̄ verbum ⁊ ſibi adiacēs
vnde talis modꝰ poteſt dici verbalis rōe
obiecti ſui qđ determinat q₂ eſt determi
natio verbi:⁊ poteſt dici aduerbialis rōe
ſui ſubiecti eo ꝙ eſt aduerbium. Ter-
cio ſciendum eſt ꝙ nomen ſignificat per
modum permanentis ſiue per modū qui
etis.verbum vero per modum fluxus⁊ fi
eri:⁊ q₂ adiectiuuꝫ noīs ſignificat per mo
dum permanentis.ideo ſoluꝫ hꝫ determi
nare nomen vel aliquid captum per mo-
dum noīs ſm ſuos modos ſignificandi:
ſed aduerbium ſignificat per modū fluxꝰ
⁊ fieri in alio:rōe cuius eſt conueniens đ
terminatio verbi ⁊ adiectiuum eius:ideo
iſti modi ſic differunt inter ſe:q₂ modꝰ no
minalis eſt adiectiuuꝫ noīs ⁊ eſt determi
natio noīs ſubſtantiui.ſed modus aduer
bialis hꝫ fieri ꝑ aduerbia ⁊ ē det̄minatio

verbi. Quarto ſciendum ꝙ̄ modꝰ ad
uerbialis ſubdiuiditur per quatuor mo
dos ſm diuiſionem aduerbioꝝ. q₂ que
dam modificant verbum gracia compo
ſitiōis vt poſſibiliter impoſſibiliter ⁊ ſic
đ alijs. Alia vero gracia rei verbi vt ve
lociter cōiter fortiter. Alia vero gr̄a tem
poris vt aduerbia temporalia. Alia gr̄a
modi vt aduerbia optandi ⁊ hortandi.
Cuius rō eſt q₂ verbum ſpecialiter ad-
iectiuum includit in ſe quatuor iſta.ſ.cō
poſitionem que ē actus generalis:⁊ reꝫ
verbi que dicitur actus ſpecialis ipius
verbi:vt in hoc verbo currit importatur
compoſitio que eſt actus generalis eiꝰ⁊
curſus in ipo dicitur res verbi ⁊ eſt actꝰ
ſpecialis per ipm̄ importatus. Tercium
eſt tempus. Quartuꝫ ē modus:ſed duo
prima ſunt eſſentialia verbo. duo vero
vltima ſunt modi ſignificandi accidēta
les eius. Et ſm iſta quatuor ſunt diuer
ſa aduerbia verbum diuerſimode deter
minantia. Ex predictis patent diffinitio
⁊ diuiſio modi et ſubdiuiſio eius. patet
etiam ꝙ oīs modus cadens in propoſi
tione eſt determinatio ſubiecti vel pre-
dicati vl' compoſitionis ipoꝝ q₂ ſemper
eſt determinatio alicuius noīs vel alicu
ius verbi. Sed ꝯ predicta af primo.
oīs determinatō eſt actio.q₂ determina
re eſt agere.ſed modus nō eſt actio.igit̄
non eſt determinatio. Secundo ſic
impoſſibile eſt modus ⁊ tamen non eſt
determinatio rei adiacens:q₂ non ſigni
ficat aliꝙ̄ formaꝫ alteri adiacentem:igit̄
male ponitur diffinitio modi. Tercō
ſic omne nomen ſignificat per modum
per ſe ſtantis cum omne nomen ſignifi
cet per modum ſubſtantie: igitur nullū
eſt adiectiuuꝫ noīs nec modus noīalis.

Quarto arguitur ſic. Vnius determi-
nabilis ē tantuꝫ vnica determinatio:ſed
verbum eſt vnum determinabile. ergo
male ponunt̄ plura aduerbia q̄ poſſunt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

determinare idem verbum. Quinto
ſic. quedam aduerbia determinant ver
bum gracia loci: vt aduerbia localia. ⁊ q̄
dam gracia numeri vt aduerbia nume-
ralia. igitur inſufficienter enumerantur
aduerbia determinantia verba. Ad
argumenta. Ad p̄mū d̄r ꝙ determinare
effectiue ⁊ per modum agentis eſt age-
re ſed non determinare formaliter. ideo
licet determinatō actiua ſit actio non tn̄
determinatio formalis de qua intelligit̄
in diffinitione modi. Ad ſecundū di
citur ꝙ licet īpoſſibile non ſignificet for
mam realem adiacentem compoſitioni:
quia ſignificat impoſſibilitatem que eſt
priuatio potentie: tamē ſignificat formā
⁊ determinationem ſm modum intelli-
gendi: quia impoſſibilitas bene appre-
henditur per modum forme et determi
natiōis compoſitionis. ⁊ ſic ſignificatur
per hunc modum impoſſibile. Ad ter
cium dicitur ꝙ duplex eſt mod⁹ ſubſtan
tie. ſ. modus permanentis et per ſe ſtan
tis. ⁊ omne nomen ſignificat per modū
ſubſtantie quantum ad modum perma
nentis: ſed ſola ſubſtantiua ſignificant
per modum per ſe ſtantis: adiectiua ve
ro per modum alteri adiacentis. Ad
quartū d̄r ꝙ vnius determinabilis ſm
idem eſſe vel eandem rōem eſt vnica d̄
terminatio. ſed tamen vnius determina
bilis materialiter ſm diuerſas rationes
poſſunt eſſe plures determinationes: et
ſic eſt de verbo qd̄ diuerſis rōnibus de
terminatur per aduerbia. Ad quintū
dicitur ꝙ aduerbia loci ⁊ numeri ⁊ alia
multa determinant verbū gracia rei ver
bi ⁊ continentur in illa diuiſione. vn̄ ad
uerbium numeri non determinat verbū
rōe numeri qui eſt modus ſignificandi
verbi: ſed ratione numeri rei ſignificate
per verbum. vt cum dicitur ſor. bis cur
rit: ibi determinat̄ currit rōne dualitatis
curſus ſignificati per ipm̄ verbū nō aūt
ratione numeri ſingularis aut pluralis.

S

Ed omiſſis. Poſtq̄ autor de-
terminauit de modo in cōi tam
diffinitiue q̄ diuiſiue: h̄ cōſequē
ter oſtendit de quo modo eſt ſpecialiter
h̄ ad propoſitum. dicens ꝙ h̄ ſolū in ſpeci
ali dicendum eſt de modo qui determi-
nat verbū gracia compoſitionis. ⁊ cōpoſi
tionem ꝓpōis. Cuius rō eſt q̄ h̄ ſolū prin
cipaliter conſiderat̄ modus faciens ꝓpō-
nem modalem: ſed ſolus modus determi
nans compoſitionem ꝓpōis facit ꝓpōem
modalem: eo ꝙ compoſitio eſt forma to-
cius propoſitionis: ideo modus ip̄am mo
dificans reddit ꝓpōnem modalem. Sed
modi determinantes ſubiectū vel predi
catum. q̄ ſolum modificant partes mate
riales propoſitionis non faciunt ꝓpōem
modalem. quare de illis non eſt amplius
determinandum. Primo ſciendū ꝙ cō
poſitio propoſitionis poteſt dupliciter d̄
terminari. vno modo generali determina
tione quando ſibi additur aliquis mod⁹
entis ſine ampliatione ip̄ius compoſitio-
nis: ⁊ hoc modo determinat̄ iſtis modis
vero vel falſo. Sed q̄ generalis determi
natio nō eſt determinatio ſimpliciter: ſed
ſm quid tantū ideo compoſitio hoc mō
non ſimpliciter modificatur: nec fit ſimpli
citer modalis ꝓpō. Alio mō determinat̄
ſpeciali d̄terminatione quando. ſ. modus
dicit ſpecialem modum entis et ampliat
compoſitionem vltra tempus preſens et
ſic determinatur iſtis modis poſſibile im
poſſibile contingens ⁊ neceſſarium: ⁊ hoc
modo ſimpliciter fit propoſitio modalis.

Secundo ſciendum ꝙ ad modum fa
cientem ꝓpōem modalem requirunt̄ tres
conditiones. Prima ꝙ talis modus de-
terminet compoſitionē ꝓpōis defectu cu
ius adiectiua que determinant ſubiectū
vel predicatum materiale propoſitionis
vel verbum gracia rei verbi modi vł tem
poris non reddunt ꝓpoſitionē modalē.
Secunda conditio eſt ꝙ talis modus di
cat aliquam d̄ſam vel modum entis circa
talem compoſitionē defectu cuius nega
tio ⁊ iſti modi opinabile ⁊ inopinabile vł
credibile non faciunt propoſitionem mo-
dalem. Tercia eſt ꝙ talis modus ampli-
et compoſitionem vltra tempus ſue pre-
iacentis: defectu cuius verum ⁊ falſum n̄
faciunt propoſitionem modalem ſimpli-
citer dictam ſed generaliter tantū. Ter
cio ſciendum ꝙ tantum quatuor ſunt mo
di facientes ſimpliciter propoſitionē mo
dalem. ſ. poſſibile ⁊ impoſſibile contingēs
⁊ neceſſarium. probatur per ſufficientiam
quia omnis modus faciens ꝓpoſitionē
modalem determinat compoſitionē pro
poſitionis: vł ergo circa ip̄am dicit n̄ eſſe
⁊ ſic eſt impoſſibile. vel dicit eſſe ⁊ hoc du
pliciter: vel dicit ſimpliciter eſſe ⁊ in actu.
⁊ ſic eſt neceſſarium. vel eſſe permixtum
potentie: ⁊ hoc eſt dupliciter: vł dicit ip̄m
per reſpectum ad ſuum actum ⁊ ſic ē poſ
ſibile vel per reſpectum ad ſuam cauſam
contingentem ⁊ ſic eſt contingens. vnde
ꝙ iſti modi determinent compoſitionem
patet: q̄ cum dicitur ſor. neceſſario currit
deſignatur ꝙ compoſitio curſus cum ſor
te ſit neceſſaria ⁊ non neceſſitas ſortis ſm
ſe nec curſus ſed neceſſitas cōpoſitionis
vnius cū altero: ſed ſi dicatur ſortes cur
rit fortiter: deſignatur ꝙ ille curſus ē for-
tis. Quarto ſciendum ꝙ predicti mo-
di poſſunt ſumi dupliciter: vno modo no
minaliter: alio modo aduerbialiter: ⁊ rō ē
quia mod⁹ in communi ⁊ adiectiuum idē
ſunt: ſed omne adiectiuū poteſt ſumi no
minaliter cum ſignificet per modum per
manentis ⁊ aduerbialiter cum ſignificat
per modum fluxus ⁊ fieri: ideo illi modi
poſſunt duob⁹ illis modis accipi: ⁊ vtro-
q̄ modo faciunt propoſitionem moda-
lem ſimpliciter: q̄ ſimpliciter d̄terminant
compoſitionem propoſitionis: differēter
tamen: q̄ quando ſumuntur nominaliter
determinant compoſitionem acceptam
per modum nōis: vt hic ſortem currere
eſt poſſibile. compoſitio iſtius dicti ſor
tem currere ſumitur nominaliter: ſʒ qn̄
ſumunt̄ aduerbialiter determinant com
poſitionem verbaliter deſignatam: vt h̄
ſortes currit poſſibiliter. Ex dictis patet
qui ⁊ quot ſunt modi facientes ꝓpōem
modalem ⁊ quot modis accipiantur

Sed contra predicta primo arguitur
ſic. omne determinabile eſt in potentia.
ſed compoſitio propoſitionis cū ſit for
ma tocius eſt in actu tantum ⁊ per con-
ſequens non eſt determinabilis igit̄ nul
lus modus determinat illam compoſiti
onem. Secundo ar̄ ſic: modus deter
minans partem tocius ex conſequenti
denominat totum vt ſignum diſtribuēs
primo ſubiectum propoſitionis ex con-
ſequenti denominat totam propoſitio-
nem vniuerſalem ergo modi determinā
tes ſubiectum vel predicatum debēt de
nominare totam propoſitionē ⁊ non ſo
lum modus determinans totam propo
ſitionē. Tercio ſic determinationes
entis incomplexi non d̄terminant com
poſitionem orationis. ſed neceſſarium ⁊
contingens ſunt determinationes entis
incomplexi. q̄ ens dicitur neceſſarium
vel contingens. ergo iſti modi non de-
terminant compoſitionē. Quarto ar̄
ſic. per ſe ⁊ per accidens faciunt propo-
ſitionem modalem vt dicendo: ſor. acci
dentaliter currit: igitur non ſunt tantum
quatuor modi facientes propoſitionem
modalem. Quinto ſic. nihil qd̄ ſigni
ficatur nominaliter determinat compo
ſitionem verbi. ſed ſolū illud quod de
ſignatur aduerbialiter. ſed modi facien
tes propoſitionem modalē determināt
verbum gracia compoſitionis igitur nō
poſſunt nōialiter deſignari. Ad argu
menta. Ad primum d̄r ꝙ licet compoſi
tio orōis nō ſit in potentia reſpectu eſſe

tocius propoſitionis:ſed in actu tantuꝫ. tamen eſt in potentia reſpectu determi nationum accidentalium eius. ideo bene poteſt modificari. idem enim reſpectu diuerſorum bene eſt in potentia ⁊ in actu ſimul. Ad ſecundum dr̃ ꝙ in accidentibus que non conueniunt toti niſi gracia partis. accidens partis bene denominat totum. ſed in illis que poſſunt conuenire toti ⁊ partibus accidens partis non ſufficit denominare totum ⁊ ſic eſt de modificatione:qr tota propoſitio poteſt per ſe primo modificari quando modificatur ſua forma totius.⁊ poſſunt modificari ſue partes. ſed ab illa modificatōne non denominat̃ propoſitio modalis. Ad tercium dicitur ꝙ ſi contingens ⁊ neceſſarium accipiantur vt ſunt differentie entis incompleti ſic ſunt determinationes eius: ſed ſi accipiant̃ vt ſunt differentie entis completi quod ē inherentia predicati ad ſubiectū ſic ſūt determinationes compoſitionis ⁊ ſic ſumuntur in propoſito. Ad quartuꝫ dicitur ꝙ per ſe et per accidens non ſunt modi diſtincti ab iſtis qr per ſe ſub neceſſario continetur reductiue: ⁊ per accidens ſub contingenti. Ad quintum dicitur ꝙ licet illud qd̃ ſumit̃ nominalit̃ non poſſit determinare compoſitionem verbaliter acceptam ſed ſolum aduerbium. tamen poteſt bene determinare cōpoſitionem nominaliter captaꝫ quomodo determinant iſti mōi nōialiter capti

Propoſitio modalis ē que modificatur. Poſtꝙ autor determinauit de modo qui eſt principium formale propoſitionis modalis:h̃ conſequenter determinat de ꝑpoſitione modali ⁊ qr ſubſtantia rei precedit paſſiones eius. ideo prius determinat de propoſitione modali ſm ſe ꝙ̃ de equipollentijs ⁊ oppoſitionibus ei⁹ ipſam primo ſic diffiniens. Propoſitio modalis eſt illa que modificatur aliquo iſtorum ſex modoꝝ.ſ.poſſibile impoſſibile contingens neceſſarium verꝫ ⁊ falſum.

Primo ſciendum ꝙ propoſitio modalis dupliciter accipitur. vno mō cōiter pro omni propoſitione in qua modificatur cōpoſitio ſiue hoc ſit determinatione generali ſiue ſpeciali ⁊ ſic verum ⁊ falſum faciunt propoſitioneꝫ modalem: ⁊ hoc modo diffinitur h̃ in generali. Alio mō capitur ſpecialiter ſolum pro illa propoſitione cuius cōpoſitio ſpeciali determinatione modificatur ampliando ipſam vltra tempus ſue preiacentis ⁊ ſic ſolum fit propoſitio modalis per illos quatuor modos poſſibile. impoſſibile. contingens ⁊ neceſſariuꝫ Et ſolum modales que ſunt modificate hijs modis ſunt ſimpliciter modales ⁊ d̃ illis in ſequentibus ſolum determinabit̃ eo ꝙ non habent eaſdem equipollentias ⁊ oppoſitiones ſicut ille de in eſſe. ille vero que modificantur per verum ⁊ falſum habent eaſdem equipollentias ⁊ oppoſitiones ſicut ille d̃ in eſſe:quia non habēt ampliationem vltra tempus preſens. ideo de illis nō d̃terminabitur amplius. Secundo ſciendum ꝙ duplex eſt propoſitio modalis.ſ.compoſita ⁊ diuiſa:compoſita eſt illa in qua predicatum dicti componit̃ cum materia ⁊ forma ipſius ſubiecti ⁊ debet proferri dictum prolatione continua ad deſignandum illam compoſitionem ñ pauſando inter partes dicti ſed inter dictum ⁊ modum. Diuiſa eſt illa in qua predicatum dicti ſolum componitur cum materia ſubiecti ⁊ diuiditur a forma eius et debet proferri prolatione diſcontinua ad deſignandum illam diuiſionem inter partes dicti pauſando:⁊ non inter dictū ⁊ modum. vt hec album eſſe nigrum eſt poſſibile:ſi nigrum componatur cum albo pro ſubiecto albedinis ⁊ pro ipſa ab albedine tunc eſt compoſita ⁊ falſa:ſed ſi componatur cum albo pro ſubiecto albedinis ⁊ diuidatur ab albedine diſcontinuando partes dicti ſic eſt diuiſa ⁊ vera. Ex quib⁹ patet ꝙ taꝫ in modalibus diuiſis ꝙ̃ compoſitis modus determinat totam compoſitionem dicti licet differenter. ideo vtraqꝫ eſt ſimpliciter modalis ⁊ de vtraqꝫ intelligitur diffinitio prius poſita:nec differunt ſpecie eſſentiali compoſita ⁊ diuiſa de eodem modo ſed ſpecie accidentali ſolum.

Tercio ſciendum ꝙ in propoſitionibus modalibus dictum ſubicitur. ⁊ mod⁹ ſemper predicatur:Cuius ratō eſt quia ſicut ſe habent eſſe ⁊ non eſſe in illis de in eſſe ita modus in modalibus: ſed in illis de in eſſe:eſſe vel non eſſe eſt predicatuꝫ formale ergo ſimiliter modus in modalibus eſt predicatum formale ⁊ non materiale:quia eſt illud quo predicatum materiale denominatur ineſſe ſubiecto. Item illud quod eſt determinatio ⁊ ſe habet ꝑ modum forme reſpectu cōpoſitionis dicti nunꝙ̃ ſubicitur in propoſitione modali ſed ſemper predicatur eo ꝙ̃ determinatio non habet ſubici ſuo determinabili. ſꝫ modus ſe habꝫ vt forma reſpectu compoſitionis dicti quia eſt determinatio eius: licet non ſit determinatio compoſitionis que eſt inter dictuꝫ ⁊ modum igitur ī modalibus nunquam modus ſubicitur ſed ſemper predicatur. Quarto ſciendum ꝙ in modalibus dictum eſt illa oratio cuius compoſitio modificatur ſiue ſit compoſita ex accuſatiuo caſu ⁊ verbo infinitiuo cui additur modus nominaliter capt⁹ ſiue ſit oratio perfecta cui additur mod⁹ aduerbialiter capt⁹. ⁊ talis oratio ante aduentum modi dicitur preiacens propoſitionis modalis ⁊ tale dictum eſt materia propoſitionis ⁊ modus determinans cōpoſitioneꝫ eius ſe habet vt forma partis ⁊ eſſe modificatum compoſitionis reſultans ex vnione modi ⁊ cōpoſitionis que faciunt vnum ſicut determinatio ⁊ determinabile eſt forma totius propoſitionis modalis. ⁊ per hoc patet quid ſit propoſitō modalis ⁊ quot modis dicit̃ ⁊ quid ſit ſubiectum ⁊ predicatuꝫ eius. Sed contra predicta primo arguitur. in iſta ſortem currere eſt poſſibile:hoc dictum ſortem currere eſt illud quod modificatur per illum modum poſſibile:⁊ tamen non eſt propoſitio modalis. ſed tantum eius ſubiectum ergo propoſitio modalis non eſt que modificatur aliquo iſtorum ſex modorum. Secundo ſic hec eſt modalis hominem eſſe aſinum ē impoſſibile. ⁊ tamen non modificatur igit̃: minor patet quia in illa ille modus impoſſibile deſtruit totam compoſitionem dicti: igitur non determinat vel modificat ipſam. Tercio ſic aduerbium ī oratione nunquam predicatur ſed modus in modalibus quandoqꝫ ponitur aduerbialiter:ergo modus in ipſis nō ſemper predicatur. Quarto ſic modalis aliquando conuertitur: igitur in ea fit d̃ ꝑ̃dicato ſubiectum ⁊ econtra:ergo cū modus quandoqꝫ predicetur per conuerſionem mutat̃ in ſubiectū ⁊ ſic ñ ſꝑ predicatur. Quinto ſic vni ēs ſꝑ ē formali⁹ vnito:ſꝫ mod⁹ vnit̃ cū dicto mediāte copula verbali:igit̃ mod⁹ ſe hꝫ ī modalib⁹ vt ꝑ̃dicatum materiale ⁊ non formale.

tinctas in quibus eſt eſſencialiter. ideo
predicatur de differentibus ſpecie. ⁊ per
hoc patet intellectus diffinitiõis. Sꝫ
contra predicta primo arguitur. omnis
diffinitio debet notificare naturam dif
finiti. ſed in iſta ponitur illud nomen in
finitum quod: qd̄ nihil poteſt notificare
eo ꝙ eſt infinitum ⁊ ignotum: igitur dif
finitio mala eſt. Secundo ſic
omne predicabile dicit formam totius
ſed genus non dicit formam totius ſed
ſe habet per modum partis materialis
ad ipſam et differentiam per modum
forme igiť male dicitur ꝙ gen⁹ predicať
de ſpecie. Tercio ſic: omne quod p̄
dicatur dicit totum eſſe illus de quo pre
dicatur: genus autem non dicit totuꝫ eſ
ſe ſpeciei cum non dicat eſſe datum ſpe
ciei per differentiam igitur non predica
tur de ſpē. Quarto ſic oīs forma qua
lificans aliquid dicit quale ⁊ predicať in
quale. ſed genus dicit formaꝫ qualificã
tem aliquid cuꝫ oīs forma qualificet ma
teriam ſuã: ergo genus predicať in qua
le ⁊ non in quid. Quinto ſic quecũqꝫ
conueniũt in aliquo indiuiſibili ſꝫm eſſen
tiã ſũt idē eſſentialiter ⁊ in ſpē: ſed q̄cũqꝫ
ponunť ſub genere conueniũt in vno in
diuiſibili per eſſentiã: quia gen⁹ eſt idi
uiſiblie ſꝫm eſſentiam: igitur illa que ſunt
ſub genere conueniũt in ſpē ⁊ ſunt idē eſ
ſentialiter. igitur genus nõ predicatur de
pluribus differentibus ſpē. Ad argu
menta. Ad primũ dicitur ꝙ licet hoc pro
nomen qd̄ de ſe ſit infinitũ tñ in illa diffi
nitõe capitur finite ⁊ finitatur per ea que
ſibi adduntť ⁊ per ſuũ antecedens: iõ po
teſt notificare diffinitum. Ad ſecundũ
d̄ ꝙ ſi conſideretur genus vt contractuꝫ
eſt ad ſpēm per differentiam bene habet
modũ partis materialis ⁊ ſpecies modũ
totius: ſed ſi conſidereť in cõmuni: vt ſub
ſe continet multas ſpecies ſe habꝫ p mo
dum toti⁹. ⁊ eſt totuꝫ vniuerſale reſpectu
ſpeciei: ideo hoc modo poteſt de ſpē pre
dicari. Ad tercium d̄ ꝙ ſpēs habet
duplex eſſe. ſ. confuſuꝫ quod habꝫ in ge
nere in quo conuenit cum aliis ſpēbus: ⁊
eſſe diſtinctũ quod habet per differentiã
in quo differt ab illis ſpeciebus: ⁊ licet ge
nus non dicat totum eſſe diſtinctum ſpe
ciei: tamen dicit totum eſſe confuſum ei⁹
Ad quartum dicitur ꝙ licet for
ma qualificans aliud deſignata per mo
dum adiacens alteri ⁊ qualificantis alte
rum dicat quale ⁊ predicetur in quale: tñ
forma eſſẽtialis deſignata per modum
per ſe ſtantis nõ dicit q̃le ſed ſoluꝫ predi
catur in quid quia non capitur ſub illo
reſpectu quo qualificat aliud ſed ab eo
abſtrahiť modo ſic eſt de genere vt pri⁹
patuit. Ad quintum dicitur ꝙ omnia
contenta ſub genere conueniunt potenti
aliter in vno indiuiſibili ſꝫm eſſentiaꝫ nõ
tamen actualiter: ideo non oportet ꝙ in
ter ſe conueniant eſſentialiter ⁊ ſpecifice
ideo genus non ſolum predicatur de dif
ferẽtibus ſpecie ſed etiam de conuenien
tibus.

Ed Ad cognoſcendum.

Poſtquam autor poſuit diffini
tõeꝫ gen̄is hic conſequẽter declarat ali
q̃s partes eius: ⁊ p̄rio illaꝫ partē drñtib⁹
ſpecie. Et quia priuatio cognoſcitur per
ſuum habitum ⁊ differẽs ſe habꝫ per mo
dum priuationis reſpectu eiuſdem. ideo
ad cognoſcenduꝫ mõs differentis autor
notificat modos eiuſdem. quia tot mõis
dicitur differens quot modis diciť idem
Nam quot modis dicitur vnum oppoſi
torum tot modis dicitur ⁊ reliquum. Eti
am eadem forma eſt cauſa idemptitatis
inter illa que conueniunt ⁊ cauſa diuer
ſitatis ab aliis. nam per eandem formaꝫ
habet res idemptitatem in ſe ⁊ diuerſita
tem ab aliis: ideo primo videndum eſt
de modis eiuſdem. Pro quo ſciendũ
primo ꝙ idem dicitur tripliciter. idem ge
nere: idem ſpecie: idem numero: patet p
ſufficientiam quia omnis idemptitas et
vnitas ſumitur a forma: vel igitur ſumi
tur a forma incommunicabili ⁊ ſic eſt idē
numero. vel communicabili ⁊ hoc eſt du
pliciter. vel ſumitur a forma completa et
determinata ⁊ ſic eſt idem ſpecie: vel in
completa ⁊ ſic ē ideꝫ genere: ⁊ inter iſtos
modos eadem numero habent maioreꝫ
vnitatem q̃ꝫ eadem genere vel ſpecie q̃a
habent maiorem indiuiſionem. ideo ille
eſt perfectior modus idemptitatis: hic
autem non ponitur idem ſecundum ano
logiam quia illa non eſt idemptitas ſim
pliciter nec ſumiť ab aliqua forma vna
et hic ſolum euumerantur modi idemp
titatis qui ſumuntur ab aliqua idemp
titate forme: Secundo ſciendum ꝙ
eadem genere ſunt que ſub eodem ge
nere continentur. ⁊ per oppoſitum diffe
rentia genere que ſub diuerſis generib⁹
continentur: ⁊ licet genera generaliſſi
ma quandoque dicantur differentia ge
nere tamen magis proprie diuerſa gene
ra dicuntur q̃ꝫ differentia genere: diffe
runt enim diuerſa ⁊ differentia quia di
uerſa ſunt que in nullo vniuoco conue
niunt. differentia vero que in aliquo cõ
muni conueniunt ⁊ in aliquo ſpeciali dif
ferunt quod non conuenit generib⁹ ge
neraliſſimis. Sed eadem ſpecie ſunt q̃
continentur ſub eiſdem ſpeciebus ⁊ dif
ferentia ſpecie que ſub diuerſis ſpecie
bus continentur. Et eadem numero ſũt
que non faciunt diuerſum numerum in
ter ſe vt ſortes et homo. Et prouenit talis
vnitas a forma et actuat materiam et
realiter idem ſunt vnitas numeralis et
indiuiſio ſed differunt ratione quia
dicitur vnitas inquantum cauſatur a
forma que vnit partes materie et indi
uiſio inquantum prouenit a materia q̃
reddit formam incommunicabileꝫ: Sꝫ
differentia numero ſunt que faciunt di
uerſum numerum inter ſe vt ſortes et
plato. Et venit illa diuerſitas originali
ter ex parte materie diuerſe ab agente
in diuerſas partes ſub quantitate: com
plectiue autem prouenit a forma totius
que variatur ſecundum eſſe in diuer
ſas partes materie prius diuiſe: et per
hoc habetur quomodo ſpecies diuidi
tur diuiſione materie: et quomodo in
diuidua eiuſdem ſpeciei formaliter dif
ferunt. Tercio ſciendum ꝙ idem
numero quadrupliciter dicitur ſcilicet
idem nomine: idem diffinitione. idem
proprio. idem accidēte. quod patet per

ſufficientiā quia quecunqꝫ ſunt eadem numero vel ſūt eadeꝫ eſſentialiter vl' accidentaliter. ſi primū eſt dupliciter vel ſūt eadē ſm rem ⁊ rōem ſil'. ⁊ ſic ſunt eadeꝫ noīe: vel ſūt eadem ſm eſſentiā tm̄ ⁊ differūt rōe ⁊ ſic ſunt eadeꝫ diffinitōe in quibus diffinitio ſm naturā precedit diffinitū. ſi ſunt eadeꝫ accidētaliter hoc eſt dupliciter vel ſunt vnū accidētaliter accidente proprio ⁊ ſic ſunt eadē ꝓprio vel cōmuni ⁊ ſic ſunt eadeꝫ accidente. ⁊ ſicut habeī ſufficientia modoꝝ eiuſdē ita pōt dari ſufficiētia modorū differentis: ⁊ etiaꝫ modorū vnius quia vnuꝫ et idem realiter idē ſūt. Quarto ſciēdū ꝙ eadem nomine dicuntur quorū res eſt vna nomina vero plura. ⁊ hoc modo omīa ſynonima dicunī eadeꝫ. Sed eadem diffinitione dicuntur quorū vnū eſt diffinitio alterius vel etiam de diffinitione ſicut ſpecies eſt vna diffinitōe cum indiuiduo. ⁊ omne ſuperius eſſentiale cum ſuo inferiori eſt idem. Eadeꝫ proprio ſunt quorū vnū eſt propriuꝫ alterius. ⁊ eadem accidente ſunt quoruꝫ vnum eſt accidens alterius ⁊ prouenit hec vnitas formaliter ex ꝑte forme accidentalis que ſe ipſa inheret formaliter ſuo ſubiecto: effectiue vero ex parte ſui ſubiecti quod dat accidēti eſſe ⁊ vnitateꝫ in genere cauſe efficientis materialis ⁊ finalis. Sed contra predicta arguiī pīio: celuꝫ ⁊ terra ſub eodē genere continētur. ſ. ſub corpore ⁊ tamen nō ſūt eadeꝫ genere quia corruptibile ⁊ incorruptibile differūt plus ꝙ̄ genere: ergo male hic diffiniuntur eadem genere

Secundo ſic homo ⁊ aſinus differt ſpecie. ⁊ tamen non continentur ſub diuerſis ſpeciebus igitur male diffiniuntur dfferentia ſpē. Tecio ſic ſortes et plato differunt numero ⁊ tamē non faciūt diuerſuꝫ numerum inter ſe: ſed tm̄ faciūt vnū numerū. ſ. binariū ergo male diffiniunī differentia numero. Quarto ſic plura nomina ſunt differentia noīe ergo nō poteſt eſſe eadem nomine quoꝝ res eſt vna nomina vero plura. Quinto ſic vbi ſunt diuerſe forme ibi ſunt diuerſa eſſe. ſubiectum ⁊ accidēs importāt diuerſas formas. igitur non habent vnū eſſe nec ſunt eadē numero. Ad argumenta. Ad primum dicī ꝙ corruptibile ⁊ incorruptibile nunꝙ̄ ſunt eadem in genere phiſico qδ eſt materia eo quod nō habent eiuſdem rationis materiaꝫ. tamē bene poſſūt eſſe eadeꝫ genere logico de quo ſolum eſt hic ad propoſituꝫ. Ad ſecunduꝫ dicitur quod licꝫ homo ⁊ aſinꝰ non ſint ſub diuerſis ſpeciebus tamē habent diuerſas differētias ſpecificas quibus differunt ſpecie iō poſſunt dici differentia ſpecie. ſed magis proprie dicunī diuerſe ſpecies. Ad terciū dī ꝙ capiaī numerus proprie pro vt eſt multitudo ex vnitatibꝰ aggregata ſic ſortes ⁊ plato non faciunt diuerſuꝫ numeꝝ: ſed ſi capiatur inproprie pro vnitate numerali vel communiter vt ſe extendit ad numerum ⁊ vnitatem ſicut hic capitur ſic ſortes ⁊ plato faciunt diuerſum numerum id eſt. diuerſas vnitates numerales. Ad quartuꝫ dicī ꝙ licet diuerſa nomina ſint differentia ex parte vocis ſiue nōis nominantis: pnt̄ tamen eſſe eadeꝫ ex parte rei nominate ⁊ propter illam vnitatē dicuntur eadē nōie. Ad quintum dicitur ꝙ licet ſubiectū ⁊ accidēs hēant diuerſa eſſe eſſentie tamē habēt vnū ſolū eſſe exiſtentie per quod ſubiectū exiſtit ꝑ ſe: accidēs vero ex conſequēti ad exiſtentiam ſubiecti.

Illud aūt dī predicari. Poſtꝙ̄ autor notificauit illud menbrū diffinitōis generis. ſ. differētibꝰ ſpē. hic conſequēter notificat aliud menbrū. ſ. ꝑdicari in quid: dicens ꝙ illud dī ꝑdicari in qd quod conueniēter reſpondeī ad queſtionē factaꝫ per quid. cuius rō eſt quia hoc interrogatiuū quid querit de ſubſtātia et quiditate rei: ⁊ quia interrogationi debet eſſe proportionata reſponſio. iō ad illud interrogatiuū quid debet reſponderi illud quod dicit eſſentiā ⁊ quiditatem rei iō quod cōuenienter reſpōdetur ad queſtionē factā per quid dī predicari ī quid.

Primo ſciendū ꝙ forma. actus. quiditas. eſſentia. ⁊ natura ideꝫ ſūt ſm rem ſed differūt rōibus: quia eſſentia rei quinqꝫ mōis conſideraī. primo mō inquantū informat materiā vl' totū conpoſitū ⁊ ſic dicī forma. Secūdo mō pro vt actuat potentiā materie ⁊ ſic eſt actus. Tercio mō vt eſt principiū eſſendi ⁊ ſic dicitur eſſentia eſt eniꝫ eſſentia id quo res habet eſſe. Quarto modo conſideratur inquantuꝫ eſt principiū cognoſcendi reꝫ ⁊ ſic dī quiditas q̄ſi dicens quid eſt res quia res per formaꝫ eius ab intellectu cognoſciī. ⁊ etiam qn̄qꝫ dicī ratio quia eſt id quo ratio vel intellectus cognoſcit ipſam reꝫ. Quinto modo conſideratur inquantum eſt principium operandi ⁊ ſic dicitur natura ⁊ dicī naīa a naſcor naſceris quia ab ea naſcuntur motus ⁊ operationes cōpoſiti. vel quia eſt principium naſcentie rei et per hoc patet quid ſit quiditas rei et quid predicaī in quid: quia illud quod importat quiditatem rei per modum ſubſtantie. Secundo ſciendum ꝙ ſpecies genus differentia ⁊ diffinitio important eandem eſſentiam realiter. ſꝫ ſub diuerſis modis eſſendi quia genus importat eam ſub confuſo eſſe determīabili per differentias oppoſitas formaliter: Differentia vero importat eandem eſſentiam per modum formātis ⁊ qualificantis potētiā gen̄is ⁊ h quia determīat genus ad ſpetiem. Species vero importat illam eſſentiā per moduꝫ formati et determinati implicite tamen. Sed diffinitio importat eam per modum completi ⁊ explicite. explicat enim ipſam a prima potentia vſque ad actum vltimum per genus ⁊ differentiam ſpetiei. ideo diffinitio predicatur in quid de ſpetie tamen nō eſt vnum predicabile tantum. ſed conplectiī plura. Alia vero quia ſunt inconplexa dicunī predicabilia ⁊ quia a modis eſſendi ſumuntur modi predicandi et nō ab eſſentia ſecundum ſe. ideo genus et ſpecies que important eſſentiaꝫ ſub modo ſubſtantie predicantur in quid non autem differentia que importat eaꝫ ſub modo qualitatis: Tercio ſcienduꝫ ꝙ genus dupliciter conſideratur. vno modo ſub ratione predicabilis ⁊ ſic de ipſo data eſt diffinitō prius poſita. Alio modo ſub ratione generis inquantum habet reſpectuꝫ ad plures ſpeties ⁊ ſic de ipſo datur hec diffinitō genus ē cui ſupponitur ſpeties. Cuius ratio eſt quia in ordine predicabilium cōmunius debet poni ſupra minus cōmune cuꝫ poſſit de ipſo predicari vniuerſaliter ⁊ nō econuerſo. ſed genus eſt cōius quam ſit ſpecies: quia ad hoc ꝙ ſit genꝰ requiriī ꝙ poſſit eſſe in pluribus ſpēbus ⁊ ꝙ ſub eo ſint plures ſpēs aptitudine ⁊ quia in perpetuis ſicut ſūt vniuerſalia nō differūt eſſe ⁊ poſſe ſm tempus. iō cū genus ſit in potētia ad plures ſpēs: etiā habet plures in actu. ⁊ licꝫ genus ſm totaꝫ ſuaꝫ eſſentiā poſſit ſaluari in vnica ſpetie nō tamen ſm totam eius potentiā quia ꝑtāte continet oēs ſpēs ſub ſe: ideo ſēper manet cōmunius ⁊ ſpēs cōueniēter ponitur ſub eo. Quarto ſcienduꝫ ꝙ ſub generī aliquid dupliciter poniī. vno modo lateraliter vt differentia que a latere cōtrahit partem ꝑtātis generis. ⁊ a latere cōcurrit ad cōſtitutōeꝫ ſpēi tanꝙ̄ detīans eſſētiā generī ad ſpēꝫ. Alio mō directe vt id quod īportat eſſentiaꝫ generis per modū ſubſtantie: ⁊ ſic ſpecies ſupponitur generi etiaꝫ inmediate ⁊ ſor

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

maliter quia per differentiam genus de
terminatur ad ſpēm. Indiuidua vero
ponuntur ſub genere mediante ſpecie ⁊
materialiter quia ſpecies diuiditur per
indiuidua ſolū diuiſione materiali ⁊ nō
formali: ideo cōuenienter dicitur quod
genus eſt cui immediate directe et for-
maliter ſupponitur ſpecies ⁊ non diffe-
rentia vel indiuiduum propter cauſas
iam dictas. Sed contra predicta
primo arguitur: Si queratur quid eſt
oratio conuenienter reſpondetur ꝙ eſt
vox: ⁊ tamen, vox non p̄dicatur de ora
tione in quid cum oratio non habeat
quiditatem eo ꝙ eſt ens rationis: igitur
male diffinit̄ predicari in quid. Se
cundo ſi queratur quid eſt chymera be
ne reſpondetur ꝙ eſt quid ymaginabi
le compoſituz ex impoſſibilibus com-
poni: ⁊ tamen hoc non predicatur in
quid de chymera cum ipſa non habe-
at quiditatem. Tercio ſic vnius dif
finibilis vnica eſt diffinitio cum vnius
rei ſit vnicum eſſe ⁊ diffinitio ſit oratio
explicans eſſe rei: ergo male ponitur
hec ſecunda diffinitō generis. Quar
to ſic potentia ponitur ſub actu ⁊ non
econuerſo: ſed genus eſt potentia re-
ſpectu ſpeciei igitur ponitur ſub ſpecie
⁊ ſibi non ſupponitur ſpecies. Quin
to ſic prius non debet diffiniri per poſ-
terius ſpecies eſt poſterior genere: igi-
tur genus male diffinitur per ſpeciem.

Ad argumenta. Ad primum dicit̄
ꝙ licet oratio non habeat quiditatem
ſecundū rem ⁊ ſimpliciter tamen habet
quiditatem ſm modum eo modo quo
habet eſſe cum quiditas non ſit aliud
quam rei entitas vt notificatiua ipſius
ideo vox de oracione in quid predica
tur eo modo quo reſpondetur ad inter
rogationez eius factam per q̄d. Ad
ſecundum dicitur ꝙ ſi de chymera q̄ra
tur quid rei non valet diffinitō: Sed ſi
queratur quid nominis bene datur illa
diffinitio: ⁊ poteſt predicari in quid de
chymera. vel etiam ſm modum p̄dicatur
in q̄d de ipſa oſtendendo entitatez eius
pro vt eſt ens rationis. Ad tercium
dicitur ꝙ licet vnius rei ſit vnicum eſſe
eſſentie ⁊ vnica diffinitio q̄ditatiua. ta-
men pn̄t eſſe plures modi eſſendi vel plu
ra eſſe accidentalia que explicantur per
diffinitionem deſcriptiuam: ideo vnius
rei ſm plures modos eſſendi poſſunt eē
plures diffinitiones deſcriptiue ⁊ ſic eſt
de genere in iſtis diffinitionibus. Ad
quartum dicitur ꝙ duplex eſt potentia q̄
dam eſt potentia ſubiectiua q̄ eſt potētia
materie vel ſubiecti per quam poteſt ſuſ
cipere formaz. Alia eſt potētia formalis
que eſt aptitudo forme ad determinari p
diuerſas formas. ⁊ licet potentia ſubiecti
ua ponatur ſub actu non tamen potentia
formalis ſed ponitur ſupra actum ⁊ hoc
modo genus eſt potentia ſpeciei. Ad
quintum dicitur ꝙ ſi ſpecies capiatur p
re ſubiecta intentioni ſic ē poſterior ge-
nere: ſed ſi capiatur pro intentione con-
creta rei ad huc dupliciter cōſiderat̄. vno
modo vt habet depēdentiam ad ſuū ge-
nus ꝙ terminat ipſaz ⁊ ſic ad huc eſt poſ
terior. Alio modo vt ipſa terminat re-
ſpectum ⁊ depēdētiā intentionis generis
⁊ ſic eſt prior genere cū terminās p̄cedat
terminatuz: ⁊ ſolū hoc mō capit̄ in diffini
tōe generis poſtremo poſita.

g Enus diuidit̄ in gn̄aliſſimū
poſtquā autor determinauit de genere
diffinitiue ponendo duas diffini
tiones eius hic conſequenter detiat de
ipſo diuiſiue: dicens ꝙ genus diuiditur
in genus generaliſſimum ⁊ ſubalternuz.
Cuius rō eſt q̄a oē genus ordiat̄ i ordie
p̄dicam̄tali vel ergo ē p̄ncipiū ſui ordis ꝙ
non pōit̄ ſub alio: ⁊ ſic ē genus generaliſ
ſimū: vel ſubordiat̄ alteri ⁊ ſic ē gen9 ſub-
alternū ⁊ iſtorū m̄broꝝ generaliſſimū dr
p̄fectius genus ꝙ ſubalternuz: rō eſt q̄a
rō generis a generalitate ſumit̄ ⁊ comu-
nitate ſui ambit9: Sed genus generaliſſi
muz habet maiorem generalitatem ⁊ co
munitatez ꝙ ſubalternum: q̄a plura ſub-
ſe continet. ideo p̄fectius dicitur genus.
Ex q̄ ſequitur quod diuiſio predicta ē di
uiſio analogi in ſua analogata. Pri-
mo ſciendum ꝙ genus generaliſſimuz ē
quod cuz ſit genus non poteſt eſſe ſpēs:
cuius rō eſt quia genus generaliſſimuz
habz quod ſit genus ⁊ quod ſit genera-
liſſimum primuz habet per reſpectuz ad
ſuas ſpecies q̄ruz dicitur genus. ⁊ ſecun
dum habet per negationem prioris ge
neris quod ſit generalius ipſo: ⁊ vtrūqȝ
explicatur in diffinitione p̄dicta. primū
cuz dicitur quod cum ſit genus: ſecundū
per hoc ꝙ dicitur non poteſt eē ſpecies:
quia ſi non poſſit eſſe ſpecies non habet
aliquod genus cōius ipſo. ideo aliter ſic
poteſt diffiniri. Generaliſſimum eſt ſu-
pra quod non ē aliquod ſupraueniens ge
nus. Secundo ſciendum ꝙ genera-
liſſimuz dupliciт̄ exponitur. ſ. afirmatiue
⁊ negatiue. negatiue ſic. generaliſſimum
eſt generale et nihil eſt eo generalius. et
affirmatiue ſic. gn̄aliſſimū ē qđ eſt gn̄ale
⁊ oī alio eſt generalius qđ poteſt dupli
citer itelligi. vel quod omni alio gene-
ralius ſit ſimpliciter vel oī alio de ſuo or
dine: vnde ſi expōatur generaliſſimū af
firmatiue et intelligat̄ ꝙ ſit oī alio gene
ralius ſimpliciter ſic ſubſtātia n̄ eſſet ge
neraliſſimum: ipſa enim non eſſet omni
alio generalior. ſ. quantite. ⁊ tunc q̄titas
non eſſet genus generaliſſimuz. ⁊ ſic o-
portet tantum vnuz eſſe genus generali
ſſimuz. Sed ſi exponatur generaliſſimū
negatiue vel affirmatiue cuz iſta reſtric-
tione ꝙ ſit omni alio de ſuo ordine gene
ralius: ſubſtantia bene eſt genus gene
raliſſimuz: ⁊ ſimiliter alia predicamēta
⁊ hoc modo capitur hic generaliſſimū.

Tercio ſcienduz quod genus gene
raliſſimum diuiditur per decem p̄di-
camenta que ſunt ſubſtantia quātitas.
adaliq̄d. q̄litas. actio. paſſio. ſitus. ha-
bitus. vbi. quando: ⁊ dicūtur iſta gene
ra generaliſſima. q̄a nō habēt aliquod
genus ſupra ſe. quia licet genus genera
liſſimum diuidatur per iſta decem: ta-
men non eſt genus ipſorum ſed ſolum
eſt intentio communis que de ipſis pre-
dicatur accidentaliter. ⁊ etiam licet ens
dicat̄ de omnib9 illis tamē non eſt gen9
ipſorū q̄a n̄ p̄dicat̄ de ipſis vniuoce. nā
qđ p̄dicat̄ vniuoce p̄dicat̄ ſm vnuz no
men ⁊ vnam rationez eq̄liter participa
tam a multis. ſȝ ratō entis que eſt habe
re eſſentiam vel habere actum eſſendi
non equaliter participatur a decem p̄
dicamentis. quia actus eſſendi primo
conuenit ſubſtantie et per ſubſtantiam
ſolum conuenit aliis et non conuenit
ipſis per ſe. Similiter habere eſſentiaz
verius conuenit ſubſtantie quaz aliis.
Item omne genus diuiditur per diffe
rentias formales que ſunt extra ratio
nem generis. ſed ens non diuiditur in
decem predicam̄ta per differentias for
males que ſint extra rationez entis q̄a
tunc eſſēt non entia modo nō ens nul-
lam conſtituit ſpeciem ſub ente: ideo
ens non habet differentias formales
nec eſt genus ad decez predicamenta.

Quarto ſtiēdum quod genus ſub
alternum dicitur quod cuz ſit genus be
ne poteſt eſſe ſpecies. Cuius racio eſt
quia ſubalternum mediat poſitione or
dinis inter generaliſſimum ⁊ ſpecialiſ
ſimuz. rōe cuius habz duplicem reſpec
tū primū habet reſpectu generaliſſimi
qđ ē ſibi ſupius ⁊ ab illo dicit̄ ſpecies
ſecundum habet reſpectu ſuorum infe
rioruz a quo dicit̄ gen9: ⁊ ſic bene dicit̄
quod cum ſit gen9 poteſt eē ſpecies. et
dicitur ſubalternuz quaſi alternati ſub

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

et ſupra poſitum.ſ.poſitõne formali:et non dicitur ſubalternum q̃a eſt ſub altero natuꝫ.q̃a tunc ſpecies ſpecialiſſ̃ia diceretur ſubalt̃na et ꝑ hoc patet de diuiſione generis ⁊ de diffinitionibꝰ mẽbrorꝫ eius ⁊ de diuiſione generis generaliſſimi. Sed cõtra predicta prius arguitur. Oĩs diuiſio generis fit ꝑ differencias ⁊ ĩ ſpecies eius ſed iſta diuiſio generis non fit ĩ ſpecies eiꝰ cuꝫ generaliſſimuꝫ non poſſit eſſe ſpẽs.igitur illa diuiſio nõ eſt ſufficiens. Secundo ſic qđ poteſt habere eſſe detiatuꝫ ꝑ differenciaꝫ poteſt eſſe ſpecies.ſed genus generaliſſimũ ẽ huiuſmodi.q̃a ſubſtantia habet eẽ determiatum ꝑ ſonale ad hominẽ.ergo generaliſſimũ põt eẽ ſpecies. Tercio ſic qđ dicitur per ſuper habundãtiaꝫ vni ſoli conuenit:ſed generaliſſimuꝫ ꝑ ſupḃabundãtiaꝫ dicitur igitur vni ſoli conuenit igitur non ſũt decem p̃dicamenta. Quarto ſic: omne qđ p̃dicat̃ ĩ q̃d ⁊ eſt cõius alio ẽ genus:ſed ens p̃dicatur ĩ q̃d de quolibet p̃dicamentoꝝ et eſt cõius quolibꝫ: quia ſic queratur q̃d eſt ſubſtantia conuenienter reſpondetur ꝙ eſt ens:ergo ens eſt genus ad decem predicamẽta.

Quinto ſic:oppoſita nunq̃ poſſunt ſimul eẽ in eodeꝫ.genus ⁊ ſpecies opponunt̃ ſm intentiones eoruꝫ.ergo genus ſubalternuꝫ non eſt genus ſimul ⁊ ſpecies. Ad argumenta.Ad primuꝫ dicitur ꝙ dupliciter dicitur diuiſio generis.vnomodo racione modi diuiſionis.quia fit ſm formaꝫ diuiſionis generis ꝑ differẽtias oppoſitas.Alio modo dicitur diuiſio generis rõne diuiſi eoꝙ ibi diuiditur genus vel ĩtentio generis.⁊ licet diuiſio generis primo modo dicta ſemper fiat in diuerſas ſpecies non tamen diuiſio generis ſecundo modo dicta.⁊ illa non eſt ꝓpͣa diuiſio generis ſed quandoque analogi:⁊ hoc modo ẽ iſta diuiſio:q̃a hic ñ diuidit̃ genꝰ ꝑ aliq̃ ſpeciali re ſub iecta ĩtẽcıõı ſꝫ pro ĩtẽtiõe coĩ generis cõcretau rei que non habet differentias formales. Ad ſecundum dicitur ꝙ ſi generaliſſimum conſideretur quantum ad eſſentiam eiꝰ bene poteſt habere determinatum eſſe per differẽtiaꝫ.ſed ſi conſideretur ſm ſuum modum eſſendi quo dicitur communiſſimuꝫ ſui ordinis ſic non poteſt habere eſſe determinatum:⁊ quia genus generaliſſimum vtrumqꝫ ĩ portat.ſ.eſſentiam ⁊ taleꝫ modum eſſendi:iđ vt generaliſſimuꝫ eſt non poteſt eſſe determiatuꝫ

Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licet illud quod ꝑ ſuperhabundantiaꝫ dicitur vni ſoli cõueniat in vno ordine tamen poteſt conuenire diuerſis in diuerſis ordinibus et ſic eſt de deceꝫ predicamentis quoꝝ qđlibet in ſuo ordine dicitur generaliſſimũ

Ad quartuꝫ dicitur quod ens dupliciter capitur:vno modo participialiter vt tantum valet ſicut exiſtens vel habens actum eſſendi ⁊ ſic non p̃dicatur in quid de aliquo predicamento ſed ipſis accidentaliter conuenit.Alio modo nominaliter vt tantum valet ſicut habens eſſentiam et ſic bene predicatur in quid de predicamentis ſed non eſt cõius aliquo illoruꝫ comunitate nature vel rei que diuidatur per illa deceꝫ ſed eſt ſoluꝫ comunis comunitate vocis.ideo non dicitur vniuoce de ipſis. Ad quintum dicitur quod ſi genus ⁊ ſpecies conparentur ſecundum idem ſic opponuntur ſecundũ ſuas intenciones:ſed reſpectu diuerſoꝝ non opponuntur:et hoc modo conueniunt ſubalterno.

Capitulum de Specie.

Species eſt quod predicatur. Poſtquam determinatuꝫ ẽ de genere ꝙ eſt principiuꝫ ſpeciei:hic cõſequenter autor determinat đ ſpecie que capit rationem vniuerſalis ab ipſo genere. ipſam primo ſic diffiniẽs. Species eſt qđ predicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid: In qua diffinitione per illam particulam quod predicatur de pluribus habetur ꝙ ſpecies eſt vnum predicabile per quod intelligitur genꝰ diffiniti: deinde ponitur differẽtibus numero ad differentiam generis quod predicatur de differentibus ſpecie: ⁊ ponitur in quid ad dr̃am differentie proprij ⁊ accidentis que predicantur in quale.⁊ conuenit hec diffinitio ſpeciei ſpecialiſſime tantum: et non ſubalterne. Ratio eſt quia hic diffinitur ſpecies in ratione predicabilis: In cuius ſignum ponitur hoc relatiuũ quod referẽs predicabile vl' vniuerſale: ſꝫ ſpẽs ſpecialiſſima ſolũ ẽ p̃dicabile ab alijs diſtinctum ⁊ non ſubalterna:ſed illa continetur ſub predicabili generis. Primo ſciendũ ꝙ ſpecies dupliciter accipitur.vno modo vt eſt vniuſcuiuſqꝫ forma.i.pulcritudo vel formoſitas corporis que cõſiſtit in debita quantitate ⁊ debita menſuratione membrorum corporis cum viuacitate coloris:⁊ hoc modo dicitur ſpecies in ciuilibus: Secundo modo capitur ſpecies tranſumptiue pro forma communicabili que ponit̃ ſub aſſignato genere ⁊ illo modo dicitur ſpecies logica.vnde nomẽ ſpeciei primo repertum eſt in ciuilibus ⁊ per ſimilitudinem tranſlatum eſt ad ſpeciem logicam: quia ſicut ſpecies que eſt pulcritudo actuat ipm̃ corpus remouendo eius turpitudinem ſic ſpecies logica actuat ⁊ determinat ipm̃ genus ⁊ remouet eius turpitudinem.ſ.potentialitatem ⁊ indeterminationem ab hoc enim quod eſt ſpecificare dicitur ſpecies. ⁊ đ ſpecie ſecundo modo dicta eſt hic ad propoſitum. Secundo ſciendum ꝙ natura ſpeciei vtputa natura hominis tripliciter cõſideratur: vno modo ſm ſe.⁊ ſic non dicitur vniuerſalis nec particularis:quia nõ capitur ſub aliqua ſecunda intentione. Alio modo capitur ſub rꝛſpectu ad ſua indiuidua ⁊ ab illo dicitur vniuerſalis. Tercio mõ per reſpectum ad ſuum genus ⁊ ab illo ſ acci pitur intentio ſpeciei:⁊ ſm illum reſpectum habet ſpecificare genus:hic autem non diffinitur ſpecies pro illa natura cõmuni abſolute ſed pro illa natura vt ſubſtat intentioni predicabilis ⁊ ſpeciei ſimul quia non diffinitur hic in ratione p̃dicabilis tantum quia tunc per iſtaꝫ diffinitionem non differt ab alijs predicabilibus:ſed diffinitur in ratione predicabilis determinati ⁊ contracti ad ſpecialem modum predicandi ⁊ per intentionem ſpeciei.vnde ſpecies in ſuo nomine includit predictam naturam materialiter ⁊ formaliter includit intentionẽ ſpeciei cum intentione vniuerſalis:iđ diffinitur pro illa re ſubiecta inquantum ſubſtat intentioni. Tercio ſciendum ꝙ dũ in aliqua diffinitione ponitur verbum quod habeat ſignificare actum debet capi vt dicit aptitudinem:Cuius ratio eſt quia diffinitio ſemper eſt de aliquo vniuerſali ⁊ nõ de ſingularibus eo ꝙ ſingularium non eſt demonſtratio et per conſequens neqꝫ diffinitiõ:quia diffinitio eſt medium demonſtrationis: ſꝫ aptitudo ſe tenet ex parte vniuerſalium actus autem ex parte ſingularium cum actus ⁊ operationes ſint ſingularium ⁊ ſuppoſitorum: ideo dum verbum ſignificans actum ponitur in diffinitione debet capi vt dicit aptitudinem tantũ. iđ in preſenti diffinitione hoc verbum predicatur dicit aptitudinem ad predicandum ⁊ non actum. Quarto ſcienduꝫ ꝙ genus ⁊ ſpecies diuerſimode multiplicantur.Genus enim diuiditur diuiſione formali.ſ. per differẽtias formales formaliter contrahentes eſſentiam generis ad diuerſas ſpecies ratiõe cuius

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

genus predicatur de differentibus ſpe-
cie ſed ſpecies diuiditur ſolum diuiſiõe
materiali per hoc ꝙ ip̃a recipitur in ma
teria diuiſa per diuerſas partes in quas
ip̃a multiplicatur ſm eſſe. ⁊ qꝛ talis diui
ſio materialis cauſat diuerſa indiuidua
differentia numero ideo ſpecies predi-
catur de differentibus numero: ⁊ qꝛ ip̃a
dicit totam eſſentiam completam illorũ
indiuiduorum, per modum ſubſtantie:
ideo predicatur in quid: ⁊ per hoc patz
intellectus diffinitionis ſpeciei. Con
tra predicta primo ar. nullum ens com-
pletum habet eſſe in pluribus cum ens
in alio ſit imperfectum ⁊ non per ſe ex-
iſtens ſed ſpecies eſt ens completum et
perfectum ſicut genus eſt imperfectum
ergo ſpecies non habet eſſe in pluribus
nec predicaẽ de multis. Secundo ſic
omne predicabile dicit totum eſſe ſui ſu
bicibilis: ſpecies non dicit totum eſſe in
diuiduoꝝ. qꝛ indiuiduum vltra ſpeciez
addit materiam ſignatam quã ſpẽs nõ
includit: ergo ſpecies non predicatur ƌ
indiuiduis differentibꝰ numero. Ter
cio ſic indiuiduuz non habet quiditatẽ
nec diffinitionez: ergo ſpecies non dicit
quiditatem indiuiduorum ⁊ per conſe-
quens non predicaẽ in quid de drñtibꝰ
numero. Quarto ſic genus predicaẽ
in quid de drñtibus numero vt aĩal de
ſorte ⁊ brunello: ergo iſta diffinitio con
uenit generi nec valet dicere ꝙ genus p̃
dicatur de drñtibus numero ſolum me
diate qꝛ predicaẽ immediate de drñtibꝰ
ſpecie qꝛ diuerſe ſpecies in genere ſubẽ
differunt numero: igitur genus ĩmedia
te predicatur de differentibus numero.

Quinto ſic materia predicatur in q̃d
de hac materia ⁊ illa que differũt nume
ro ⁊ tamen non eſt ſpecies cum non ſit
forma tocius ergo iſta diffinitio conue
nit alijs a diffinito. Ad argumẽta: Ad
primuz dicitur ꝙ licet ſpecies ſit ens cõ
pletuz perfectione eſſentiali ⁊ formali nõ
tamen eſt perfectum perfectione ſuppoſi
ti: ideo non eſt per ſe ſubſiſtens. ſed bene
poteſt eſſe in multis. Ad ſecundum di
citur ꝙ licet ſpecies non dicat totum eſſe
materiale ⁊ proprium indiuidui qꝛ indi-
uiduum vltra ſpeciez addit materiam vl
ſm aliquos ſignationem materie. tamen
ip̃a dicit totum eſſe ſpecificum ſuoꝝ indi
uiduoꝝ quod ſufficit ad predicanduz de
ip̃is. Ad tercium diciẽ ꝙ indiuiduum
dupliciter conſideratur. vno mõ vt ẽ res
particularis terminans fluxum nature cõ
munis: ⁊ iſto modo bene habet eſſentiaz
⁊ quiditatem. Alio mõ conſideratur ſub
ratione diſcreti vt includit accidentia in-
diuiduantia ⁊ hoc modo non habet eſſen
tiam niſi per ſuas partes qꝛ includit eſſẽ
tias de diuerſis p̃dicamẽtis. nec iſto mo
do ſpecies predicatur in quid de indiui-
duis ſed primo modo. Ad quartuz dꝛ
ꝙ licz genus mediate predicetur in quid
de drñtibus numero non tamen imedia-
te ſicut intelligitur de ſpecie. ⁊ licet diuer
ſe ſpecies ſubſtantie per ſe ⁊ primo diffe-
rant numero. ſ. numeroſitate eſſentie non
tamen numeroſitate ſuppoſiti ƌ qua hic
intelligitur. Ad quintuz dicitur ꝙ licet
materia prediceẽ in quid de drñtibus nu
mero ſm modum non tamẽ ſm rem: quia
ip̃a non eſt forma dicẽs eſſe huius mate
rie vel illius niſi ſm moduz tm̃: ⁊ illo mõ
põt dici ſpẽs logica ſm modũ eo mõ quo
predicatur in quid de drñtibus numero.

(ſ)pecies ẽ que ponitur. Poſt
q̃ꝙ autor poſuit diuiſionem ſpe-
ciei in ratõne predicabilis ⁊ per
reſpectum ad ſua inferiora ſm quem dici
tur vniuerſalis: hic conſequenter diffinit
ip̃am ſub ratione ſpeciei: ⁊ per reſpectum
ad ſua ſuperiora ſm quem dꝛ ſpecies di-
cens ꝙ ip̃a aliter ſic diffinitur. Species ẽ
que ponitur ſub aſſignato genere: et de
qua genus in eo qƌ quid predicatur: et
debet intelligi ꝙ ponitur directe ſub ge-
nere ⁊ non lateraliter ſicut drñtia ⁊ etiaz
ponitur inmediate ⁊ non mediante ſicut
indiuiduuz ⁊ conuenit iſta diffinitio taz
ſpeciei ſpecialiſſime quam ſubalterne: q̃-
libet enim illaruz poniẽ ſub aſſignato ge-
nere: ideo ipſa ẽ cõior precedẽte. Pri
mo ſciendum ꝙ ſpecies ſub genere po-
nitur poſitione formali ⁊ ordine partici-
pationis. cuius ratio eſt quia ſpecies po
nitur ſub genere eo ꝙ eſt minus comu-
nis ⁊ magis detiata q̃ꝙ genus: ſed quod
ſit magis ƌterminata habet a drñtia for
mali que contrahit formaliter ⁊ determi
nat genus ad ſpeciem. ideo ſpecies poni
tur ſub genere poſitione formali ⁊ etiam
ordine participationis: quia participare
eſt rationem participati capere ſeu ſuſci-
pere. Species autem i ſe ſuſcipit generis
rationem quia eius diffinitionez. vnde
patet ꝙ ſpecies aliter ponitur ſub generẽ
q̃ indiuiduum quia indiuiduũ ponitur
mediante ſpecie ſub genere et ſub ſpecie
poniẽ poſitõne materiali tantuz: indiui-
duum eniz contrahit formaz generis vl
ſpeciei per matriam ſolum que eſt prin-
cipium indiuiduatõis. ⁊ reddit formam
incõicabilẽ per q̃m efficitur minꝰ comu-
nis: ⁊ per talem determinatiõez indiui-
duum ponitur ſub genere vel ſpecie ra-
tiõe cuius: indiuiduum vagum generis
vt aliquid animal reſpectu animalis nõ
poniẽ ſub aliq̃ parte determinata ptãtis
ſed indrñter cõtrahit genꝰ ad idiuiduũ
cuiuſlibet ſpeciei. Secundo ſciendũ
ꝙ ſpecies actu ⁊ ĩtellectu includit eſſen-
tiã generis: ⁊ iõ ipſa nõ põt põi indrñter
ſub diuerſis generibus ſed ſolũ ſub illo
determinato genere cuiꝰ habet eſſentiaz
⁊ ideo poni dicitur ſub aſſignato genere
.i. ſub ſuo genere determinato: Cuius ha
bet eſſenciaz ⁊ de ea genus predicatur in
quid eo ꝙ dicit totaz eius eſſenciam per
modum ſubſtantie: lz ſub eſſe confuſo vt
prius dictuz eſt ⁊ per hoc patet ĩtellec-
tus huiꝰ diffinitionis. Tertio ſcien
dũ ꝙ ſpecies diuiditur per ſpẽm ſpeci-
aliſſimã ⁊ ſubalternã. cuius ratio eſt: q̃a
omnis ſpecies eſt detiata p̲ differenciaz
per quaz coſtituiẽ vel ergo eſt totaliter
detiata p̲ drñam: ⁊ ſic eſt ſpecialiſſima.
vel adhuc eſt determinabilis ⁊ diuiſibil
per drñas oppõitas. ⁊ ſic eſt ſubalterna
⁊ iſtarum ſpẽrũ ſpecialiſſima verius dr
eſſe ſpecies q̃ꝙ ſubalterna: ratio ẽ. quia
ratio ſpẽi ſumitur ab hoc ꝙ eſt ſpecifi-
care ptãtez generis per ſimilitudinẽ ad
ſpeciem in ciuilibus q̃ ſpecificat ipſum
corpus: ſed in ſpẽ ſpãliſſima genꝰ veri-
us detiatur ⁊ ſpecificaẽ q̃ꝙ in ſubalterna
cuz in ſubalterna genꝰ adhuc ſit detia-
bile per drñaz: ⁊ in ſpecie ſpecialiſſima
eſt totaliter determinatum. Quarto
ſciendum ꝙ ſpẽs ſpecialiſſima eſt que
cum ſit ſpecies non poteſt eſſe genꝰ. vñ
ipſa reſpectu ſui generis diciẽ ſpecies.
ſed inq̃ꝙtum eſt totaliter determinata p̲
drñaz ⁊ non amplius diuiſibilis eſt per
differentias dicitur ſpecialiſſima: q̃a nõ
eſt diuiſibilis fofaliter iõ nõ poteſt eſſe
genus: ideo dr ꝙ eſt ſub q̃ non eſt alia
inferior ſpecies. Sed ſpẽs ſubalterna
eſt que cũ ſit ſpecies põt eẽ genus: ipſa
enim eſt ſpecies reſpectu ſuoꝝ ſup̲iorũ
⁊ genus reſpectu ſuorum inferioruz q̃a
poteſt diuidi per drñtias fofales q̃rum
quelibet conſtituit ſpeciem ſub ſe: ideo
poteſt eſſe genus reſpectu illaꝝ ſpecie-
ruz: ⁊ hoc modo oĩa ĩtermedia inter ge
nus generaliſſimũ ⁊ ſpeciez ſpecialiſſi-
mã dicunẽ gñ̃a reſpectu inferioꝝ: ⁊ ſpe-
cies reſpectu ſuperiorũ ⁊ per hoc patet
diuiſio ſpeciei ⁊ diffinitiões menbrorũ
eius. Sed cõtra predicta prio arguiẽ
magis cõe non ponitur ſub minus cõi.
ſed ſpecies cõior eſt q̃ꝙ genus quia plu
res ſunt ſpecies q̃ꝙ genera: ergo ſpecies
de pluribus dr q̃ꝙ genus: ⁊ per cõſeq̃ns

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS

nō poniť ſub genere Secūdo ſic ideȝ
non eſt diffiniēs ꝛ diffinitū rſpectu eiuſ
deȝ cū ideȝ nō ſit notius ꝛ minus notū
reſpectu eiuſdē: ſed genus prius diffini
tū eſt per ſpēȝ: ergo ſpēs male diffinitur
per genus. Tercio ſic indiuiduū va-
gū generis imediate poniť ſub aſſigna-
to genere vt aliquod aīal immediate po
nitur ſub aīali. ꝛ tm̄ nō eſt ſpēs: ergo iſta
diffinitō nō conuenit ſoli diffinito

Quarto ſic hō eſt ſpēs ſpālíſſima ꝛ
tm̄ nō eſt genus viri ꝛ mulieris cū vir ꝛ
mulier ſpē ꝛ fo͛aliter differāt. ergo ſpēs
ſpecialiſſima nō poteſt eſſe genus

Quinto ſic nullū genus habet aliq̄̄
differentiaȝ in actu. ſed in potentia ſo-
lum: ſed oīs ſpēs ſubalterna hȝ vnam
drn̄am in actu. igitur non poteſt eſſe ge
nus. Ad argumenta. Ad primum
dr̄ q̄ ſi ſpēs capiatur pro intentōe ſpēi
ſic eſt cōmunior q̄̄ gen⁹ ſed ſi capiatur
pro re ſubiecta ītentōi pro q̄ hic diffini-
tur nō eſt cōīor genere ſed magis deter
minata: ideo poniť ſub genere. Ad
ſecundū dr̄ q̄ in abſolutis idem nō po-
teſt eſſe diffiniēs ꝛ diffinitū ſed bene in
relatiuis ſeu reſpectiuis vnū diffiniť per
alteꝝ ꝛ ecōuerſo: mō gen⁹ et ſpēs relatíe
dicunť. Vn̄ in relatiuis idē pōt eſſe ma
gis ꝛ min⁹ notū reſpectu eiuſdeȝ ſm̄ di
uerſas rōes. Relatíua eniȝ conſideranť
tripliciter vno mō ſm̄ ſubiecta vel fun-
damenta relationū ꝛ ſic vnū eſt notius
altero ꝛ non ecōuerſo. Secundo modo
inquantum in vtroque eſt vna ſpecies
relatiōis ꝛ ſic ſunt ſil' natura ꝛ ſic ambo
ſunt nota equaliter Tercio mō inq̄tuȝ
vnū terminat dependentiam alterius: ꝛ
ſic vnumȝ eſt agis notuȝ ꝛ minus notuȝ
altero. inquantum enim eſt terminans
eſt magis notuȝ: inq̄ntu ȝ vero ad aliud
terminatur eſt minus notum ꝛ hoc mo
do relatiua per ſe inuiceȝ differenter dif
finiuntur. Ad tercium dicitur q̄ licȝ

indiuiduum vagum generis immediate
ponatur ſub genere poſitione materia
li non tamen poſitione formali de qua
eſt hic ad propoſituȝ. Ad quartuȝ dr̄
q̄ vir ꝛ mulier nō differunt ſpē ſubſtan-
tiali quare homo nō eſt genus eorū ſed
ſpē accidentali ſolū per naturaleȝ poten
tiam ꝛ naturalem inpotentiam que ſnut
qualitates. Ad quintum dicitur
q̄ ſi genus comparetur ad ſuas differen
tias per quas diuiditur ꝛ inquantū ē ge
nus nullā habet in actu: ſed ſi compareť
ad drn̄as ſui ſuperioris habet vnā in ac
tu ſed hoc ſibi nō conuenit inquantū eſt
genus: ſed inquantū eſt ſpēs ſui ſupioꝝ.

Ed vt hoc fiat magis. Poſt
q̄̄ autor premiſit diffinitōes ſpēi
ſpālíſſime: ꝛ etiam ſubalterne: ꝛ prius po
ſuerat diffinitiōes generalíſſimi ꝛ ſubal-
terni: hic conſequenter declarat oīa pre-
dicta per exempla ponendo coordinatō-
nem predicamentalem vnius predica-
mēti. ſ. predicamenti ſubſtātie quod eſt
nobis ceteris notius dicēs q̄ in tali cō-
ditōe eſt vnū genus quod eſt ſubſtantia
quod diuiditur per has differentias cor
poreum ꝛ incorporeum ſub quo per cor-
poreum conſtituitur corpus quod diui-
ditur per animatuȝ ꝛ inanimatū ſub quo
eſt corpus animatuȝ. ſub quo eſt animal
ſub animali animal rationale ſub quo eſt
homo. ſub homine ſoluȝ ſunt indiuidua

Primo ſciendum q̄ hec coordinatō
ad ſimilitudinem arboris naturalis vo-
catur quedam arbor quia ſicut in arbore
naturali ſunt truncus rami et radices ita
per ſimilitudinem in iſta coordinatione
vnde recta linea in qua ſunt generaliſſi-
ma ꝛ ſpālíſſima ſe habȝ ſicut trūcus in ar
bore directe protenſus. Differētie vero
laterales ſunt ſicut rami lateraliter in ar
bore protenſi. ꝛ quantum ad eſſe eſſen-
tie genus generaliſſimum ſe habet ꝑ mo
dum radicis quia ſicut in arbore tota ar

bor egreditur ꝛ etiā tota virtus ei⁹ a radi
ce: ſic etiam in generaliſſimo primo con-
tinetur totuȝ eſſe eſſentie ſuorū inferioꝝ
vnde tale eſſe primo conuenit vlibus et
per vniuerſalia ſingularibus: ꝛ quantum
ad eſſe exiſtentie radix poniť in indiui-
duis: quia illud eſſe prio cōuenit indiui-
duis ꝛ per ipſa vlibus que non exiſtunt
niſi in indiuiduis. Secundo ſciendū
q̄ in iſta coordinatōe eſt tm̄ vnuȝ genus
generaliſſimū. ſ. ſubſtantia: ſed ſūt plura
ſpālíſſima. Cuius ratō eſt quia proceden
do a generaliſſimo ad ſpālíſſima fit pro-
ceſſus per diuiſiōeȝ vnius in multa: ideo
ſub gn̄aliſſimo plura ſpālíſſima cōtinenť
ꝛ procedendo a ſpālíſſimis ad gn̄aliſſi-
mū proceditť a multitudīe per collectiōeȝ
in vnitatē: et licet in hoc ꝑ̄dicamento ſint
plura ſpālíſſima tm̄ gr̄a exempli hic ſoluȝ
poniť vnū. ſ. homo: vnde intermedia in-
ter hōieȝ ꝛ ſubſtantiā dicūtur ſubalterna
ꝛ dicūtur intermedia nō per abnegatōeȝ
quia de ipſis non poſſunt negari ſua ſu-
periora. ſed per participationeȝ quia ꝑ-
ticipant rationes accidentales extremoꝝ
quia generaliſſimū eſt ſupra ꝛ ſpetialiſſi
mum ſolum ponitur ſub poſitione forma
li ꝛ ſubalterna ponuntur ſub ꝛ ſupra.

Tercio ſciendum q̄ in linea recta pre
dicamentali hec tria ponuntur. ſ. genus
quod dicit quid: ſpecies que dicit aliq̄d
indiuiduum quod dicit hoc aliquid: ꝛ lȝ
indiuidua quandoqȝ lateraliter ponanť
ſub ſpē. tamen non eſt ad denotanduȝ q̄
nō ſint in recta in linea predicamētali ſed
ad denotandū q̄ ſpēs diuiditur per plu-
ra indiuidua: ipſa tamen non ponuntur
in recta linea predicamentali poſitione
formali ſed materiali ſolum: quia per ma
teriam ſub ſpecie ponuntur: ideo quan-
tum ad poſitionem formalem generaliſ-
ſimum ꝛ ſpetialiſſimum extrema dicunť
ideo procedendo a generaliſſimo fit ſta
tus in ſpetialiſſimis ſm̄ poſitioneȝ forma

lem. ꝛ hoc eſt quod dicit porphirius a
generaliſſimo ad ſpālíſſimam deſcendē
tem iubet plato quieſcere. Quarto
ſcienduȝ q̄̄ in hac arbore differentie ſi-
niſtri lateris deſignantur poſitiue. alie
vero priuatiue. Ratio eſt quia differē-
tie ſiniſtri lateris ſūt nobis notiores. iō
ſunt ſibi nomina poſitiua impoſita: alie
vero ſunt minus note. ideo propter pe
nuriam vocuȝ ſignificantur per nomina
priuatiua dicentia priuationem differē
tiarum ſiniſtri lateris: licet tm̄ ille diffe-
rentie ſignificentur priuatiue. tamen di
cunt veras differentias poſitiuas que cō
ſtituunt ſpecies ſub genere ſubſtantie.
Ex qubus oībus patet intellectus hui⁹
coordinationis. Sed contra predic
ta primo arguitur. Subſtantia non pre
dicatur vno noīe ꝛ vna ratione de ſub
ſtātiis corporeis ꝛ incorporeis. ergo nō
predicatur vniuoce: antetedens patet
quia ſubſtantia non dicit aliquid vnuȝ
reale quod ſit commune ad illas diffe-
rentias: ergo non habet vnam diffini-
tionem, cum vnitas diffinitionis preſup
ponat vnitatem diffiniti. Secundo
ſic nulla materia totius cōpoſiti eſt ge-
nus. ſed corpus eſt materia in corpore
animato cuius anima eſt forma. igitur
corpus hic male ponitur vt genus

Tercio ſic: nullum complexum per
ſe ꝛ directe ponitur in predicamēto. cor
pus animatum eſt quid complexum. er
go male hic pōitur vt genus in directa
linea. Quarto ſic omne corpus eſt
ſenſibile cum omne corp⁹ poſſit videri
ergo nullū corp⁹ eſt inſenſibile: igiť ma
le diuiditur corpus animatum per ſen-
ſibile ꝛ inſenſibile. Quinto ſic ani-
mal rationale conuertitur cum homine
cum ſit propria diffinitio hominis: ergo
non eſt genus hominis ꝛ per cōſequēs
male ſupra ipſum ordinatur vt genus.

Ad argumenta. Ad primum diciť

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ꝙ licet ſubſtancia in comuni non dicat
aliquid vnum in numero vel ſpecie ta
men dicit aliquod vnum vnitate gene
ris que eſt conuenientia plurium ſpe-
cierꝫ equaliter in vno gradu perfecti
onis comunis: vnde ſubſtãtie corporee
⁊ in corporee eq̄liter in vno gradu cõue
niunt quod ſunt per ſe ſubſiſtẽtes ⁊ nõ
in ſubiecto. Ad ſecundum dicitur ꝙ
corpꝰ dupliciter capitur. vno modo vt
eſt pars corporis animati materialis et
ſic non ponitur genus. Alio modo vt
dicit formaꝫ totius q̃ reſultat ex vnione
forme cum materia per quam ſubſtan-
tia eſt apta nata ſuſcipere tres dimen-
ſiones et hoc mõ non eſt pars corporis
animati: ſed forma totius ⁊ ſic ponitur
genus. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ corpus
animatum ſecunduꝫ vocem ⁊ ſignifica-
tum propinquuꝫ ſibi quod eſt concep-
tus corporis et anime eſt quoddam in
complexum ſed tamen eius ſignificatũ
remotuꝫ ſcilicet viuum quod hec circũ
loquuntur eſt icomplexuꝫ ⁊ hoc modo
ponitur genus. Ad quartum dicit̃
ꝙ ſi capiatur ſenſibile pro vt eſt aptum
natuꝫ ſentiri omne corpus eſt ſenſibile.
ſed ſi capiatur actiue vt tantuꝫ valet ſic̃
aptum natuꝫ ſentire ſic ſolum animal ẽ
ſenſibile. Ad q̃ntum dicit̃ ꝙ ſm rei
veritatem animal rationale non eſt ge-
nus hominis ſed cõuertitur cum hoĩe:
⁊ hic ſolum ponitur ſupra hominẽ ad
declarandum opinionẽ Porphirij qui
in ſeq̄ndo opiniõem Stoicoꝝ qui po-
nebãt animal ratiõale diuidi p̃ homies
⁊ deos poſuit animal ratiõale ſuperius
ad hominem hoc tamen eſt erroneuꝫ ꝙ
animal rationale ſic diuidatur ideo non
eſt tenendum.

**Indiuiduum eſt quod
de vno ſolo predcatur.**

Poſtquam autor determi-
nauit de ſpẽ hic cõſeq̄nter
determinat de idiuiduo eo ꝙ in diffini-
tione ſpeciei dicitur ꝙ ipſa predicatur d
differẽtibus numero que ſunt idiuidua.
⁊ in coordinatione predicamẽtali prius
poſita dicit̃ ꝙ ſub ſpẽ ſpecialiſſia ponũ-
tur idiuidua: iõ hic diffinitur idiuiduũ
vnde indiuidum eſt quod predicatur d
vno ſolo. vbi põitur quod predicat̃ loco
generis ⁊ capitur hic predicatur cõmu-
niter vt ſe extendit ad predicabile ꝓprie
ſũptum et cõiter. deinde ponitur de vno
ſolo ad differentiam predicabilis proprie
ſumpti Primo ſciendum ꝙ res parti-
cularis vt ſortes dupliciter conſideratur.
vno modo ſecundũ ſe ⁊ abſolute ⁊ ſic ſig
nificatur nomine p̃me intentiõis vt nõie
ſortis vel platonis. Alio modo inquãtuꝫ
eſt incõicabilis ⁊ habent negationẽ cõi-
tatis reſpectu pluriuꝫ indiuiduoruꝫ et ſic
ſignificatur hoc nomine ſecunde intenti
onis quod eſt indiuiduum. vnde indiui
duum in ſua ſignificatione duo repreſen
tat. primum eſt illa res particularis quaꝫ
materialiter importat. Secundum eſt in
tentio incommunicabilis quam forma-
liter importat ⁊ a qua inponitur. Quan-
doq̈ tamen ſumitur indiuiduum pro il
lo nomine ſecunde intentionis indiuidu
um. quandoq̈ vero pro ſuo ſignificato
quod res particularis ſub'eſſe communi
cabili ⁊ pro tali ſignificato hic diffinitur
⁊ non pro ipſa voce. Secundo ſcien
dum ꝙ duplex eſt indiuiduum. ſ. indiui
duum vagum quod importat naturã cõ
tractam ad indeterminatum ſuppoſitum
vt aliquis homo: ⁊ dicitur vagum. i. inde
terminatum quo ad nos licet ſit determi
natum ſm rem cum ſit vnum ens in nu-
mero. Aliud eſt indiuiduum determina
tum quod importat naturam contractaꝫ
ad determinatum ſuppoſitũ quo ad nos
Et iſtud eſt quadruplex q: aliud eſt de-
terminatum nominatione quo ſignificat̃
proprio nomine ſibi impoſito vt ſortes
Aliud eſt determinatũ demõſtratiõe qd̃
ſit per terminum cõeꝫ cum ꝓnõie demõ-
ſtratio vt iſte homo. Aliud eſt detiatum
ex circũloquutione quod ſignificat̃ per
circũloquutõneꝫ proprietatũ indiuidui:
vt dicendo talis homo cum craſſo capite
lõgo naſo ⁊c. Quartum eſt determinatũ
ex ſupoſitiõe vt ſortis filius. vnde ſortis
filius non eſt de ſe idiuiduum cum poſſit
ſumi pro multis ſed ſoluꝫ ex illa ſuppoſi
tione ꝙ ſortes habeat vnicũ filiũ. et cui-
libet iſtoruꝫ conuenit diffinitõ prius po-
ſita. Tertio ſciendum ꝙ de ratõne
indiuidui eſt quod ſit icõicabile multis
⁊ p hoc differt ab vlĩ: ⁊ ideo illud quod
reddit formam incõicabilem q̃ de ſe eſt
cõmunicabilis eſt p̃ncipiũ idiuiduatiõis
ſed materia que de ſe eſt hec ⁊ incõica-
bilis reddit formaꝫ in ea receptã incõi-
cabilem: ideo materia eſt principium in
diuiduatiõis. ⁊ ideo ratiõe ipſius habet
indiuiduum quod prediceť de vno ſolo
⁊ ꝙ non poſſit cõuenire multis. vnde pa
tet ꝙ ſpẽs ſecundũ ſe ſumpta nõ includit
materiam cuꝫ materia ſit principiũ indi-
uiduationis ⁊ ſit incõicabilis licet i ſuis
ſuppoſitis includat materiam ⁊ formam.
ideo indiuiduum vltra ſpẽm ſecundũ ſe
acceptam addit materiam. Quarto
ſciendum ꝙ ſeptẽ ſunt proprietates vel
accidentia indiuidui que hiis verſibus
notantur. Forma. figura. locus. nomen.
ſtirps. patria. tempus. hec ſeptem propri
a cõtinet omnis homo. vñ indiuiduũ cu
ius ſunt hec proprietates dupliciter con
ſiderantur: vno modo quantum ad eſſe
indiuidui inquantum eſt ens incommu
nicabile: ⁊ illo modo ille proprietates nõ
ſunt aliquo modo principia indiuidui ſꝫ
capiunt indiuiduationem a ſubiecto ſuo
Alio modo conſiderantur quantum ad
rationem diſcreti. ⁊ ſic illa accidentia ſũt
principia indiuidui quantum ad ſenſibi
lem diſcretionem ⁊ quo ad nos quia dr̃
diſcretum quaſi diuerſis accidentibus
ab alio diſtinctũ. Ex quibus patet quo
modo capitur indiuiduum in preſenti
diffinitione ⁊ quot modis capitur quid
ſit principium indiuiduationis ⁊ quo
modo conditiones indiuidui cõcurrũt
ad rationem eius. Sed cõtra predic
ta primo arguitur. vniuerſalium tantũ
eſt diffinitio ⁊ non ſingularium: primo
poſteriorum: ſed indiuiduum non eſt
vniuerſale: igitur. Secundo ſic a p̃
ma ſubſtantia nulla eſt predicatio vt dr̃
in predicamentis: ſed indiuiduum ſub
ſtantie eſt prima ſubſtantia ergo indiui
duum non predicatur. Tercio ſic in-
diuiduum predicatur de multis etiaꝫ v
niuoce vt dicendo ſortes eſt indiuidu
ũ: plato eſt indiuiduũ: igit̃ non predicat̃
de vno ſolo. Quarto ſic ſor. predicat̃
vniuoce de iſto ſorte ⁊ de alio quia p̃-
dicatur vno nomine ⁊ vna ratione de
ipſis: quia eadeꝫ eſt diffinitio iſtius ſor
tis ⁊ alterius: ergo indiuiduum non p̃-
dicatur de vno ſolo. Quinto ſic ali-
quis homo eſt indiuiduum ⁊ tamẽ vni
uoce predicatur de iſto homine ⁊ de a-
liis cum eadem ratiõe ſit iſte aliquis ho
mo ⁊ alij eiuſdem ſpeciei: ergo diffinitõ
eſt mala. Ad argumenta. Ad primũ
dicitur ꝙ ſi capiatur indiuiduũ. pro ali
qua re ſubiecta intentioni eius ſic non
eſt vniuerſale: tamen ſi capiatur pro in
tentione cõmuni ſub qua hic diffinitur
eſt quoddam vniuerſale vniuerſalitate
intentionis: licet non vniuerſalitate na
ture: ⁊ illud pro quo diffinitur eſt ſingu
lare ⁊ indiuiduum. Ad ſecundum
dicitur ꝙ a prima ſubſtantia nulla eſt
predicatõ directa ⁊ ordinata tñ h ñ ẽ p̃
dicatio indirecta que non eſt ordinata
ſm ordinem ſuperioris ⁊ inferioris vt
quando ſortes predicatur de ſe ipſo. hꝫ
tamen in predicato rationem forme ⁊ i
ſubiecto rationem materie. Ad terci

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

um dicitur ꝙ indiuiduuʒ captuʒ pro intentione cõmuni predicatur de multis vniuoce vniuocatione intentõis: tamẽ indiuiduum captũ pro re ſubiecta intẽtioni pro qua datur diffinitio non predicatur de multis. Ad quartuʒ dicit̃ ꝙ licet iſte homo ⁊ alius habeãt eandẽ diffinitionem cõmuneʒ ſue ſpeciei non tamen habent vnaʒ diffinitionem communẽ vt conueniũt in nõie ſortis. ideo ſor. non predicatur de ipſis ſm vnã rationem vnde in ſuis propriis diffinitionibus ponunt̃ ſue conditões indiuiduãtes que nõ pñt ſimul eſſe in diuerſis indiuiduis: iõ duo idiuidua nunꝙ habẽt eandẽ diffinitõeʒ ꝓpriã. Ad quintuʒ dr̃ ꝙ lʒ aliquis hõ predicatõe ſpẽi ⁊ rõe nat̃e cõtracte p̃dicet̃ de mltis nõ tñ p̃dicatõe idiuidui. ſ. qñ conſideratur ex parte ſigni contrahẽtis naturã quod ẽ materia denotãs pricipiũ idiuiduatõis qd̃ eſt differens in diuerſis indiuiduis.

Sequitur figura.

vel per moduȝ totius integralis ⁊ ſic eſt
ſecundus mod⁹ vel ꝑ modũ totius vl͛is
⁊ ſic eſt q̃rtus modus. Si differt ab eo ĩ
quo eſt realiter hoc eſt dupliciter. vel eſt
in eo actualiter vel virtualiter tantum.
Si actualiter hoc ẽ dupliciter. vel id qđ
eſt in alio dat eſſe cui ieſt ⁊ facit vnũ eſſe
cum eo ⁊ ſic eſt q̃ntus mod⁹ quo forma
eſt in materia. vel ab eo in quo ẽ ſuſcipit
eſſe ⁊ diſtinguitur in eſſe ab ipſo ⁊ ſic eſt
octauus modus quo locatum eſt in loco.
Si ſit in alio virtualiter tantum hoc eſt
dupliciter. vł eſt in alio q̃ntuȝ ad virtutẽ
productiuaȝ q̃ producitur in eſſe ⁊ ſic eſt
ſextus modus. quo effectus eſt in cauſa
efficiente. vel eſt in eo ſolum virtualiter
quantum ad bonitatẽ ⁊ ſic eſt ſeptimus
modus quo effect⁹ habet eſſe in ſuo fine:
⁊ non eſt hec diuiſio ante predicamẽtum
quia nõ imediate ordinat̃ ad cognitiõeȝ
antepredicamentorum ſed ad cognitõeȝ
vnius diuiſionis ante p̃dicamẽtalis licet
ex conſeq̃nti valeat ad cognitõneȝ predi-
camẽtorum. Primo ſciendum eſt ꝙ
partes diũſimode ſunt in toto integrali ⁊
totuȝ integrale in ſuis partibus. q̇a ꝑtes
ſunt in toto per modũ materie ⁊ cõponũt
ipſũ totũ materialit̃:⁊ actualiter vniũtur
⁊ continẽtur adinuiceȝ per formã totius
ſub qua vniũtur. Sed totum integrale ẽ
in ſuis partibus ꝑ modum forme cuȝ ſit
vniens actualiter ⁊ continens ſuas ꝑtes
ad inuicem. vñ cum totum habeat rõneȝ
actus reſpectu ſuaruȝ partium:et ex ipſis

cõponat̃ ⁊ actus eſt in eo cuius eſt act⁹
ideo totuȝ cõueniẽter dicitur eſſe in ſuis
partibus:et non differt realiter ab ipſis
cõiunctim acceptis ſed rõe tantuȝ. licet
diſtinguat̃ realiter a ſuis ꝑtibus diuiſiȝ
acceptis ſicut ſortes differt a manu ei⁹
eo ꝙ includit alias partes que realiter
a mãu diſtingunt̃ ⁊ ſilr̃ a quacũqȝ alia
parte diuiſim accepta. Secũdo ſci-
endum ꝙ diuerſimode ſpẽs eſt igenere
et genus in ſpecie:q̇a ſpẽs eſt ingenere
poteſtate tantum ⁊ non actu:⁊ cõtinetur
ſub eo ſecundũ totam entitatẽ eius:et
ſimiliter intelligenduȝ eſt de q̃libet alia
parte ſubiectiua reſpectu ſui tocius.
Sed genus eſt in ſpẽ actu et intellectu
quia ſpẽs non poteſt intelligi nõ intel-
ligẽdo genus et etiaȝ eſt in ſpẽ ſecũduȝ
eſſẽtiaȝ ⁊ ſm parteȝ ſue poteſtatis ⁊ nõ
ſecũdum totaȝ cõitatem eius:⁊ per hoc
habetur drñ a tercii modi ⁊ quarti. ⁊ licȝ
genus ⁊ ſpẽs ſint idẽ realiter q̃tum ad
eſſentiã nõ tñ ꝓpter hoc ſequit̃ ꝙ idem
eodeȝ mõ ſit in ſe ipſo eo ꝙ gen⁹ ⁊ ſpẽs
diſtingunt̃ ſm diuerſos mõs eſſendi q̃
re nõ eſt inconueniẽs ꝙ ſub illis diuer-
ſis mõis vnũ inſit alteri ⁊ ecõtra. Ter
cio ſciendũ circa quintũ modũ ꝙ forma
ſubſtancialis ⁊ fo͛a accidentalis multi-
pliciter inter ſe differũt ⁊ drñter ſũt in a
liquo. Primo mõ quia fo͛a ſubſtãtialis
dat ẽe ſimplr̃ materie in q̃ ſuſcipit̃: quia
dat ſibi eſſe ſubſtãtiale qđ eſt ẽe ſimplr̃.
ſed fo͛a accidentalis dat ẽe ſm q̇d ſub
iecto ſuo qꝛ ſolũ dat ſibi ẽe accidentale
in gñe cãe fo͛alis. ⁊ ſuſcipit ẽe a ſuo ſub
iecto in triplici gñe cauſe.ſ.cãe efficien-
tis. materialis ⁊ finalis. Secũdo drñt
qꝛ fo͛a ſubſtãtialis nunq̃ p̃ſupponit ẽe
in actu ⁊ cõpletuȝ ſui ſubiecti ſȝ in potẽ
tia tm̃.ſed fo͛a acccidẽtalis p̃ſuppõit ẽe
cõpletuȝ in actu ſui ſubiecti. Tercio diffe
rũt quia deſtructa forma ſubſtãtiali de
ſtruit̃ illud in quo eſt:non aũt deſtructa

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

forma accidētali:et ꝑ has cauſas quīt⁹
modus ſubdiuiditur a boecio in duos
modos. Quarto ſciendū ꝙ aliq̄d
eſt dr̄īter in ſua cauſa efficiēte ⁊ in ſua
cauſa finali q⁊ res eſt ī ſuo efficiēte per
hoc ꝙ ipſuȝ efficiēs hebet v̄tutem pro-
ductiuā qua poteſt ꝓducere effectū ſicut
domificator hȝ virtuteȝ ꝓductiuaȝ qua
poteſt ꝓducere domum ⁊ in efficiente ꝑ
naturaȝ non eſt cognicio effectus:ſed in
agente ſm ꝓpoſitum effectus eſt in ſua
cauſa q̄ntuȝ ad ſimilitudinē eius ꝑ q̄m
cognoſcitur ſicut domus eſt in mēte ar-
tificis ſecūduȝ ſuaȝ ſilitudinē qua cog-
noſcitur dom⁹ ⁊ ad cuius imaginē ipſa
producit̄ res ſȝ eſt in ſuo fine accidēta-
liter tm̄ ſcilcet q̄ntuȝ ad bonitatē eius:q⁊
tota bonitas rei ordinata ad finem pro
uenit ex bonitate finis ⁊ ſic ſuo bonitas
continetur in ſuo fine:ſicut bonitas ſe-
curis continetur in ſecatiōe ⁊ bōitas eq̄
in equitatiōe: ⁊ per hoc aliq̄liter habet̄
ītellect⁹ octo modoꝝ ſciēdi in. Sed
contra p̄dicta arguitur primo ſic:omne
cōtentum excedit̄ ab eo in quo contineт̄
ſed totuȝ integrale non exceditur a ſuis
partibus:ſed ipſas oēs cōtinet:ergo nō
continet̄ in ſuis ꝑtibus ⁊ ꝑ conſequens
non eſt in ipſis. Secundo ſic vnum
oppoſitoꝝ non pōt eſſe in alio:ſed ma-
teria ⁊ forma ſunt oppoſita cuȝ materia
ſit potentia forma vero actus ergo for-
ma nō ē in materia cōtra quintū modū.

Tercio ſic effectus eſſētialit̄ ⁊ rea-
liter diſtinguitur a ſuo efficiēte ⁊ fine cū
ille due ſint cāe extrinſece effectus:ergo
res nō eſt in efficiente nec in ſuo fine.

Quarto ſic locus ⁊ locatū diſtingunt̄
eſſentialr̄ ⁊ realiter quia locus eſt in lo-
cante ⁊ nō in locato: ergo locatū nō hēt
eſſe in loco ſed eſt extra ipſū. Quinto
ſic ſicut aliquid eſt in loco ſimiliter ali-
quid eſt in tp̄re ⁊ tm̄ modus eſſendi ī tē
pore inter iſtos mōs nō enumerat̄.ergo
nō ſufficienter ponunt̄ modi eſſendi in

Ad primū dr̄ ꝙ licet totum integrale
ſm ſuppoſita ⁊ eſſe actuale nō excedatur
a ſuis partibus tm̄ excedit̄ q̄ntum ad eſſe
potentiale ⁊ ſm rōeȝ eo ꝙ eſſe potentiale
ſibi conueit a ſuis ꝑtibus in quibus prio
reperitur. Ad ſecundū dr̄ ꝙ licet forā
⁊ materia q̄ntuȝ ad ſuos mōs opponant̄
ſ.q̄ntuȝ ad modū actus ⁊ modū potentie
non tm̄ ſm eſſe ſuū:per quod quideȝ eſſe
conſiſtūt materia ⁊ forma in compoſito:
ideo forma bene eſt ī materia cui dat ēe.

Ad terciū dr̄ ꝙ licet effectus nō ſit ac
tualiter ⁊ eſſentialiter in ſua cauſa effici-
ente vel finali tm̄ hn̄ eſt ī aptitudie in ipis
⁊ virtualit̄ vt prius viſū eſt. Ad quar
tū dicit̄ ꝙ licet locatuȝ nō ſit in loco per ī
herentiaȝ ſic ꝙ loco inhereat tm̄ eſt in eo
per continentiā quia a loco continet̄ ⁊ cir
cundat̄. Ad quintū dr̄ ꝙ licet eſſe in
tp̄re non enumeret̄ hic diſtincte ⁊ forma
liter tm̄ equaliter enumerat̄ quia continet̄
ſub octauo mō.ſ.ſub eſſe in loco quia ēe
in loco ⁊ in tempore eſt eſſe in alo vt in
menſura extrinſeca rei.

e ¶rum que ſunt quedam
Poſtq̄ȝ autor premiſit diuiſio
neȝ modorū eſſendi in que va
let ad cognoſcendū ſecundā diuiſioeȝ an
tepredicamētalem. hic conſequēter pōit
ſecundā diuiſionē antepredicamentalem
dicens ꝙ entiū dicibiliū aliq̄ dicūtur de
ſubiecto ⁊ non ſūt in ſubiecto: ⁊ alia nec
ſunt in ſubiecto nec de ſubiecto dicuntur
alia in ſubiecto ſunt ⁊ de ſubiecto dicunt̄
⁊ alio in ſubiecto ſūt et de nullo ſubiecto
dicunt̄.Cuius diuiſionis ſic pōt hēri ſuffi
ciantia:quia om̄e ens dicibile eſt ſubſtan
tia vel accidēs. Si ſubſtantia hoc eſt du
pliciter. vel ſubſtantia vl̄is:⁊ ſic eſt pri-
mū menbruȝ.vel ſubſtantia particularis
⁊ ſic eſt ſecundum. Si accidens hoc eſt
dupliciter.vel accidens vniuerſale et ſic
eſt tercium menbrum.vel accideus par-
ticulare ⁊ ſic eſt quartum membruȝ.Et in
hac diuiſione ſub diuidit̄ ſecūduȝ mem-
brum prime diuiſionis antep̄dicam̄talis.
ſ.dicibile incomplexuȝ. non tm̄ diuiditur
hic dicibile incomplexum in tota cōitate
eius ſed ſolū dicibile qđ eſt ens reale: iō
ponit. Ariſto.in textu predicamentoruȝ
in hac diuiſione eoruȝ que ſunt ⁊ nō eoꝝ
que dicunt̄. Primo ſciendum ꝙ dici
de ſubiecto et eſſe in ſubiecto ſic differūt
inter ſe ꝙ dici de ſubiecto vt hic ſumitur
eſt ſuperius dici de inferiori.vnde ſupi-
us eo ꝙ dicit totum eſſe ſui inferioris p̄-
dicatur de ſuo inferiori et ſic capitur hic
ſubiectuȝ non ꝓ ſubiecto accn̄tis ſed pro
inferiori ſubicibli alicuius ſuperiois.ſed
eſſe in ſubiecto eſt eſſe in alio vt accidēs
in ſubiecto tamq̄ȝ forma ſibi inherens et
adueniens ei poſt eſſe completum. Ad
hoc enim ꝙ ſit accidens requiritur ipſuȝ
habere ens completum ante ſe ad quod
cadit aut inheret.⁊ ſic capitur hic ſubiec-
tum pro ſubiecto accidentis quod eſt in
diuiduū de genere ſubſtantie:et per hoc
patȝ quō diuerſimode capit̄ ſubiectū di-
cēdo ꝙ alq̄ dicunt̄ đ ſubiecto ⁊ dicēdo ꝙ
aliqua ſunt in ſubiecto quia.ſ.in prio mō
capitur pro inferiori.In ſecundo vero ꝓ
ente cōpleto ⁊ perfecto quod eſt ſubiec-
tum accidentis. Secundo ſciendum
ꝙ inprimo mēbro huius diuiſionis dicit̄
ꝙ aliqua dicunt̄ de ſubiecto et non ſunt ī
ſubiecto:per qđ intelliguntur ſubſtantie
vniuerſales:ille eni hēnt ꝙ ſint ſubſtātie
⁊ ꝙ ſint vniuerſales:inq̄ȝtuȝ ſūt ſubſtātie
nō ſunt in ſubiecto q⁊ ꝓpriū eſt ſubſtātie
in ſubiecto non eſſe eo ꝙ eſt ens per ſe ⁊
non in alio: ſed inq̄ȝtuȝ ſunt vniuerſales
dicuntur de ſubiecto q⁊ habent inferiora
ſub ipſis. Sed in ſecundo mēbro dicitur
ꝙ quedam nō dicuntur de ſubiecto nec
ſunt in ſubiecto:⁊ per hoc ītelligunt̄ ſub-
ſtantie particulares. Ille enim inq̄ȝtum
ſubſtantie non ſunt in ſubiecto.inquātuȝ
vero particlares ſunt nō dicūtur de ſub
iecto q⁊ non habēt aliqua inferiora ſub
ipſis:⁊ per iſtos duos modos habetur
differentia inter ſubſtātias vniuerſales
⁊ particulares. Tercio ſcienduȝ ꝙ
in tercio membro dicitur alia ſūt in ſub
iecto ⁊ dicunt̄ de ſubiecto per qđ intel-
liguntur accidētia vniuerſalia. Illa enī
inq̄ȝtum accidentia ſunt in ſubiecto ſūt.
q⁊ omne accidēs habet eſſe inſubiecto
vnde proprium eſſe accidētis eſt inhe-
rentia ad ſubiectuȝ: ſed inquātum vl̄ia
ſunt dicunt̄ de ſubiecto.ſ. de ſuis inferi
oribus. ⁊ cū dicit̄ in quarto mēbro:alia
ſunt in ſubiecto ⁊ de ſubiecto nullo dicū
tur per hoc intelligūtur accidentia ꝑti-
cularia que inq̄ntuȝ ſūt accidentia ſunt
in ſubiecto:inq̄ntū vero particularia nō
dicunt̄ de ſubiecto:quia non habēt infe
riora ⁊ iſtoruȝ modoꝝ ſiue membroruȝ
exempla ſatis patent in textu. Quar
to ſciendū ꝙ ſubſtantie ꝑticulares ⁊ ac-
cidentia partilaria diuerſimode ꝑticula
riſant̄ ⁊ indiuiduātur:quia particulares
ſubſtantie particulariſant̄ ⁊ indiuiduan
tur per materiā que ē principiū indiui-
duationis:⁊ ſic ille ſubſtantie indiuidu
ant̄ ꝑ aliquid de ſuo genere:⁊ quia dif
ferūt a ſuis ſpēbus per principiuȝ indi-
uiduationis.iō talia indiuidua de geñe
ſubſtantie per aliquid de ſuo genere a
ſuis vniuerſalibus differūt:ſed acciden
tia particularia particulariſant̄ per indi
uiduatōeȝ ſui ſubiecti quia capiunt vni
tatem ⁊ pluralitatem numeralē ab vni-
tate ⁊ pluralitate ſui ſubiecti:⁊ quia ſuū
ſubiectum nō eſt de ſuo genere.ideo nō
idiuiduant̄ per aliquid ſui generis nec
per aliquid ſui generis differunt a ſuis
vl̄ibus ſicut ſubſtantie indiuidue.vnde
ex predictis patet ꝙ per hanc diuiſiōeȝ
cognoſcitur differentia eoꝝ que ponun
tur ī predicamētis ſubſtantie ab hiis q̄
ponunt̄ in predicamēto accidentiū:etiā

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

cognoſcitur differentia eoꝝ que ponunᷓ
in predicamēto eodez.ſ.penes vl'e ꝛ p-
ticulare:ꝛ ideo habetur ad quid hec di
uiſio eſt vtilis. Contra predicta argu
itur primo quidq̄d dicitur de ſubiecto
eſt in ſubiecto cuȝ dici de ꝓſuponat eſſe
in:ergo nulla dicuntur de ſubiecto que
non ſunt in ſubiecto vt dicit in prio mē-
bro Secundo ſic omne ſubiectum
prius eſt illo cuius ē ſubiectū:ſȝ inferi⁹
non eſt prius ſuo ſuperiori:ergo nō eſt
ſubiectū ſui ſuperioris ꝑ conſeq̄ns dici
de ſubiecto non eſt dici de inferiori.

Tercio ſic aliquis hō eſt ſubſtātia
particularis.ꝛ tamē dicit de ſubiecto.i.
de ſuo inferiori vt dicēdo ſortes eſt ali-
quis homo.vbi aliquis hō eſt ſuperi⁹
ad ſortez.ergo male dicitur ꝙ ſubſtātia
particularis non dicitur de ſubiecto nec
eſt in ſubiecto. Quarto ſic omne qᷓ
eſt in ſubiecto eſt in eſſētia vel eſſe ſub-
iecti: ſed accidens vniuerſale non eſt
intra eſſentiā ſubiecti cuȝ non ſit de eſ-
ſentia ei⁹ nec ᷓ ēe cuȝ eſſe rei aliene na
ture non permiſceatur:igitur accidentia
vniuerſalia nullo modo ſunt iſubiecto.

Quinto ſic omnis forma commu-
nicabilis dicit de ſubiecto hoc eſt de in
feriori:ſed accidentia particularia ſunt
forme cōmunicabiles:cuȝ oīs forma ſit
cōicabilis:ergo illa accidentia dicuntur
de ſubiecto qᷓ eſt contra quartum mē-
brum. Ad primuȝ dicit:ꝙ ſi capiat
ſemper eodez modo ſubiectū tunc veꝝ
eſt ꝙ quicquid dicit ᷓ ſubiecto hoc eſt
de inferiori eſt in ſubiecto.i.inferiori.
Sed capiēdo ſubiectuȝ diuerſimode vt
accipitur in iſtis mēbris:tunc nō omne
quod dicit de ſubiecto hoc eſt ᷓ inferi-
ori eſt in ſubiecto accidentis qᷓ eſt ens
completum et perfectum exiſtens actu
qᷓ eſt cauſa occaſio alteri exn̄ti i eo ſic
hō eſt cā albedis exiſtentſ in eo. Ad
ſecūduȝ dicit ꝙ licȝ ſubiectū accidētſ ſit
naturaliter ꝑus eo cui⁹ eſt ſubiectū:nō tn̄
ſubiectū alicuius ſuperioris.ꝛ iſto modo
capit hic ſubiectum in diffinitiōe dici de
ſubiecto. Ad terciū dr ꝙ licet aliquis
homo ꝑdicatiōe ſpēi ꝛ cōſiderādo ipſum
ex pte nature cōtracte dicat de ſorte vt ᷓ
inferiori non tn̄ predicatiōe indiuidui ꝛ
cōſiderādo ipſū ex parte ſigni cōtrahentſ
naturā:ſed hoc modo dicēdo ſortes eſt
aliquis hō predicat idē realiter ᷓ ſe ipſo
ꝛ nō ſuperius de inferiori. Ad quartū
dr ꝙ licet accidens nō ſit in eſſentia ſub-
iecti tanq̄ principiū eius eſſentie: tn̄ per
inherētiaȝ dicitur eſſe in eſſentia ſubiecti
ex conſequēti vt eſt i toto cōpoſito ꝛ ſub
eſſe ipſius ſed tn̄ per ſe ꝛ primo nō inhe
ret eſſētie vel eſſe ſȝ toti cōpoſito:licȝ q̄n
doq3 rōe materie ꝛ q̄nq3 ratōne forme.

Ad quintū dicit ꝙ licȝ omnis forma
ſm ſe accepta ſit cōicabilis nō tn̄ ſorā ac
cepta ꝛ indiuiduata per ſubiectum eius
ſȝ eſt incōiabilis:iō accidens particulare
eo ꝙ particulare nō eſt cōicabile nec dici
tur de ſubiecto.

Quando alteruȝ. Poſtq̄ au
tor ſupius poſuit duas diuiſio
nes valētes ad cognoſcenduȝ
drn̄as dicibiliū inter ſe tā ponibiliū in ꝑ-
dicamēto q̄ nō ponibiliū. hic cōſequent
pōit duas rg̃l'as an̄predicamētales valē
tes ad cognoſcendū ordinē illoꝝ que in
ꝑdicamēto ponunt. Et quia prius eſt cog
noſcere ordinez dicibiliū reſpectu vnius
ꝑdicamēti quod docet per primā regulā
q̄ cognoſcere ordinez ipſoꝝ reſpectu di-
uerſoꝝ predicamētoꝝ:quod fit per ſecun
daȝ regulā. iō conueniēter ꝑponit primā
iſtaꝝ rg̃l'aꝝ q̄ t'lis ē. Quādo alteꝝ de alte
ro predicat vt ᷓ ſubiecto quecūq3 de eo
quod ꝑdicatur dicūtur oīa de ſubiecto di
cūtur:vt ſi ſortes eſt homo ꝛ animal pre
dicetur de homine etiam predicabitur de
ſorte. Primo ſciendum ꝙ in iſta re-
gula ꝑ illud quod ꝑdicatur ſiue per pre-
dicatū intelligitur ſupius habens modū
predicandi alicui⁹ ꝑdicabilis ꝛ ꝑ ſubiec-
tū intelligitur inferius alicuius ſuperioꝝ
ideo ſēſus regule eſt qn̄ aliquod ſuperi⁹
predicatur de ſuo inferiori q̄cūq3 predi-
cātur eſſentialiter de illo ſuperiori etiā ꝑ
dicātur de inferiori eius. Cuius ratio eſt
q2 ſuperius actualiter icluditur in ſuo in
feriori:ideo quecūq3 inſūt tali ſuperiori
ꝛ de ipſo predicant eſſentialiter ſunt etiā
actualiter in ſuo inferiori:ꝛ ᷓ illo actua-
liter predicātur:ꝛ ſi ꝑmum ſuperius eſſen
tialiter predicetur de ſuo inferiori etiam
ſua ſuperiora ꝑdicabūtur eſſentialiter et
ſi accidētaliter etiam ſua ſuperiora ꝑdi-
cabuntur accidentaliter de ſuo ſubiecto ꝛ
ꝑ hoc patet ꝙ iſta regula valet ad cog-
noſcendū ordinez dicibiliuȝ in vna linea
ꝑdicamētali:ꝛ quomō de ſe omnia ſupe-
riora alicui⁹ generis ſunt ſuperiora ſuaꝝ
ſpecierum ꝛ etiā que ꝑdicabilia poſſūt ᷓ
ſe inuicem predicari. Secundo ſciē-
duȝ ꝙ ſm iſtaȝ regulaȝ debent obſeruari
due conditōes. Pria eſt ꝙ pria ꝓpoſitio
ſit directa ꝛ ordinata ſiue ſit ibi ēentialis
predicatio ſiue accidētalis:opportet eni
ibi aliquod ſuperius ꝑdicari ſm ordinez
alicuius q̄nq3 ꝑdicabiliū. Secunda cō-
ditio eſt ꝙ in ſecūda ꝓpoſitiōe ſit ꝑdica-
tō eſſentialis ꝛ directa defectu cuius hic
non arguitur.ꝑ regulā hō eſt aīal aīal eſt
aſinus ergo homo ē aſinus: q2 in ſecūda
ꝓpoſitōne nō eſt eſſentialis ꝑdicatio:cuȝ
inferius non predicet eſſentialiter de ſuo
ſuperiori:qᷓ tn̄ hic req̄ritur ꝓpter hoc ꝙ
reducēdo talem ordinez ad ſillogiſmum
ſecunda ꝓpoſitio ſit maior in pria figura
ꝛ illa debȝ eſſe vl'is ſemꝑ actualr̄ vel vir
tualr̄:ꝛ nō eſſet virtualit vl'is niſi eſſet ibi
predicatio eſſentialis.et tenet etiam iſta
regula i negatis ſuppoſito tn̄ ꝙ pria ꝓpō
ſit affirmatiua quā oportet fieri minorez
in prima figura ꝛ in ſecūda propoſitione
predicatū negatur eſſentialit de ꝑdicato
prie:vnde ſequit ſortes eſt hō.hō non
ē aſin⁹ ergo ſortes non eſt aſin⁹. Ter
tio ſcienduȝ ꝙ ſecūda regula anteꝑdi-
camētalis talis eſt. Diuerſoꝝ generum
ꝛ nō ſubalternatim poſitoꝝ diuerſe ſunt
ſpēs ꝛ drn̄e. Cuius ratio eſt quia ſpēs ꝛ
drn̄e alicuius generis eſſentialiter de-
ſcendūt a ſuo genere. ꝛ dicūt eandez eſ
ſentiā cuȝ ipſo.ſed diuerſa genera eſſen
tialiter differūt: ergo ſpēs ꝛ differētie in
cludūt eſſentias oppoſitas illoꝝ generū
ꝛ per conſequens diuerſorū generum ꝛ
nō ſubalternatī poſitorū diuerſe ſūt ſpe
cies ꝛ differentie. ꝛ per hoc patȝ ꝙ iſta
regula valet ad ſciendū quomō ſub di-
uerſis predicamētis debēt ordinari di-
uerſe ſpecies ꝛ quomō eſſentie predica
mētoruȝ ſunt impermixte Quarto ſci
endū ꝙ genera ſubalternatim poſita di
cuntur quoruȝ vnū eſſentialiter eſt ſub
alio:ſicut corpus ꝛ animal.ꝛ per oppoſi
tum illa dicunt non ſubalternatiȝ poſita
quorū vnum nō continet ſub alio eſſen
tialiter vt ſunt ſubſtātia ꝛ qualitas et in
hac regula dicitur nō ſubalternatī poīta
ad drn̄am generuȝ ſubalternatī poſitoꝝ
quia ipſorum poſſūt eſſe eedem ſpēs et
drn̄tie ſicut ſpēs animalis ſunt ſpēs cor
poris ꝛ etiaȝ ſubſtantie: licet nō ſint im
mediate reſpectu illorū generuȝ: ꝛ ſimi
liter drn̄e animalis ex conſequenti ſunt
drn̄tie ordinationis ſubſtantie. ſed gn̄a
poſita nō ſubalternatī nō poſſunt ex cō
ſequenti habere eaſdem differētias nec
ſpēs propter cauſaȝ prius dictā. Con
tra predicta arguit primo ſic.non ſequit
ſortes eſt hō:hō eſt ſpēs. igit ſortes eſt
ſpēs.ꝛ tamē ibi arguitur per primaȝ re-
gulam:ergo illa non eſt bene aſſignata.

Secundo ſic.non ſequit per illaȝ re
gulaȝ hō eſt albus: album eſt accidens
ergo homo eſt accidens:et tamen argui
tur ſm conditiones regule prime. ergo
non eſt ſufficiens. Tercio ſic ſubſtan

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tia ⁊ q̃ntitas ſũt diuerſa genera: ⁊ tamẽ
corpus ẽ ſpecies vtriuſqꝫ. ergo male dr̃
in ſecunda regula diuerſoꝝ generũ ſunt
diuerſe ſpẽs. Quarto ſic aĩal ⁊ ſcien
tia ſunt diuerſa genera nõ ſubalternatiꝫ
poſita: ⁊ tamen ipſorum eſt eadem dif-
ferentia ſcilcet rõnale qđ eſt differentia
hominis qꝛ diuidit aĩal ⁊ etiaꝫ ſcientiã:
quia ſciẽtia diuiditur ꝑ ſcientiã rõnaleꝫ
⁊ realem: ergo diuerſorum generũ non
ſunt diuerſe differentie. Quinto ſic
intellectiuum eſt differentia hominis ⁊
etiam angeli: ⁊ tamen homo ⁊ angelus
non continenr̃ ſub eodem genere ſꝫ ſub
diuerſis qꝛ homo continer̃ ſub corpore
⁊ angelus eſt ſubſtãtia incorporea. ergo
diuerſoꝝ generum eſt eadem differẽtia.
Ad primuꝫ iſtoꝝ dicitur ꝙ ibi non
arguir̃ per regulaꝫ qꝛ in hac ꝓpoſitõne
homo eſt ſpẽs non eſt predicatio eſſen
tialis qꝛ intentões ſecũde nõ predicanr̃
de pris ẽenalir̃: ſed accñtalir̃ ſoluꝫ eo ꝙ
dicũt reſpectus accñtales qui accidunt
rebꝰ prie intentõis ⁊ eodẽ mõ dicerer̃ de
iſta hõ eſt ſubſtãtia ſubſtãtia eſt genꝰ er
go hõ eſt genꝰ ⁊ ſic de aliis. Ad ſecũ
dũ dr̃ ꝙ albũ in p̃dicato prie ꝓpoſitõis
⁊ in ſubiecto ſecũde driter tener̃ quia in
pria albuꝫ tener̃ contractũ ad ſubiectuꝫ
ſm ꝙ dicit totũ eſſe eiꝰ. In ſecũda ṽo te
ner̃ ſub ꝓpria rõe eiꝰ. ⁊ nõ inquantuꝫ di
cit ẽe ꝑ reſpectũ ad ſuũ ſubiectuꝫ: iõ in il
la ſecũda ꝓpõe non predicar̃ aliquid de
predicato prie for̃aliter accepto: ſicut te
nebar̃ in pria: iõ non arguir̃ ꝑ primaꝫ re
gulã: ſꝫ cõittitur fallatia accñtis. Ad
terciũ dr̃ ꝙ corpꝰ non eſt ſpẽs ſubſtãtie
⁊ q̃ntitatis capiendo corpꝰ vniuoce ſed
capiẽdo eq̃uoce tñ: qꝛ ꝓut corpꝰ eſt ſub
ſtãtia que põt ſuſcipe tres dimẽſiones
eſt ſpẽs ſubſtãtie: ⁊ ſm ꝙ iportat actu il
lã dimenſiões. ſ. longitudieꝫ latitudieꝫ ⁊
ꝓfunditatẽ eſt ſpẽs q̃ntitatꝭ. ⁊ ſi tener̃ eq̃
uoce nõ eſt vna ſpẽs ſꝫ diuerſe. Ad
q̃rtuꝫ dr̃ ꝙ rõale non eſt eadẽ drña vt eſt
drña aĩalis ⁊ ſciẽtie: qꝛ nõ tener̃ vniuoce
ſꝫ eq̃uoce. qꝛ ſm ꝙ dicit formaꝫ q̃ poſſu-
mꝰ vti rõe eſt drña aĩalis: ⁊ ſm ꝙ dicit ſci
entiaꝫ q̃ eſt de ente rõis eſt drña ſciẽtie.
Ad quintũ dr̃ ꝙ intellectiuũ non rep
itur eq̃liter in hoie ⁊ in ãgelo nec ſunt in
tellectꝰ hois ⁊ ãgeli in eq̃li gradu ꝑfectio
nis: cũ inellectꝰ angeli ſit ꝑfectior eſſen-
tialir̃ intellectu hois iõ intellectiuũ dicir̃
de ipis analogice ⁊ nõ vniuoce ideo non
eſt differentia eadem.

Capitulum de predicamẽtis

Oruꝫ que dicunr̃. Poſt
q̃ꝫ autor determiauit de pre
dicamẽtis que neceſſario re
quirũtur ad cognitõeꝫ pre-
dicamentorũ. hic conſequẽter incipit de-
tiare de predicamẽtis: ⁊ qꝛ cognitio gene
ralis ⁊ cõfuſa p̃cedit i nob̃ cognitõeꝫ ſpã
leꝫ ⁊ diſtinctã: iõ detiat de ipſis in gñali
priuſquã in ſpãli premittẽs taleꝫ diuiſio
nẽ. eoꝝ que dicunr̃ ſm nullã cõplexioneꝫ
i. vnũquodqꝫ dicibiliũ incõplexoꝝ ſingu
luꝫ aut ſignificat ſubſtãtiaꝫ aut q̃ntitateꝫ
aut q̃litateꝫ aut adaliquid: ⁊ ſic de aliis
⁊ de quolibꝫ iſtoꝝ ſatis patẽt exempla in
textu. vñ patet ꝙ iſta diuiſio nõ eſt vniũ
antepredicamẽtuꝫ quia non precedit de
terminationem predicamentoruꝫ ſed de
terminat de predicamẽtis in generali di
ſtinguendo ipſa ⁊ exemplificãdo de quo
libet ipſoꝝ. Primo ſciendum ꝙ dici-
bile icomplexuꝫ accipitur dupliciter vno
modo pro omni illo quod ſignificatur ꝑ
vnam vocem incomplexaꝫ vt capitur in
prima diuiſione antepredicamẽtali iſto
modo non capitur hic: quia multa dicibi
lia hoc modo incomplexa ſunt que non
ponunr̃ i aliquo p̃dicamẽto vt chymera
⁊ multa alia entia rationis. Alio mo-
do capitur ſpecialiter ſolum pro dicibili
incomplexo ordinabili in genere et hoc
mõ ſumitur dicibile in iſta diuiſione ſm
ꝙ ſignificat ſubſtantiaꝫ q̃ntitateꝫ ⁊c. ⁊ ꝑ
hoc ꝙ dicit ſignificat dat intelliger̃ ꝙ hic
non conſiderant̃ res ſub ratõne entis. nec
hoc modo ordinar̃ in predicamẽtis. Sꝫ
conſiderant̃ ille voces ꝑ quas ſignificã
tur. ⁊ ſub tali conſideratõe ordinãtur res
in predicamẽto. Secundo ſciendũ eſt
ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit ordinabile in gñe
q̃tuor conditões requiruntur. Prima eſt
ꝙ tale dicibile ſit vnuꝫ formaliter ⁊ vir-
tualiter: quia ſi eſſet equiuocũ eſſent plu
ra dicibilia ⁊ poſſet ordinari in diuerſis
ordibus ſiue i diũſis p̃dicamẽtis: ⁊ ꝓpter
hoc equiuoca vt equiuoca ſunt non ordi
nanr̃ in predcamẽto. Secunda conditio
eſt ꝙ tale dicibile ſit incõplexuꝫ qꝛ ſi eſſꝫ
complexuꝫ ſm diuerſas partes eius eſſet
in diuerſis predicamẽtis vel in diuerſis
locis eiuſdeꝫ ordinis ſicut patꝫ de diffini
tione genꝰ eniꝫ ponir̃ in recta linea diffe-
rentia vero in linea laterali. ⁊ ꝓpter hanc
rõeꝫ complexa non ponunr̃ in genere ſm
ſe vt cõplexa ſunt ſꝫ ſm ſuas partes ſolũ
vel inq̃ntuꝫ ſumunr̃ pro vno incõplexo.
Tercia cõditio eſt ꝙ tale dicibile ſit ens
reale ⁊ ꝙ hẽat ordineꝫ certuꝫ in rebus et
ꝓpter hoc entia rõis vt chymera ⁊ yrcocer
uus ⁊ ſiĩia non ponũtur in p̃dicamentis.
Quarta cõditio eſt ꝙ tale dicibile ſit vni
uerſale vel ꝑticulare quia ordinatio ſm
ſub ⁊ ſupra fit ſm rões vniuerſalis vel ꝑ
ticularis ſic ꝙ particulare ponir̃ ſub ⁊ v-
niuerſale ſup̃: et propter hoc deuꝫ nõ po
nitur in predicamẽto: non eniꝫ eſt vniuer
ſalis quia non pñt eſſe plures dij nec par
ticularis cũ non habeat aliquid ſuperius
vniuocuꝫ: ⁊ ꝑ hoc patꝫ ꝙ id quod diuidi
tur in preſenti diuiſione eſt dicibile incõ
plexuꝫ ordinabile in genere. Tertio
ſcienduꝫ ꝙ huius diuiſionis ſic habetur
ſufficiẽtia. qꝛ oĩe dicibile ordiabile in ge
nere vel dicit ens per ſe vel in alio: ſi pri
muꝫ ſic eſt ſubſtantia. ſi ſecundũ hoc eſt
dupliciter. vel ens abſolutuꝫ vel reſpec
tiuũ. ſi abſolutum hoc eſt dupliciter vel
conſequir̃ ſubſtantiam gracia materie ⁊
ſic eſt q̃ntitas. vel gracia forme ſic eſt q̃
litas. ſi reſpectiuũ hoc eſt dupliciter vel
ſumitur a reſpectu ſubſtãtie ad aliquid
extrinſecuꝫ vel a reſpectu alicuius extri
ſeci ad ſubſtãtiaꝫ. ſi primuꝫ hoc eſt du-
pliciter vel dicit reſpectũ ꝑtiuꝫ ſubſtãtie
ad ſuum totũ ⁊ ad locum ⁊ ſic eſt ſitus.
vel dicit reſpectuꝫ ſimplicẽ ſubſtãtie ad
aliquod extrinſecũ: ⁊ hoc eſt tripliciter.
quia vel orir̃ a forma ⁊ ſic eſt actio vel
oritur a materia ⁊ ſic eſt paſſio. vel a to
to cõpoſito ⁊ ſic eſt adaliquid. Si vero
dicat reſpectũ extrinſeci ad ſubſtantiam
hoc eſt dupliciter. vel tale extrinſecũ eſt
adiacẽs ⁊ applicatũ ſimul ⁊ ſic eſt habi-
tus. vel adiacens tñ ⁊ hoc eſt duplicir̃.
vel adiacet rei in motu ⁊ ſic eſt quando
vel in quiete ⁊ ſic eſt vbi. ⁊ ꝑ hoc hẽtur
ꝙ tñ deceꝫ ſũt predicamẽta. Quarto
ſciendũ ꝙ p̃dicamentuꝫ eſt genꝰ gñaliſ
ſimuꝫ reſpectu alicuiꝰ coordinatõis. vel
eſt ipa toto coordinatõ: ⁊ dr̃ predicamẽ
tuꝫ de p̃dicari ⁊ metior ris. qꝛ eſt menſu
ra oim alioꝝ que ſunt in tali gñe: vel eti
aꝫ qꝛ in ſe vel ſub ſe colligit oĩa p̃dicata
eiuſdeꝫ generis: ⁊ ſicut patꝫ in diffinitõ
ne predicamñti predicamẽtuꝫ põt accipi
duplr̃ ⁊ vtroqꝫ mõ tantuꝫ decẽ ſunt pre
dicamẽta. qꝛ ſi ſumar̃ prio mõ ꝓ genere
gñaliſſimo tñ deceꝫ ſũt gña gñaliſſima
⁊ qꝛ coordinatões predicamẽtales diſti
gunt̃ ꝑ gñaliſſima q̃ ſunt pria principia
for̃alia illaꝝ coordiationuꝫ. igir̃ ſi ſecun
do mõ ſumar̃ ꝓ tota coordinatõe erunt
decẽ p̃dicamñta ſolũ. Sed cõtra p̃dicta
arguir̃ prio ſic ẽs eſt dicibile ⁊ incõplexũ
⁊ ſilr̃ res aliq̃d vnũ veꝝ bonũ que ſunt
trãſcendẽtia ⁊ tñ non ponunr̃ in aliquo
predicamẽto cũ ens ſit cõius quolibet
predicamento ergo iſta diuiſio nõ valꝫ

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Secundo ſic deus eſt in predicamē
to ⁊ tamen nō eſt in aliquo iſtoruʒ:ergo
diuiſio mala:añs patet quia om̄e parti-
culare dicibile incōplexuʒ ponitur in ꝑ-
dicamēto:ſed deus eſt quoddaʒ parti-
culare cū ſit vnū ens in numero:ſʒ vnū
in numero et particulare idem ſūt ergo.

Tercio ſic genus ⁊ ſpēs ſunt dicibilia
incōplexa ⁊ tamen non ponuntur in ali
quo iſtorum predicamentorum igitur.

Quarto ſic iſti termini incōplexi pro
poſitio ⁊ oratio ſūt dicibilia incōplexa
⁊ ordinabilia in genere quia ꝓpoſitio ē
ſpēs reſpectu orōnis ⁊ tamen non ſunt
in aliquo iſtoꝝ predicamētoꝝ. Quin
to ſic materia eſt dicibile incōplexum et
ens reale ⁊ ſibi conueniūt conditiones
ordinabilium ⁊ tm̄ nō ponitur in aliquo
iſtorū ergo nō ſufficienter enumerantur
hic predicamēta. Ad primū iſtorum
dr̄ ꝙ licet ens ex parte vocis ſit vnū di
cibile quodāmō:tm̄ ex parte ſignificato-
ruʒ eius non eſt vnū dicibile ſed multa
dicibilia. quia ipſū acceptū in cōi nō eſt
vniuocū igr̄. non ponit̄ in aliquo vno
predicamēto ſed ſm̄ diuerſa ſignificata
eius ponit̄ in diuerſis predicamētis:ſi-
milr̄ dicendū eſt de aliis tranſcendētib⁹

Ad ſecundū dr̄ ꝙ licʒ deus ſit vnus
in numero quia eſt indiuiſibilis: nō eſt
tm̄ quoddā particulare quia particulare
dicit partē alicuius totius. deus autem
ſub nullo toto continet̄. ⁊ licʒ vnū in nu
mero ⁊ particulare in aliquo ſunt idē re
aliter non tm̄ ſūt ideʒ foꝛmaliter ſʒ differūt
rōe vt dictū eſt. Ad terciū dr̄ ꝙ licet
gen⁹ ⁊ ſpēs de materiali ſignificato eo
rum dicāt ens reale aliquod: tm̄ q̄ntum
ad ſua formalia ſignificata īportant en
tia rōis a quibus ſumunt̄ intentōes ſe-
cūde:⁊ illi reſpectus nō ſūt entia realia
iō genus ⁊ ſpēs nō ponūtur per ſe in ꝑ-
dicamēto. Ad quartū dr̄ ꝙ licet iſti
termini ꝓpoſitio ⁊ orō ex pte vocis ſint
dicibilia īcomplexa tm̄ ex parte ſignificato
ruʒ ſūt dicibilia cōplexa: ⁊ quia hic nō cō
ſiderant̄ voces tm̄ ſed capiūtur voces ꝓ
rebus ſignificatis:iō ꝓpoſitio ⁊ orō ⁊ alia
que īportant dicibilia cōplexa nō ſunt in
predicamēto iō male ponit Buridanus
vndecimū predicamentū.ſ.ſigni ad repo
nendū oīa iſta ſigna vel entia rationis.

Ad quintū dr̄ ꝙ lʒ materia ſit ens re
ale reductiue ⁊ per modū pricipij nō tamē
eſt ens cōpletū:ideo per ſe nō ponit̄ in ꝑ
dicamēto ſed bene ponitur reductiue in
predicamēto ſubſtantie ⁊ per moduʒ pri
cipij ſubſtantie corporee eo mō quo ipſa
eſt ens.

Capituluʒ de ſubſtantia.

Substantia diuiditur.

Poſtq̄ autor determinait
de decem predicamentis i
generali. hic conſequenter
determinat de ipſis in ſpeciali:⁊ quia ſub
ſtantia eſt prior accidentibus natura dif
finitione ⁊ tempore: ⁊ eſt cauſa omnium
accidentium in triplici genere cauſe.ſ. effi
cientis materialis ⁊ finalis:⁊ cauſa natu
raliter precedit ſuū effectū:ideo prius au
tor determinat de ſubſtātia q̄ de accidē
tibus ipſaʒ primo diuidens per primā et
ſecundā ſubſtantiaʒ. Cuius diuiſiōis ſic
habetur ſufficientia quia om̄is ſubſtātia
vel per ſe prīo ſubſtat accidētibus vt ſub
ſtātia particularis:⁊ ſic eſt ſubſtātia pria.
vel ſecundario ſubſtat accn̄tibus vt ſub-
ſtantia vl'is:⁊ ſic eſt ſecūda ſubſtantia:et
per hoc patet ꝙ nō ſunt ponēde tres aut
quatuor ſubſtātie ſed ſolū due.ſ. prima ⁊
ſecūda eo ꝙ om̄is ſubſtantia vel eſt par
ticularis vel vl'is:ſʒ ōes vniuerſales ſub
ſtantie ſecūdo ſubſtāt accn̄tibus per hoc
ꝙ ſunt in primis: particulares vero prio
⁊ per ſe ſubſtant. Primo ſciendum ꝙ
ſubſtantia tripliciter accipitur vno modo
vt eſt prima ⁊ perfectior pars entis et ſic
eſt de conſideratione methaphiſici.
Secundo mō vt eſt genus ⁊ principium
primū oīm ſubſtantiaꝝ ad quod om̄es a
lie reducuntur. Tercio mō accipitur vt ē
primū ſubiectum oīm accidentiuʒ ⁊ iſtis
duobus modis conſideratur a logico:ꝓn
cipalius tm̄ vt eſt ſubiectum accidentium
que diſtingunt̄ inter ſe ſecundū diuerſos
mōs predicandi de prima ſubſtantia: iō
hic conueniētius diuiditur per primaʒ et
ſecundā inq̄ntuʒ eſt ſubiectū accidentiuʒ
⁊ diuerſimode ſubſtat ipſis: q̄ diuideret̄
ſub rōe generis in ſuas ſpēs. Secūdo
ſciendū ꝙ nomē ſubſtantie a duobus ſu
mitur. Prio modo a per ſe eſſendo ⁊ ſic
ſumitur a proprio eſſe ſubſtantie quod ē
eſſe per ſe ⁊ abſolutum ⁊ hoc mō ſuſtātia
vniuoce dicitur de oībus ſubſtātiis ⁊ eſt
genus ipſarū. Alio mō ſumit̄ a ſubſtādo
⁊ ſic ſumitur ab eſſe reſpectiuo ſubſtantie
quo eſt in potentia ad ſubſtandū accidē
tibus:⁊ iſto mō ſubſtantia prius dicitur
de ſubſtantiis particularibus que princi
paliter ſubſtant accidentibus q̄ de ſub-
ſtantiis vniuerſalibus q̄ ſecūdario ſub-
ſtāt:⁊ q2 hic diuidit̄ ſubſtantia inq̄ntum
hʒ ſubſtare accidentibus:⁊ vt ſic per pri⁹
dr̄ de primis ſubſtantiis q̄ de ſecūdis:iō
iſta diuiſio eſt diuiſio analogi in ſua ana
logata. ⁊ hic eſt ꝙ per prius ſubſtātia di-
uidit̄ q̄ diffiniat̄: quia equiuocū pri⁹ eſt
diuidendū q̄ diffiniendū. Tercio ſciē
duʒ ꝙ ſubſtantia pria vno mō ſic diffinit̄
Prima ſubſtātia eſt que proprie princi-
paliter ⁊ maxie ſubſtat̄ dr̄. in q̄ diffinitōe
per illud relatiuū que ſubintelligitur ſub
ſtantia loco generis diffiniti. ⁊ ponit̄ pro
prie ad drn̄am accidentiū in quibus licʒ
vnū aliquo mō ſubſtet alteri ſicut ſuper-
ficies albedini. tm̄ hoc nō eſt ꝓprie ⁊ tāq̄
ſubiectū principale ⁊ per ſe ſubſiſtens ſi-
cut pria ſubſtātia. deinde ponit̄ principa
liter ad drn̄aʒ ſecundarū ſubſtantiaruʒ q̄
minus ꝑncipaliter et ſecūdario ſubſtant
accidentibus. Tercio ponitur maxie ad
drn̄am ſpēꝝ de genere ſubſtātie q̄ ma-
gis principalr̄ vident̄ ſubſtare q̄ gene-
ra:ſʒ adhuc pria ſubſtantia plibus ſub-
ſtat q̄ illa ſpēs. quia q̄buſcunqʒ ſubſtat
ſpēs ſubſtat indiuduuʒ ⁊ vltra hoc ipſi
ſpēi. ⁊ ponit̄ ſubſtare ad explanāduʒ ēe
ſubſtātie que eſt ſuſceptia accidentium

Quarto ſciendū ꝙ alit̄ diffinit̄ pria
ſubſtantia que eſt que nec in ſubiecto ē
nec de ſubiecto dr̄ vt aliquis hō aliq̄s
equus:in q̄ diffinitione ſubintelligit̄ ge
nus diffiniti.ſ. ſubſtantia. Deinde dr̄ q̄
nec eſt in ſubiecto ad drn̄aʒ accidentiū
que ſūt in ſubiecto. deinde ponit̄ nec de
ſubiecto dr̄ ad drn̄aʒ ſecundarū ſubſtā
tiarum que licet non ſint in ſubiecto tm̄
de ſubiecto dicunt̄. Prima eniʒ ſubſtan
tia habet ꝙ ſit ſubſtantia ⁊ ꝙ ſit prima:
inq̄ntuʒ eniʒ ſubſtantia conuenit cū ſe-
cundis ſubſtantiis ⁊ ſibi conuenit nō eſ
ſe in ſubiecto:quia hoc eſt cōmune om̄i
ſubſtantie. ſed inq̄ntuʒ prima eſt nō ha
bet īferiora ſub ſe nec dicit̄ de ſubiecto:
⁊ per hoc differt a ſecundis ſubſtantiis:
⁊ in iſta diffinitōe exemplificatur ꝑ indi
uiduū vagū vt aliquis hō aliquis equ⁹
magis q̄ per indiuiduū determinatum
eo ꝙ indiuidua detiata vt determinata
ſūt per conditōes indiuiduātes ſūt ab
arte relinquenda: ⁊ ꝑ hoc patet diuiſio
ſubſtātie ⁊ diffinitōes ꝑmi membri eius

Sed contra ꝑdicta arguit̄ prio:vbi
eſt eq̄litas ibi nō eſt primū ⁊ ſecundum
ſʒ ſubſtātia eq̄liter dr̄ de ābabus ſubſtā
tiis cū ſit gen⁹ ipſaꝝ:ergo male hic diui
dit̄ ꝑ primā ⁊ ſecundā. Secundo ſic
vnū mēbruʒ hui⁹ diuiſiōis predicat̄ de
alio:q2 ſecūda predicat̄ de pria. ergo ꝑ-
ma ⁊ ſecūda non opponunt̄ ergo iſta di
uiſio nō dat̄ per oppoſita. Tercio ſic
materia pria pricipaliter ſubſtat:q2 ſub
ſtat forme ſubſtantiali et prima ſubſtan
tia ſolum ſubſtat accidentibus ⁊ tm̄ non
eſt prima ſubſtantia ergo illa diffinitio

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

conuenit aliis a diffinito. Quarto ſic omnis paſſio que realiter conuenit pluribus indiuiduis cōuenit ipſis realiter rōe alicuius cōmunis in quo cōueniūt ſed ſubſtare eſt paſſio cōmunis ōibus ſubſtantiis primis: ergo conuenit ipſis ratiōe alicuius ſuperioris ipſarū ſꝫ tale ſuperius non eſt niſi ſecunda ſubſtātia: ergo ſubſtare per prius conuenit ſecunde ſubſtantie ꝛ principalius ꝙ prime.

Quinto ſic diffinitio prime ſubſtātie ſolum datur per negatōem: ergo nō ſufficienter naturaꝫ diffiniti explicat: ergo non eſt ſufficiens. Ad primuꝫ dicit̄ ꝙ licet ſubſtantia vt dicitur a per ſe eſſēdo dicat̄ equaliter de ōibus ſubſtantiis ꝛ vniuoce: non tñ vt dicit̄ a ſubſtando ꝛ iſto mō diuidit̄ hic. Ad ſecunduꝫ dr̄ ꝙ licet ſecūda ſubſtantia ꝛ prima ſm id quod ſunt nō opponant̄ ꝛ ſecunda predicetur de prima: tamē ſm rationē ꝑmi ꝛ ſecundi opponuntur ꝛ ſic ſūt membra diuiſionis. Ad tercium dicitur ꝙ licꝫ materia prima proprie ꝛ principalit̄ ſubſtet reſpectu forme ſubſtantialis: non tñ reſpectu accidentium: ſed totuꝫ compoſituꝫ principalius ſubſtat accidentibus. et materia ꝛ forma non ſubſtant ipſis niſi ex cōſequēti inq̄ntū ſūt in toto cōpoſito ꝛ de tali ſubſtare accidentibus ſoluꝫ intelligitur in iſta diffinitione. Ad q̄rtum dicitur ꝙ licet ſubſtare ꝑ prius conueniat ſecunde ſubſtantie. ſ. ſubſtantie ī cōmuni ſicut cauſe ꝛ forme a qua prouenit talis paſſio. non tñ ſibi primo conuenit tanꝙ ſubiecto: ſed iſtud per prius cōuenit prime ſubſtantie que eſt ens ſeu ſubiectuꝫ cōpletuꝫ ſeu ſubſiſtens ꝑ hoc ꝙ nō eſt in alio ꝛ ꝙ eſt vltima. Ad quintū dicit̄ ꝙ in ſecunda diffinitione ꝑme ſubſtantie licet ponātur due negationes tñ ponunt̄ ad explicanduꝫ aliquā affirmationem: ibi enim explicatur ꝙ ꝑma ſubſtantia eſt prima in ſubſtando ꝑ hoc ꝙ non eſt in alio ꝛ ꝙ ē vltima in predicando per hoc ꝙ non dicitur de ſubiecto. i. de inferiori. ꝛ etiaꝫ prima pars diffinitionis eſt affirmatiua.

Secunde ſubſtantie ſūt. Poſtquam autor ſuperius determiauit de primo membro diuiſiōis ſubſtātie ſcilicet de primis ſubſtantiis. hic conſequenter determiat de ſecūdo membro ſ. de ſecundis ſubſtantiis dicens ꝙ ſecunde ſubſtantie ſunt vniuerſales vt genera ꝛ ſpecies in quibus ſunt prime ſubſtātie. ꝛ dicuntur ſubſtantie vniuerſales ſecūde eo ꝙ tales ſubſtantie ſecundario ſubſtāt accidentibus non prio ꝛ per ſe ſicut ſubſtantie particulares. Cuius ratio eſt quia accidens fluit inmediate a principiis indiuidui ꝛ ſubſtantie vniuerſales non includunt principia indiuidui: ideo non primo ſubſtant accidentibus: ſed ſolum ex conſequenti inq̄ntuꝫ habent eſſe in primis ſubſtantiis. Primo ſciendū ꝙ ſubſtantie vniuerſales dupliciter conſiderantur. vno modo q̄ntuꝫ ad eſſe eſſētie ipſaruꝫ ꝛ q̄ntum ad hoc quod eſt ꝑ ſe eſſe ꝛ hoc modo ſunt priores ſubſtantiis particularibus: eo ꝙ ſunt cauſe formales ipſarum ipſis dantes eſſe nomen ꝛ rōem. Alio modo conſiderant̄ ſm eſſe exiſtētie ꝛ q̄ntuꝫ ad hoc quod eſt ſubſtare accidētibus: ꝛ hoc mō ſubſtātie particulares ꝑcedūt vniuerſales. Cuius rō eſt quia ſubſtantie vniuerſales non habēt eſſe exiſtētie nec ſubſtare accidentibus niſi ex conſequenti ꝛ ſm eſſe quod habent in ꝑmis ſubſtantiis: ꝛ ideo ſubſtantie vl̄es q̄ntuꝫ ad exiſtere ꝛ ſubſtare accidentibus dicuntur ſecūde ſubſtātie. Secūdo ſciendū ꝙ ſecūde ſubſtātie diuerſimode ſūt in ꝑmis ꝛ prie in ſecundis: prime. eni ſunt in ſecūdis virtualr̄ ꝛ potētialit̄ tm̄ ſicut pars totiꝰ vl̄is eſt ī toto vl̄i ꝛ inferiꝰ ī ſuo ſuꝑiori. ſꝫ ſecūde ſubſtātie ſūt in pris actu et intellectu. quia ſūt de intellectu ꝛ eſſentia primaꝝ ſubſtantiarū ꝛ ſolum habent eſſe exiſtentie in primis ſubſtantiis nō tamē capiunt illud eſſe exiſtentie a primis ſubſtantiis ſed in genere cauſe efficientis et finalis cauſantur a cauſis extrīſecis ſicut a prima cauſa ꝛ a natura. ſed in geñe cāe formalis habent a ſe ipis ſicut ſūt forme quedam ꝛ non habent ab alia cauſa formali ꝛ in genere cauſe materialis quodā modo ꝛ ſm quid accipiunt eſſe a primis que ſunt materia in qua reſpectu ipſaruꝫ ſecundarū ſubſtantiaruꝫ. Tercio ſciendum ꝙ ea que dicunt̄ de ſubiecto. ſ. ſuperiora aliquorū inferiorū ꝛ ea que ſunt in ſubiecto. ſ. accidentia diuerſimode ꝑdicant̄ de ſuis ſubicibilibus quia ſuperiora predicant̄ de ſuis inferioribus nōie ꝛ ratione. ꝛ cauſa eſt quia illud dr̄ predicari ſm nomē cuius nomen de aliquo predicatur ſeu verificat̄: ꝛ illud dicit̄ predicari rōe cuius diffinitio vel eſſentia includit̄ eſſentialiter in īferiori: ſed om̄e ſuperius ſm nomē eius verificat̄ de inferiori ꝛ includitur eſſentialiter in diffinitōne ſui inferioris: ꝛ etiā diffinitō eius cōuenit ſuo inferiori. ideo om̄e ſuperius eſſentiale ꝑdicat̄ nōie ꝛ rōne de ſuis inferioribus et ſic predicat̄ vniuoce: ſed accidentia aliq̄ nec nōie nec rōe de ſubiecto predicantur vt albedo ꝛ nigredo. Alia vero nōie predicant̄: ſed non ratōe ſicut albuꝫ vel nigrum ꝛ ſic ſoluꝫ predicantur denōiatiue de ſuis ſubiectis. Quarto ſcienduꝫ ꝙ duplex eſt accidens quia quoddā eſt accidens abſtractum quod importat formā accidentaleꝫ ſm ſe: ꝛ non ſm inherentiā eius ad ſubiectum vt albedo: ꝛ tale accidēs nullo mō de ſubiecto predicat̄. quia om̄e illud qđ de alio ꝑdicat̄ debet dicere totū ēe eius: ſed accidēs abſtractū nō dicit totū eſſe ſui ſubiecti ſed importat̄ cum ꝑciſione ſubiecti ꝛ ſine inherentia ad ipꝫ ideo non predicat̄ de ſubiecto nec nomie nec rōne. Aliud eſt accidens concretum quod importat formā cū inherentia ad ſubiectū: ꝛ tale de ſubiecto predicat̄ nomine ſꝫ nō ꝛ rōe. Cuiꝰ cauſa eſt qꝛ ꝑdicari rōne eſt eſſentialiter includi in ratiōe alteriꝰ mō accidēs concretū non predicat̄ eſſentialr̄ de ſuo ſubiecto: nec includit̄ eſſentialiter in rōe ſui ſubiecti. ideo non predicat̄ de ipſo ſm rōeꝫ: ꝛ per hoc cognoſcit̄ differentia ſecundarū ſubſtantiarum ꝛ accidentiū reſpectu prie ſubſtātie: ſecunde enim ſubſtantie predicant̄ de ipſis vniuoce: accidentia vero denominatiue tm̄ ꝑ etiā cognoſci poteſt quid eſt eſſe in ſubiecto et quid dici de ſubiecto que in diffinitione prime ſubſtantie ponuntur. Contra predicta arguitur primo ſic ſubſtantie ſecunde ſubſtāt ſecundario accidentibus ſed ſubſtantie vl̄es non ſubſtant accidētibus cum accidens ſolū in īdiuiduis ſit ꝛ ſolū fluat a principiis indiuidui: ergo ſubſtantie vniuerſales non ſunt ſecunde ſubſtantie. Secundo ſic. ſubſtantie vniuerſales ſūt priores ꝑticularibus ꝛ ꝑ prius conuenit eis ratio ſubſtantie. ſ. per ſe ēe ꝙ indiuiduis ergo ſubſtantie vniuerſal' debent dici prime ꝛ non particulares.

Tercio ſic genus generaliſſimum dr̄ de ſubiecto. ſ. de ſuis īferioribus ꝛ tamē non predicatur ratione quia non habet diffinitioneꝫ: ergo non om̄e ſuꝑius predicatur nomine ꝛ ratione de inferiori.

Quarto ſic omnis forma dans eſſe alteri dat etiam nomē ſibi ꝛ predicatur nomine de ipſo: ſed accidens abſtractū eſt forma dās eſſe ſuo ſubiecto. ergo ſm nomē de ſubiecto predicatur. Quinto ſic de quocunqꝫ predicatur diffinitū predicatur ꝛ diffinitio: ergo ſi accidens concretum predicat̄ de ſubiecto. ergo ꝛ diffinitio eius. ꝛ per conſequēs predicat̄ nomine ꝛ ratione ſimul. Ad primuꝫ iſtorū dr̄ ꝙ licꝫ ſubſtātie vl̄es nō primo ꝛ ꝑ ſe ſubſtēt accidētibus: tñ ſubſtant ſe

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

cundario vt ſunt in primis ſubſtantiis ⁊ accidens conueniens primis ſubſtātiis etiam conuenit ex conſequenti ſecūdis ſubſtantiis que ſunt in primis. vt quia ſortes eſt albus ex conſequenti homo dicitur albus ⁊ animal ⁊ ſubſtancia.

Ad ſecundum dicit̃ ꝙ licet ſubſtantie vniuerſales ſint priores primis q̄ntum ad eſſe eſſentie ⁊ q̄ntuꝫ ad eſſe per ſe: tamen ſunt poſteriores q̄ntum ad actum ſubſtandi accidentibus. Ad tercium dicitur ꝙ licet genus generaliſſimum non habeat propriam diffinitionē quiditatiuaꝫ qua predicetur de ſuis inferioribus: tñ includitur eſſencialiter in ratione ſuorum inferiorū: ⁊ etiā diffinitio notificans eſſentiā eius cōuenit ipſis ideo predicat̃ noīe ⁊ ratione de ſuis inferioribus. Ad quartū dicit̃ ꝙ licet oīs forma deſignata ꝑ modū totius det nomē ſuo ſubiecto ⁊ predicetur nomine de ipſo non tamē forma deſignata per modum partis: cū illa non dicat totū eſſe ſubiecti. modo accidēs abſtractū deſignatur per modū partis. Ad quintuꝫ dicit̃ ꝙ licet diffinitio accidentis cōcreti predicet̃ de ſuo ſubiecto denoīatiue ſicut ipſuꝫ accidens non tñ predicat̃ eſſencialiter: ideo non predicat̃ rōe. diffinitio enī debet conuertibiliter ⁊ eſſencialiter ineſſe.

s Ecundaruꝫ ſubſtantiarum. Poſtq̄ autor determinauit de primis ſubſtantiis ⁊ ſecundis ſm ſeipſas diffiniendo ⁊ comparādo etiā eas adinuicē. hic conſequēter cōparat ſecundas inter ſe dicēs ꝙ ſecundarū ſubſtantiarū magis ſpecies eſt ſubſtantia q̄ genus. Cuius autor duas aſſignat rōes. Prima eſt quia ſecundarū ſubſtantiarū illa eſt magis ſubſtantia que eſt propīquior prime ſubſtantie: cū in omī analogia illud quod eſt propinquius primo ⁊ magis participat ratiōeꝫ analogi: ſed ſpēs eſt propinquior prime ſubſtantie q̄ genus: quia ordinat̃ inter ꝑmaꝫ ſubſtantiam ⁊ ſuū genus: ergo ſpēs eſt magis ſubſtantia q̄ genus. Secunda ratio eſt quia ſecundaruꝫ ſubſtantiarum illa eſt magis ſubſtātia que pluribus ſubſtat ſm diuerſos mōs ſubſtandi: ſꝫ ſpēs pluribus ſubſtat q̄ genꝰ: quia ſubſtat accidentibus generis ⁊ cū hoc ſubſtat ipſi generi ⁊ ſic ſubſtat vt ſubiectū accidentibꝰ ⁊ generi vt inferius ſuperiori: ideo ſpēs eſt magis ſubſtantia q̄ genus. Primo ſciendum ꝙ ſubſtantia vt viſū eſt dupliciter conſideratur. vno mō q̄ntuꝫ ad ſuū propriuꝫ eſſe quod eſt per ſe eſſe: ⁊ ſic ſumit̃ a ꝑ ſe eſſendo: ⁊ ſic vna ſubſtātia nūq̄ dicit̃ magis vel minus ſubſtantia q̄ alia. Secundo modo q̄ntum ad eſſe accidentale quo eſt in potentia ad ſubſtandum alteri ⁊ hoc mō vna ſubſtantia pōt eſſe magis ſubſtantia q̄ altera: ſed quia tale eſſe. ſ. in potētia ad ſubſtandū alteri non eſt proprium ſubſtantie. ſed ſubſeq̄tur ſuū proprium eſſe: ideo ipſa in ꝓpꝛio ſuo eſſe non intenditur nec remittitur. Ideo propter hoc non debet dici ſuſcipe magis ⁊ minus ſicut etiaꝫ dicetur in vna proprietate eius. Secundo ſciendum ꝙ ſpēm eſſe propinquiorē prime ſubſtantie dupliciter intelligi pōt. vno modo ꝙ ſit propinquior prime ſubſtantie q̄ntum ad eius eſſe ⁊ hoc modo ipſa non eſt ꝓpīquior q̄ genus quia in eſſe prime ſubſtantie genus ⁊ ſpēs idē ſunt eſſentialiter ⁊ ſub actu ſimul: ideo q̄ntum ad tale eſſe nō dicitur ſpēs prime ſubſtantie propinquior q̄ genus. Secundo modo poteſt intelligi ꝙ ſit ꝓpinq̄or prīe ſubſtātie q̄ntuꝫ ad mōs ſubſtandi aliis ⁊ hoc mō ſpēs ē ꝓpinq̄or prīe ſubſtātie q̄ genꝰ: q̄a genus hꝫ ēe indeīatū ⁊ cōfuſū: ſpēs vō hꝫ eſſe deīatū ꝑ drñaꝫ nō ſm numeꝝ ſꝫ ſm ſpēs prīa vō ſubſtātia hꝫ ēe deīatum ſm numeꝝ ⁊ ſic ſm iſtū modū eſſēdi ſpēs ē genere propinquior prime ſubſtātie: ⁊ etiā quia ſpecies ſubſtat accidentibus ⁊ etiam ſuis ſuperioribus. genus autem in q̄ntum genus non: ſed ſolum ſubſtat accidentibus ⁊ non ſuperioribus: ideo q̄ntum ad illud quod eſt ſubſtare aliis magis conuenit ſpecies cum prima ſubſtātia q̄ genus. Tercio ſciendum ꝙ omnes ſpecies ſpecialiſſime de genere ſubſtantie dicuntur equaliter ſubſtātie. Cuiꝰ ratio eſt quia ille ſubſtantie que equalit̃ appropinquant primis ſubſtantiis ⁊ eq̄liter habent ſubici ſuis accidentibus ſunt equaliter ſubſtātie: ſed omnes tales ſpecies ſpecialiſſime equaliter appropīquāt primis ſubſtantiis. quia omnes immediate diuiſione materiali deſcendunt ad indiuidua ⁊ ſic ſpecies ſpecialiſſime ſūt eq̄liter ſubſtantie. ⁊ licet in analogia mēbra ſubordinata inquantuꝫ ſūt ſubordinata inequaliter ſuſcipiant rationeꝫ analogi: tamen menbra non ſubordinata inter ſe que ſolū ſunt ſubordinata vni tercio poſſunt equaliter ſuſcipere rationeꝫ ſui ſuperioris. mō ſpecies ſpecialiſſime non ſunt ſubordinate interſe. ideo licet ſubſtantia ſit quoddā analogū tamen nō eſt incōueniēs ꝙ ſpecies ſpecialiſſime equaliter dicantur ſubſtantie. Quarto ſciënduꝫ ꝙ omnes prime ſubſtantie dicuntur equaliter ſubſtantie. vnde ſortes non eſt magis ſubſtantia q̄ plato vel ecōtra. Cuius ratio eſt quia ille equaliter dicuntur ſubſtantie que eque primo ſubſtant accidentibus. ſed omnes prime ſubſtantie eque primo ſubſtant accidentibus: ergo equaliter debent dici ſubſtantie. Et licet q̄ñq̄ꝫ vnū indiuiduū ſubſtet pluribus accidentibus q̄ aliud: tamē eque primo ſubſtāt. modo ſubſtantia non dicitur magis ſubſtantia propter numeꝝ illorū quibus ſubſtat: ſed ſm ꝙ habet plures modos ſubſtandi et perfectiores q̄ alia ſubſtantia.

Sed contra predicta arguitur primo ſic. omnis ſubſtantia eſt ens per ſe: ſed genus ⁊ ſpecies non ſunt entia per ſe: ſꝫ ſoluꝫ habent eſſe in alio. ſ. in prima ſubſtantia: ergo ſpecies ⁊ genus nō ſūt ſubſtantie: ⁊ ſic vnuꝫ nō eſt magis ſubſtantia q̄ aliud. Secundo ſic genus ſubſtat pluribus accidētibꝰ q̄ ſpecies: quia ſubſtat omnibus accidentibus plurium ſpecierū eius: ſpecies autem ſubſtat accidentibus vnius ſpeciei: ſicut aīal ſubſtat accidentibus oīm aīalium hō auteꝫ ſolū ſubſtat accidentibus hōis ergo genus eſt magis ſubſtātia q̄ ſpecies. ⁊ per conſequens male dicitur ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia q̄ genus. Tercio ſic genus per prius conuenit prime ſubſtātie q̄ ſpecies quia ſor. ſm naturaꝫ eſt prius animal q̄ ſit hō. ergo genus eſt propinquius prime ſubſtantie q̄ ſpēs ⁊ per conſequens male dicit̃ ꝙ ſpecies eſt ſibi propinquior. Quarto ſic genus et indiuiduū ī hoc conueniūt quia vtrūq̄ꝫ eſt indeterminatum ⁊ quodā mō īfinitū q: īdiuidua variant̃ ī infinitū ſm potētiaꝫ ⁊ etiā genꝰ hꝫ de ſe ēe cōfuſū: ergo genꝰ magis cōuenit cū pꝛīa ſubſtantia q̄ ſpēs. ergo eſt ſibi propinquius. Quinto ſic. vna ſpecies ſpecialiſſima ē ꝑfectior ſubſtantia q̄ alia ſpecies ſicut homo eſt perfectior ⁊ prior ceteris ſpeciebus aīalis. ergo vna ſpecies ſpetialiſſima eſt prior aliis. ⁊ per conſequēs non ſunt equaliter ſubſtantie ſicut dictum eſt. Ad primum dicitur ꝙ lꝫ ſpecies ⁊ genus ſint in aliquo ſicut ſuperius in ſuo inferiori: non tñ ſunt in alio ſicut accidens in ſubiecto ſuo. modo illud quod eſt in alio ſicut ſuperius in inferiori poteſt eſſe ens per ſe quando ſuuꝫ inferius eſt ſubſtantia: quia per vnū et idem eſſe ſunt inferius et ſuperius in ipſo inferiori. vnde cum ſubſtantia dicitur ens per ſe ibi per ſe non dicit negationeꝫ cuiuſlibet cauſe a qua ſubſtantia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

habeat eſſe. ſed ſolum dicit negationem alicuius entis cõpleti quod ſit cauſa materialis in qua per cuius exiſtentiaꝫ ſubſtantia habeat eſſe. Ad ſecunduꝫ dr̃ ꝙ licet genus quantũ ad numeꝝ accidentium pluribus ſubſtet ꝙ̃ ſpecies non tñ pluribus ſubſtat q̃tuꝫ ad plures modos ſubſtandi aliis ꝙ̃ ſpecies: quia ſpẽs ſubſtat alteri vt ſubiectum accidentibus ⁊ alteri vt inferius ſuperiori. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licet genus quantũ ad viaꝫ generationis prius concurrat ad eſſe p̄me ſubſtantie ꝙ̃ ſpecies: non tamen eſt propinquius prime ſubſtantie q̃tuꝫ ad moduꝫ eſſendi eius: nec etiam q̃tuꝫ ad modum ſubſtãdi aliis: ſed illo modo ſpẽs eſt propinquior prime ſubſtantie vt dictuꝫ eſt. Ad quartum dicitur ꝙ licet indiuiduuꝫ ſ.t indeterminatũ q̃tum ad conditiones accidentales eius que variantur in infinituꝫ. tamen q̃tum ad eſſe ſubſtantiale eſt determinatũ: cum illud eſſe ſit tantuꝫ vnũ in numero. genus autem nõ eſt hoc modo determinatum.

Ad quintũ dicitur ꝙ licet vna ſpẽs ſit perfectior aliis q̃tum ad graduꝫ perfectionis ſue nature ⁊ ſecundum hoc dicatur prior ⁊ perfectior aliis ſpeciebus. tamen quantuꝫ ad moduꝫ ſuſtandi ſuis accidentibus vna nõ eſt perfectior aliis ſed hoc modo omnes ſpecies ſpecialiſſime de genere ſubſtantie dicuntur eq̃liter ſubſtantie.

C Ommune eſt omni ſubſtantie. Poſtꝙ̃ autor determinauit de ſubſtantia ſecundum ſe ⁊ quantum ad eſſe ſubſtantiale eius. hic conſequenter determinat de ꝓprietatibus eius quia eſſe ſubſtantiale rei debet precedere proprietatem eius cum tale eſſe ſit cauſa illarum proprietatũ. primo ponens iſtã proprietatẽ ꝙ cõmune eſt omni ſubſtãtie in ſubiecto nõ eſſe. Ei iſtius proprietatis ratõ eſt quia nullum ens per ſe eſt in ſubiecto per cuiꝰ eſſe ſubſtet: quia tunc nõ eſſet ens per ſe ſed ens in alio. vnde eſſe in alio ſoluꝫ cõuenit accidentibus: ſed omnis ſubſtãtia eſt ens per ſe cum hec ſit diffinitio eius. ideo conuenit omni ſubſtantie in ſubiecto non eſſe. Primo ſciendum ꝙ̃ per id quod dicitur. commune eſt omni ſubſtantie in ſubiecto non eſſe non intelligit pura negatio ſed iſta negatõ fundatur in affirmatione ⁊ dat intelligere vnam affirmatiuam ſcilicet ꝙ propriuꝫ eſt ſubſtãtie eſſe per ſe ⁊ nõ eſſe in ſubiecto. vñ in tali eſſe duo ſunt ſm̃ rationem. ſ. eſſe per ſe q̃ eſt modus eſſẽdi ſubſtãtie: ⁊ negatõ modi accidentis qui modus eſt eſſe in alio: ⁊ licet eſſe per ſe non ſit proprietas ſubſtantie: quia non conſequitur ſuum eſſe completum: ſed eſt ipſum eſſe: tamen negatio modi eſſendi accidentis bene ponitur proprietas ſubſtantie quia conſequit̃ rationem ſubſtantie licet non diſtinguat̃ realiter a tali eſſe ⁊ per hoc patet ꝙ iſta proprietas nõ conuenit chymere nec entibus rõnis. quia licet non ſint in ſubiecto tñ non habent eſſe quod preſuppoſitũ in iſta proprietate. Secundo ſciendũ ꝙ iſta proprietas cõuenit taꝫ primis ſubſtantiis ꝙ̃ ſecundis. de primis patet per ſuã diffinitionẽ ⁊ de ſecundis per inductionẽ ⁊ ſillogiſmũ. in textu que probatio ſatis clara eſt. Aliter etiaꝫ probat̃ q: eſſe in ſubiecto vt accidẽs non eſt eſſe in alio tamꝙ̃ forma adueniens ſibi poſt eiꝰ eſſe completũ. ſꝫ ſecunde ſubſtantie non adueniũt primis poſt eſſe earũ completũ cũ ſint cãe formales dantes eſſe primis ſubſtantiis: ideo ſecũde ſubſtãtie nõ ſũt in ſubiecto. Tercio ſcienduꝫ ꝙ ſubſtãtia dupliciter accipitur. vno mõ generaliter pro õi illo quod iportat naturam vel eſſentiã de genere ſubſtãtie: ⁊ hoc modo ſubſtantia cõprehendit ões ſubſtantias cõpletas ⁊ drñas ſubſtantiales: ⁊ ſi hoc modo ſumat̃ ſubſtantia ſic iſta ꝓprietas eſt ſubſtantie ꝓpria quarto mõ. Alio mõ capitur ſubſtantia ſpecialit̃ pro ſubſtãtia completa ſolũ que eſt ſubſtãtia ſecundũ rem et modũ ſimul. per hoc qð importat ſubſtãtie eſſentiã ⁊ ꝓpriuꝫ moduꝫ eſſendi eius: et ſic ſubſtãtia cõtinet ſubſtãtias perfectas q̃ ponunt̃ in recta linea p̄dicamentali: ⁊ hoc modo hec proprietas eſt ꝓpria ſecũdo mõ ſubſtantie quia conuenit omni ⁊ non ſoli q: cõuenit differẽtiis ſubſtãtie que nõ ſunt ſubſtantie hoc mõ

⁊ in ſuis inferioribus conueniunt in ea
dem ſpē ſpecialiſſima: ⁊ q̄nqꝫ in eodem
indiuiduo. ſ. quādo vna q̄litas prio hꝫ
eſſe paſſionis ⁊ per radicatōem in ſub-
iecto efficit̄ paſſibilis qualitas. Ad
quintum dꝛ ꝙ licꝫ albedo ⁊ alij colores
nō agant corporaliter nec inferant paſſi
ōēꝫ corporalē viſui tn̄ ſibi inferūt paſſio
nem ſpūalēꝫ ⁊ perfectiuāꝫ ⁊ agunt in ip
ſum intentionaliter: ⁊ in hoc differūt ab
alijs obiectis ſenſuūꝫ que agunt corpa
liter in ſenſum vt qualitates tangibiles
in actum.

Forma ⁊ circa hoc aliquid

f Poſtꝙ̄ autor detiauit de tercia
ſpē qualitatis. hic conſequēter
determinat de quarta que eſt forma et
circa hoc aliquid cōſtans figura. ⁊ ratō
eſt qꝛ poſt naturalēꝫ potentiāꝫ oportuit
ponere terciāꝫ ſpēm qualitatis ſub qua
continent̄ obiecta naturaliūꝫ potentiaꝝ
q̄ eſt paſſio ⁊ paſſibilis q̄litas. iō opor-
tuit hanc ſpēꝫ poni vltiāꝫ: ⁊ etiam ꝓpter
hoc qꝛ qualitates triū ſpēꝝ precedentiū
ſe tenēt ex parte forme: hec aūt ex parte
materie: ⁊ qꝛ qualitas a toto genere inſe
quitur ſubſtantiā gracia forme. ideo alie
qualitates que ſe tenēt ex parte forme ꝑ
fectius hn̄t rōēꝫ forme qualitatis ꝙ̄ for
ma ⁊ figura. iō hec ſpēs cōuenienter in lo
co vltimo ordinat̄. Primo ſciendū ꝙ
forma et figura inter ſe cōueniunt ⁊ drn̄t
in hoc. n. conueniūt ꝙ dicūt eandēꝫ ſpēꝫ
qualitat̄ſ. ſ. qualitatē que eſt tiatio quan
titatis in ſubiecto. primo eniꝫ termīat q̄n
titatēꝫ ⁊ ꝑ quantitatē ſubiectūꝫ eiꝰ. Sed
drn̄t in hoc qꝛ talis tiatio quantitat̄ſ pōt
cōparari ad formā ſubſtantie in qua eſt
⁊ ad quantitatē quāꝫ īmediate terminat
⁊ ſecundū comparatōēꝫ eiꝰ ad foīāꝫ quā
termīat dꝛ forma: qꝛ ipſa cātur circa quā
titatēꝫ ſm exigentiā illius forme. ⁊ ꝑ com
paratōēꝫ ad quantitatē quāꝫ termīat dꝛ
figura. Unde actꝰ forme eſt cōtinere illa
que ſunt ad intra. ⁊ actus figure eſt depi
gi ad ex̄ ſm exigentiā terminatōis quāti
tatis. Ex quo pꝫ ꝙ forma ⁊ figura cūꝫ di
cāt eandēꝫ eſſentiā conueniēter ponunt̄
vna ſpēs qualitat̄ſ. et bn̄ coniungunt̄ per
coniunctōēꝫ copulatiuāꝫ. ⁊ qꝛ drn̄t rōne:
iō ad oſtendendū illāꝫ diuerſitatē conue
niēter duobus nōibus noīantur meliꝰ ꝙ̄
nominarent̄ vno noīe tm̄. Secūdo ſci
endum ꝙ forma pōt capi dupliciter. vno
mō ꝑ quacūqꝫ eſſentia dāte aliquod ēe
foīale ⁊ ſic eſt quoddā ſuperius ad om̄s
formas eſſentiales ⁊ accn̄tales ⁊ hoc mō
non capit̄ hic. Alio mō capitur ſpāliter ꝑ
figura tiatiua quantitat̄ſ ⁊ ſic accipit̄ in ꝓ
poſito. ⁊ talis q̄litas terminās quātitatēꝫ
maḡſ dꝛ forma ꝙ̄ quecūqꝫ alia ſpēs qua
litatis ꝓpter hoc ꝙ in ſpēbus nature illa
figura conſequit̄ formā eſſentialēꝫ ſpēi ⁊
eſt figuratiua ⁊ notificatiua illius forme
ſubſtātialis. ſicut cognoſcimꝰ formā hoīs
vel aſini ꝑ figuram eius ⁊ diſtinguimus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ſpecies corpoꝝ ab inuiceꝫ per taleꝫ figu
ram. vnde quecũqꝫ differunt ſpecie: dif
ferunt etiaꝫ figura ⁊ forma. ⁊ que in ſpẽ
conueniunt eodeꝫ mõ figurantur: vt hõ
in omnibus ſuis indiuiduis hꝫ formaꝫ
erectam ſurſum ⁊ quodammõ ſimileꝫ fi
guraꝫ in capite manibus ⁊ pedibus et a
liis menbris. Tercio ſciendum ꝙ fi-
gura poteſt accipi dupliciter. vno modo
pro quantitate figurata vel terminata
⁊ ſic eſt quãtitas ⁊ hoc mõ non capitur
hic. Alio mõ capitur formaliter pro for
matione vel figuratione quantitatis. vt
ſunt triãgulus quadrãgulꝰ: ⁊ ſic figura
eſt qualitas circa quantitateꝫ poſita: et
ſic capit̃ hic. ⁊ qꝛ eſt qualitas circa hoc
aliquid. i. circa indiuiduuꝫ completum
de genere ſubſtantie: Ideo talis forma
vel figura quantitateꝫ terminãs eſt con
ſtans circa hoc aliquid. Quarto ſciẽ
dum ꝙ ſub hac ſpecie generaliter ponũ
tur oĩes figure corporales ⁊ ſuperficia
les quarũ alique ſunt figure naturales
que cauſantur a natura ⁊ a formis natu
ralibus corporuꝫ in quibus ſunt vt bi-
pedalis in hoĩe ⁊ quadrupedalis in eq̊
⁊ ſic de aliis. Alie vero ſunt artificiales
que cauſantur ab arte vt eſt figura do-
mus cathedre vel ſcanni. vnde oĩa arti
ficialia ſub hac ſpẽ ponuntur. etiam ſub
ipſa continentur paſſiones linee vt ſunt
rectuꝫ curuuꝫ languꝫ ⁊ breue. et alique
paſſiones numeri que ſibi conueniunt
per ſimilitudinẽ ad figuras corporales
vt quadratũ ⁊ bicubitum ⁊ ſic de multis
aliis. ⁊ per hoc patꝫ que ſit quarta ſpẽs
qualitatis: ⁊ que qualitates ſub ipſa po
nuntur. Contra predicta arguit̃ primo
ſic. nulluꝫ ſuperius ad qualitateꝫ eſt ſpe
cies qualitatis. ſꝫ forma eſt quoddaꝫ ſu
perius ad qualitateꝫ quia cõuenit om-
nibus accidentibus ergo non eſt ſpẽs
eius. Secundo ſic figura eſt quedaꝫ
quantitas que termino vel terminis
clauditur ergo non eſt ſpẽs qualitatis.

Tercio ſic. omnis. terminꝰ eſt eiuſdeꝫ
predicamenti cuꝫ ſuo terminato: ſicut dif
ferentia terminans genus eſt eiuſdem p̃
dicamenti cuꝫ ipſo. ſꝫ figura eſt terminus
quantitatis: ergo eſt de predicamẽto quã
titatis ⁊ non qualitatis. Quarto ſic. il
lud quod continet̃ ⁊ includitur infra hoc
aliquid non eſt circa hoc aliquid. ſed fi-
gura continet̃ infra hoc aliquid cuꝫ ſit in
eo vt in ſubiecto ergo non eſt cõſtans cir
ca hoc aliquid. Quinto ſic. forma do-
mus ⁊ figura eſt de iſta ſpẽ. et tñ non eſt
circa vnuꝫ indiuiduuꝫ ſꝫ conſtat in qua
dam multitudine lignoꝝ ⁊ lapiduꝫ: ergo
male dr̃ ꝙ hec q̃litas eſt figura cõſtans
circa hoc aliquid. Ad primum dr̃
ꝙ ſi capiatur forma pro omni illo quod
dat eſſe rei eſt quoddam ſuperiꝰ ad qua
litatem. Sed ſi capiatur pro qualitate q̄
dicit terminatõeꝫ quantitatis ſecundum
exigentiam forme ſubſtantialis nõ eſt ſu
perius ad qualitatem ⁊ hoc mõ ſolũ hic
accipitur. Ad ſecunduꝫ dicitur ꝙ licet
figura accepta materialiter ſit quãtitas:
non tñ figura formaliter accepta vt dictũ
eſt. Ad tercium dicitur ꝙ licꝫ terminꝰ
intrinſecus ⁊ eſſentialis ſit eiuſdeꝫ predi
camenti cuꝫ ſuo teriato: non tñ terminus
extrinſecus. modo forma vel figura eſt
terminus extrinſecus quantitatis: iõ non
ponitur in eodeꝫ predicamento cuꝫ ipſa.

Ad quartuꝫ dicitur ꝙ licet figura cõ
tineatur infra hoc aliquid. tamen hoc nõ
fit ſecundum profunditateꝫ ſed ſecundũ
ſuaꝫ ſuperficieꝫ que aliquo modo intrin
ſece circundat ipſuꝫ hoc aliquid: ideo bñ
dicitur conſtans circa ipſuꝫ. Ad quin
tum dicitur ꝙ licet forma domus ſit mul
titudo indiuiduoꝝ. ſ. lignoruꝫ ⁊ lapidum
tñ omnia indiuidua per aggregationem
⁊ ordinem illorum inter ſe ſe habent per
moduꝫ vniꝰ indiuidui ſuſcipiẽtis taleꝫ fi
guraꝫ: iõ illa figura eſt circa hoc aliquid.

Qualia vero dicunt̃. Poſt
ꝙ auctor determinauit de q̃litate
in comuni et quantum ad ſuas
ſpecies: Hic conſequẽter determinat de
quale qđ eſt denominatiuum eius: Et rõ
ordinis eſt. qꝛ qualitas dat formaliter eſ
ſe quale ⁊ eſt cauſa ipſius qualis. Ideo
prius diffinita eſt a poſteriori per quale
tamq̃ per ſuuꝫ effectuꝫ: ſꝫ qꝛ quale eſt ꝓ
pꝛiũ effectus ⁊ formalis ipſius qualitatſ
⁊ cauſa naturaliter precedit ſuum effectũ
ideo prius dictatum eſt de qualitate an-
teq̃ determinaret̃ de quali. Primo ſci
enduꝫ ꝙ qualitas ⁊ quale in hoc cõueni
unt ꝙ dicunt eandeꝫ eſſentiaꝫ qualitatis
⁊ ſic conueniũt in ſignificato: ſꝫ differunt
in hoc ꝙ q̃litas dicit illã eſſentiã ſm̃ ſe et
nõ ſm̃ inherẽtiaꝫ ad ſubiectũ. quale vero
iportat illaꝫ eſſentiã cuꝫ inherẽtia ad ſub
iectuꝫ. Et iõ differunt quale ⁊ qualitas ſi
cut cõcretum ⁊ abſtractum. ſic ꝙ qualitas
eſt abſtractuꝫ. quale vero eius concretuꝫ
⁊ qꝛ dicunt eandeꝫ eſſentiaꝫ iõ reponunt̃
in eodẽ predicamento. et ſic vt q̃litas eſt
vnuꝫ genus gñaliſſimuꝫ quod predicat̃
de ſuis inferioribus acceptis in abſtrac-
to ita etiaꝫ ⁊ quale eſt vnuꝫ genꝰ genera
liſſimuꝫ nõ diſtinctuꝫ a qualitate quod p̃
dicat̃ de ſuis inferioribus in concreto ac
ceptis. vt dicendo albuꝫ eſt quale nigruꝫ
eſt quale. Secundo ſcienduꝫ ꝙ cõcre
tuꝫ dupliciter conſideratur. vno mõ ſecũ
duꝫ reſpectuꝫ queꝫ hꝫ ad ſuuꝫ ſubiectuꝫ
⁊ ſm̃ taleꝫ reſpectũ non ordinatur in pre
dicamẽto ⁊ hoc mõ non eſt genꝰ nec ſpe
cies ſꝫ accidens. Alio mõ conſiderat̃ ſm̃
reſpectũ quem hꝫ ad ſua ſuperiora quo-
rum eſt ſpecies. et ad ſua inferiora quoꝝ
eſt genus: et ſm̃ taleꝫ reſpectuꝫ eſt ordĩa
bile ſm̃ ſub ⁊ ſupra et per ſe reponitur in
predicamento: vnde licet reſpiciat ſuum
ſubiectuꝫ tamen ille reſpectus ab eo non
tollit reſpectuꝫ eſſentialeꝫ ad ſua ſupiora
⁊ inferiora iõ non impedit ipm̃ p ſe repo
ni in predicamẽto. ⁊ licet cõnotet ſuuꝫ
ſubiectum eo ꝙ ſignificat formam cum
inherentia ad ſuum ſubiectum: tamen
non ſignificat ipſuꝫ de ſuo pꝛĩcipali ſig-
nificato qꝛ vt dicitur in predicamentis
phi album ſolam quantitatẽ ſignificat.
Et qꝛ vnumqđqꝫ reponitur in predica-
mento ſecunduꝫ ſuam eſſentiam quam
importat ⁊ concretuꝫ dicit ſolam eſſen-
tiam ſui abſtracti: ideo ponitur in eodeꝫ
predicamẽto cuꝫ ſuo abſtracto. Ter
cio ſciendum ꝙ quale ſic diffinit̃. Qua-
lia dicuntur q̄ ſecundum hec ab aliqua
qualitate denominatie dicũtur: vel que
dicuntur ab aliqua q̃litate non denoĩa-
tiue. In qua diffinitione loco generis
diffiniti ſub ĩtelligitur dicibilia: dicibile
enim habꝫ modũ generſ reſpectu oĩuꝫ
predicamẽtoꝝ. Deinde ponitur q̄ ſecũ-
dum hec denominatie dicuntur. ad de-
notandum q̃lia que ſecundũ veram de
nominatõem ab aliqua q̃litate dicũtur.
ſicut a gramatica gramaticus: a iuſticia
iuſtus que dicuntur denominatiue ſm̃
hec id eſt ſecundũ iſtas ſpẽs qualitatis
ſuperiꝰ poſitas. Deinde ponitur vel ab
aliqua q̃litate non denominatiue ad de
notanduꝫ qualia q̄ dicuntur a qualita-
te non ſecundum veram denoĩationem
ſicut ſtudioſus a virtute. Quarto ſci
endum ꝙ pluribus modis non dicitur
quale denominatie a qualitate. vno mõ
quando qualitas habꝫ imperfectũ eſſe
in ſuo ſubiecto. vt quando habet ẽe re-
miſſum in ſuo ſubiecto quod nõ ſufficit
denominare ſubiectum ſicut eſt calidi-
tas in aqua tepida. vel quãdo eſt ſolũ
in tranſitu ⁊ non ꝑmanet in ſubiecto vt
pallor ex timore. vel quando ineſt ſub-
iecto ſolum ſecundum partem que non
ſufficit denominare totuꝫ ſicut eſt albe-
do in dentibus ethiopis que non ſuffi-
cit denominare ipſum album. His tribꝰ
modis qui ſumunt̃ ex parte rei non ſu-

mitur quale a qualitate. Sed alio mō quale ſumitur a qualitate non denoīatiue ex parte vocis quando ſcilicet ipſū quale non habet denominationē ſcđm nominationeꝫ abſtracti: ſic ꝙ cōueniat cum ipſo in principio et differat in fine qđ tamen requiritur ad denoīationem et hoc contingit adhuc dupliciter. vno modo quando qualitati a qua ſumitur quale non eſt nomen impoſituꝫ vt curſor ⁊ pugillator quando dicunť a naturali potēcia currendi vel pugillādi dicūtur non đnominatiue qꝛ illi naturali potentie non eſt nomen impoſitum: ſed vt dicuntur abarte currendi vel pugillādi vt ſunt in prima ſpecie qualitatis bene dicuntur denominatiue. Alio modo qn̄ qualitati a qua ſumiť q̄le eſt nomen impoſitum ⁊ nomen qualis non ſumiť ſm nomē ſui abſtracti vt ſtudioſus dicitur a virtute. Et propter iſtos vltimos modos qualis ponitur vltima pars diffinitionis qualium. Contra predicta arguitur p̄io ſic in predicamēto q̄titatis non ponitur diffinitio concreti quātitatꝭ vel denomīatiui eius: ergo ſimiliter hic nō debet poni ſeu diffiniri denoīatiuuꝫ qualitatis. Secūdo ſic omē qđ diffinitur debet capi per moduꝫ vnius ſed quale hic non capitur per modum vniꝰ ſed pluriuꝫ cum ponatur in plurali numero: ergo male hic diffiniuntur qualia in plurali nūero. Tercio ſic. ſimile dicitur ab aliqua qualitate non denominatiue ergo ſibi conuenit hec diffinitio ⁊ tamen non eſt quale. ſed ad aliquid: ergo iſta diffinitio non conuenit ſoli diffinito. Quarto ſic. nlla bona diffinitio debet dari per diſiunctionē qꝛ diſiūctio non ſignificat aliquid detiate ſꝫ ſignificat vnuꝫ ꝑ diſiunctōeꝫ ad aliud. mō diffinitio debet dicere detiate eſſe diffiniti ſꝫ iſta diffinitio datur per diſiunctioneꝫ ergo nō eſt bona. Quinto ſic. omne quale ſumitur ab aliqua qualitate et illa qualitas eſt natura denoīans ⁊ quale eſt denoīatiuuꝫ eiꝰ. ğ nulluꝫ quale ſumiť ab aliqua qualitate non denoīatiue. Ad primuꝫ dicitur ꝙ licet in quantitate ſint duo denominatiua. ſ. quantuꝫ ⁊ quotum tamen vtrūqꝫ illoruꝫ ſemꝑ dicitur codeꝫ mō denoīatiue a quantitate. ſꝫ quale nō ſemꝑ dicitur codeꝫ modo a qualitate ſꝫ quandoqꝫ denominatiue ⁊ quādoqꝫ nō. Ideo ad oſtendenduꝫ hanc diuerſitateꝫ qualiuꝫ magis hic oportet determinare de quali q̄ de cōcreto quātitatis: Ad ſecundum dicitur ꝙ licet quale non ſumatur hic per modum vnius in numero ſed plurium: tamen ſumitur per modum vnius in genere. ⁊ hoc ſufficit ad hoc qđ diffiniatur. tamen hic ponitur in plurali numero ad denotanduꝫ pluralitatē qualium quorum aliqua dicuntur a qualitate denominatiue ⁊ aliqua non. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licꝫ ſimile dicatur effectiue ab aliqua qualitate: non tamē dicitur formaliter ab aliqua et hoc modo intelligiť ꝙ quale dicitur a qualitate. Ad quartum dicitur ꝙ licet nulla diffinitio ſecundum ſe tota debeat dari per diſiunctionē quia nihil determinate notificaret tamē poteſt dari per diſiunctionem quantum ad aliquas partes eius propter diuerſitatem aliquam inferiorum diffiniti. et ſic eſt in iſta in qua ponitur determinate illa pars qualia dicuntur que dicuntur ab aliqua qualitate denoīatiue. et ponitur diſiunctio inter iſtas partes denominatiue vel non denomīatiue propter diuerſos modos qualiuꝫ. Ad quintum dicitur q̄ licet omne quale ſumatur a qualitate ſm rem non tamen ſm rem ⁊ voceꝫ ſimul in aliquibus vt dictum eſt. Ideo aliqua dicuntur non denominatiue.

c Ontrarietas eſt in qualitatibus. Poſtq̄ autor determinauit de qualitate ⁊ quali quātuꝫ ad ſuuꝫ eſſe eſſentiale. Hic conſequenter aſſignat tres proprietates eiꝰ. In quaruꝫ prima diciť ꝙ in qualitatibus reperitur contrarietas. Cuius ratō eſt quia omnes forme repugnantes que ſe mutuo expellunt ab codeꝫ ſubiecto inter ſe contrariātur. ſed alique qualitates inter ſe repugnāt reſpectu ſubiecti vnius a quo mutuo ſe expellunt ſicut virtus ⁊ viciuꝫ repugnant ad inuicem reſpectu eiuſdē ſubiecti: ⁊ iuſticia ⁊ iniuſticia ⁊ multe alie de prīa ſpecie qualitatis: ⁊ multe q̄litates de tercia ſpecie qualitatis vt caliduꝫ ⁊ frigidū humidum ⁊ ſiccum. et qulitates ſecunde que cauſantur ab iſtis qualitatibus primis vt graue et leue album nigrum et ſic de mltis alijs qualitatibꝰ ğ cōtrarietas in eſt qualitatī. Primo ſciendū ꝙ contrarietas qualitatū dupliciter ſumitur. Vno modo communiter pro repugnancia quarumqꝫ qualitatū que ſe expellunt ab eodem ſubiecto propter repugnantiam q̄m habent ad inuiceꝫ ⁊ ſic reperitur contrarietas in qualitatibus prime ſpecie ⁊ etiā tercie. Alio modo ſumitur proprie ꝓ repugnantia qualitatuꝫ paſſiuarum ⁊ actiuarum que per actioneꝫ phiſicam et ꝓprie ſe expellunt ab eodem ſubiecto. ſicut caliduꝫ ⁊ frigiduꝫ ab codeꝫ corpore ⁊ hoc modo ſolum reperitur contrarietas inter qualitates tercie ſpeciei. ille eniꝫ ſole proprie ſūt actiue ⁊ paſſiue. Sed hic primo modo ſumitur contrarietas. ⁊ non conuenit qualitatibus ſecunde ſpeciei q̄a contraria ſucceſſiue ſunt eodem ſubiecto qđ non conuenit naturali potentie vel impotencie qꝛ ſi ſubiectuꝫ ſit naturaliter potēs ad vnam operationeꝫ non poteſt eſſe naturaliter impotens ad ipſam. Similiter etiam multe qualitates quarte ſpēi non contrariantť ſicut triangulus ⁊ quadrangulus ⁊ ſic de multis alis. et ꝑ hoc patet ꝙ habere contrariuꝫ non conuenit omni qualitati. nec etiam ſoli cum conueniat actioni ⁊ paſſioni. ⁊ ſic non eſt ſibi propriuꝫ aliquo modo proprij: ſed ē q̄daꝫ cōitas in qua conueniūt plures ſpecies qualitatis. Secundo ſciendum ꝙ ſi vnuꝫ contrarioꝝ fuerit quale reliquū erit quale. Cuius ratio eſt qꝛ contraria ſub codeꝫ genere poſita ſunt. ſed quale eſt vnum genus ergo ſi vnum contrariorū fuerit quale ⁊ de genere qualitatis reliquum erit quale ⁊ in genere qualitatis. vt ſi iuſtum ſit quale. iniuſtum erit qualē. ⁊ lꝫ cōtraria ſm ſuas forās ſpecificas habeāt repugnantiā ⁊ non cōueniant in vna forma ſpecifica: tamen nō habent repugnantiam ſm formam ſui generis. ſꝫ illa ſemꝑ in genere conueniunt ratione cuius ſemꝑ requirunt idem ſubiectum quod eſt proporcionatuꝫ forme ſui generis. Ideo ſi vnum contrarioruꝫ fuerit quale reliquū erit quale. et ſi vnū fuerit qualitas reliquum erit qualitas ⁊ ſicut due ſpecies ſub eodem genere.

Tercio ſciendum q̄ ſecunda proprietas qualitatis eſt ꝙ qualitas ſuſcipit magis ⁊ minus. et ratio eſt quia alique qualitates ſecundum ſuum eſſe proprium intenduntur et remittuntur ⁊ magis ⁊ minus perficiuntur ſm ſuum propriuꝫ eſſe quod habent in ſubiecto vt qualitates prime ſpeciei intēduntur et remittuntur ſm maiorē ⁊ minoreꝫ radicatōeꝫ in ſubiecto vt virtus ⁊ ſcientia et multe alie et qualitates de tercia ſpē intendūtur ⁊ remittuntur ſm permixtioneꝫ contrarij cum contrario vt calidum dicitur magis vel minus calidum ſecundum ꝙ magis et minus miſcetur cum frigido ⁊ alique qualitates quarte ſpeciei intenduntur ⁊ remittuntur licet pauce intendantur et remittantur ſicut rectum non poteſt eſſe magis aut minus. ſed curuū poteſt ſuſcipere magis et minus. ⁊ ſic ſuſcipere magis et minus non conuenit omni qualitati nec etiam ſoli vt dictum

de precedenti coitate et non eſt hic in-
telligendum ꝙ qualitas ſm ſuam eſſen
tiaȝ ⁊ in abſtracto ſuſcipiat magis ⁊ mi
nus ſed ſm eſſe quod habet in ſubiecto
et in concreto. Quarto ſciendum ꝙ
tercia proprietas qualitatis eſt. Propri
um eſt qualitati ſm eam ſimile vel diſſi
mile dici. Cuiꝰ ratio eſt quia ſimilitudo
eſt rerum differentium eadem qualitas
ſȝ nō in numero qꝛ idē accñs in nume-
nō pōt eſſe in diuerſis ſubiectiſ. nec ſuffi
cit ꝙ ſit eadē q̄litas in gñe. qꝛ ſi ſic albū
⁊ nigrū eſſent ſimilia. ſed requirit̄ ꝙ ſit
eadem qualitas in ſpecie ſpecialiſſima
Et diſſimilitudo eſt rerum differentium
diuerſa qualitas in ſpecie. ſicut album ⁊
nigruȝ dicuntur diſſimilia. ergo ſimile et
diſſimile dicuntur ſm qualitatem. capi-
endo ſm vt dicit circumſtantiam cauſe
efficientis ⁊ non formalis. ⁊ hoc conuēit
omni qualitati et ſoli et ſemper vt patet
inductiue. per exempla etiam ꝓbari poſ
ſet ergo iſta proprietas eſt ſibi propria
quarto modo. Sed contra predicta
arguitur primo ſic omnia contraria ſub
eodem genere ponuntur. ſed qualitas
non ponitur ſub aliquo genere cum ſit
genus generaliſſimuȝ ergo qualitas nō
habet contrarium. Secundo ſic
medium contrarioruȝ vtriqȝ contrariat̄
cuȝ poſſit fieri motus ab illo ad vtrum
que extremorum. vt de rubeo ad album
et ad nigrum ergo male dicitur in textu
ꝙ nullus medius color habet contrariū
Tercio ſic contraria inter ſe maxie
ab inuicem diſtant ergo non conueniūt
genere. ergo ſi vnuȝ contrarioruȝ fuerit
quale aliud non pōt ēe quale. Quar
to ſic vna albedo non eſt magis albedo
q̄ꝫ alia nec nigredo eſt magis qualitas
q̄ꝫ albedo et ſic de omnibus alijs quali
tatibus ergo nulla qualitas ſuſcipit ma
gis ⁊ minus. Quinto ſic ſpecies eſt
tota ſimilitudo omniuȝ ſuorum indiui-
duorum. ergo indiuidua eiuſdem ſpeciei
ſubſtantie dicuntur ſimilia per formam
ſue ſpēi: ergo nō cōuenit ſoli qualitati ſm
eam ſimile vel diſſimile dici. Ad pri-
muȝ dicitur ꝙ licȝ qualitas accepta in cō
muni et in genere nō ponatur ſub aliquo
genere neqȝ illo modo habeat contrariū
tamen vt eſt in ſuis ſpeciebus quarū ali
que inter ſe contrariantur bene habet cō
trarium ⁊ ponitur ſub genere. Ad ſe-
cundum dicitur ꝙ ſi mediuȝ contrarioruȝ
conſideretur vt medium ſic non habȝ cō
trariuȝ quia non maxime diſtat ab extre
mis: ſed ſi conſideret̄ inq̄ntuȝ eſt ꝑticipi
atiuuȝ vtriuſqȝ extremorū ſic cōtrariatur
vtriſqȝ extremoruȝ licet contrarietate im
perfecta: vt rubeum inquātum importat
aliquid de nigro contrariatur albo et in-
quātum habet aliquid de albo contraria
tur nigro. ſed primo mō itelligitur hic ꝙ
media non contrariantur extremis.

Ad tercium dicitur ꝙ licet contraria
maxime diſtent ſub eodeȝ genere: non tñ
maxime diſtant ſimpliciter. Ideo ſi vnū
eſt quale aliud poteſt bene eſſe quale.

Ad quartum dicitur ꝙ licet albedo ⁊
alie qualitates in abſtracto non ſuſcipiūt
magis et minus: tamē bene ſuſcipiunt in
concreto vt album dr̄ magis ⁊ minus al
buȝ. Ad quintuȝ dr̄ ꝙ licet ſpecies ſit
ſimilitudo eſſentialis ſuoꝝ indiuiduorū
que proprie nō eſt ſimlititudo ſȝ magi ꝓ
prie dicitur idēptitas. tamē non eſt ſimili
tudo accidentalis que proprie eſt ſimili-
tudo de qua hic itelligitur. iō indiuidua
ſubſtantie non dicunt̄ ꝑ ſuaȝ ſpēȝ ſimilia
ſimilitudine accidentali: ſed hoc ſolum
conuenit qualitatibus.

Capitulum: Actionis.

[a]Ctio eſt ſecundū quā
Poſtq̄ꝫ autor determinauit
de quatuor predicamētis
principalibus in quibus re
periuntur quatuor ſimplices modi predi
candi. ſ. de ſubſtantia quātitate ad aliq̄d
⁊ qualitate. Hic conſequēter determinat
de alijs predicamētis minus principalibꝰ
quorum modi predicandi fundantur in
modis ꝑdicandi precedentium. ⁊ qꝛ ac-
tio immediate cauſatur a qualitate quia
procedit a ſubſtantia mediante naturali
potentia. ⁊ paſſio immediate cauſatur ab
actōne. Ideo cōuenienter auctor poſt q̄
litateȝ ⁊ ante paſſionȝ determinat de ac-
tōe ipaȝ primo ſic diffiniēs. Actio eſt ſm
quaȝ in id qđ ſubicitur agere dicimur vt
ſecūduȝ ſectionē dicimur ſecare Pri
mo ſciènduȝ ꝙ in hac diffinitiōe loco ge
neris diffiniti ſubintelligitur forma acci
dentalis et aliquo modo datur intelligi
per hoc relatiuum quaȝ. ⁊ totum reſidu-
um ponitur ad differentiaȝ oīm aliorum
predicamentoꝝ. ⁊ dicit̄ ſecundum quam
agere dicimur. ita ꝙ ſecūduȝ dicit circū-
ſtantiam cauſe formalis ⁊ non cauſe effi
cientis qꝛ ſecunduȝ q̄litatem vel formaȝ
ſubſtantialē bene dicimur agere effectiue
⁊ debet intelligi dicimur. ſ. nos ſubſtan-
tie ⁊ non ſoluȝ nos hoīes in ſpē dicimur
agere ⁊ licet actio et agere realiter idem
ſint ſicut qualitas ⁊ quale tamē differunt
ſicut abſtractuȝ ⁊ concretum: Ideo actio
diffinitur per agere tanq̄ꝫ per ſuuȝ effectū
nobis notiorē ipſa actione. vltimo ponit̄
in id qđ ſubicitur: id eſt in ipſum paciēs.
actio enim agentis ſemper fit in patiens
diſpoſitum. Secūdo ſciènduȝ ꝙ ac-
tio dupliciter accipitur. vno modo ſpeci-
aliter vt diſtinguitur contra factionem: a
qua differt hoc modo qꝛ actio importat
actionem q̄ non tranſit in rem operatam
ſicut eſt equitare nauigare intelligere. ſȝ
factio nominat operationem que tranſit
in rem operatā. vbi. ſ. preter operationeȝ
eſt res operata vt ſūt domificatio frene-
factio ⁊c. Alio modo accipitur actio ge-
neraliter vt ſe extēdit ad actōnem ⁊ fac-
tionem ꝓprie captaȝ ⁊ iſto modo ſumitur
in hac diffinitione. Tertio ſciènduȝ
ꝙ proprie proprium eſt actioni ex ſe in
ferre paſſionem. Et ratio eſt quia actio
eſt proceſſus v̄tutis agentis per effectū
ab agente in patiens vt calefactio que
fit ab agente eſt proceſſus caloris ignis
per ſuum effectuȝ in id quod calefit.
Paſſio vero eſt receptio forme procedē
tis ab agente in patiens vt receptio ca-
loris in id quod qualefit vocat̄ paſſio
Sed talis receptio cauſatur a fluxu for
me ab agente: ergo conuenit actioni ex
ſe inferre paſſioneȝ. et qꝛ hoc conuenit
omni actioni: ⁊ ſoli ⁊ ſemper. ideo dicit̄
ſibi proprie proprium. licet qualitas ali
qua inferat paſſionem hoc tamen non
eſt ex ſe ipſa immediate ſed mediāte ac
tione. Quarto ſciendum ꝙ ipſius ac
tionis ⁊ etiam paſſionis ſunt due cōmu
nitates: quaꝝ prima eſt ꝙ actio ⁊ paſſio
recipiunt contrarietatem. ratio eſt quia
alique actiones immediate cauſantur a
qualitatibus contrarijs: ⁊ etiaȝ immedi
ate cauſant qualitates contrarias: vt ca
lefacere et frigefacere imediate cauſant̄
a calore ⁊ frigore: et immediate cauſant
caliditatem ⁊ frigiditatem. ergo alique
actiones inter ſe contrariant̄. Et eadem
rōe alique paſſiones: vt calefieri ⁊ frige
fieri. Alia cōitas eſt ꝙ actio ⁊ paſſio ſu
ſcipiūt magis ⁊ minus. Ratio eſt quia
alique actiones et paſſiones cauſantur
a qualitatibus: que in agendo q̄nqȝ in-
tenduntur ⁊ remittunt̄. ideo actiones q̄
fiunt ex ipſis ⁊ etiaȝ paſſiones intendū
tur ⁊ remittuntur vt calefacere intendit̄
per intēſioneȝ caloris calefacientis. Et
dicuntur beñ iſte due cōitates: qꝛ nulla
illaruȝ cōuenit omni actioni vel paſſio-
ni: nec etiaȝ ſoli: cū conueniat primo ali
quibus qualitatibus. ſed in iſtis cōmu-
nitatibus conueniunt multe ſpecies ac
tionis ⁊ paſſionis. Contra predicta
arguitur primo ſic ſecunduȝ ſecuruȝ di-

cimur agere in id quod ſecatur: ⁊ tamen ſecuris non eſt actio ergo iſta diffinitio conuenit alijs a diffinito. Secundo ſic creatio eſt actio: ⁊ tñ non fit in id qđ ſubicitur: quia in creatõe nihil preſupponitur tanꝙ̃ ſubiectum: ſed res ſm ſe tota ſimul producitur. ergo male dicitur ꝙ̃ actio fit in id quod ſubicitur. Tercio ſic omne principiuꝫ precedit principiatuꝫ. ſed actio non precedit paſſioneꝫ cuꝫ ſimul fiant actio ⁊ paſſio. vt calefacere ⁊ calefieri. ergo non conuenit actõi ex ſe inferre paſſionẽ Quarto ſic cõtraria ſunt forme actiue ⁊ paſſiue inter ſe. ſed due actiones nunꝙ̃ ſunt actiue: quia ſi ſic mediante actione agerent et ſic actioni conueniret alia actio ⁊ eſſet ꝓceſſus in infinituꝫ: qđ eſt inconueniens ergo actio non hꝫ contrariũ. Quĩto ſic nulla forma ſimplex ſuſcipit magis ⁊ minus. cuꝫ forma ſit compoſitõi contingens ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia conſiſtens. illud enim quod eſt inuariabile non intenditur nec remittitur. ſꝫ omnis actio ⁊ etiam paſſio eſt forma ſimplex: ergo actio ⁊ paſſio nõ ſuſcipiunt magis et minus. Ad primuꝫ dr̃ ꝙ licet ſecũduꝫ ſecuriꝫ dicamur agere effectiue ⁊ inſtrumentaliter nõ tñ formaliter ſicut de actione intelligitur. Ad ſecunduꝫ dr̃ ꝙ lꝫ creatio ſit actio ſm moduꝫ: non tñ eſt actio ſm rem: que ſit de predicamento actionis. eo ꝙ ipſa non eſt accidens a creatura diſtinctũ. nec eſt ens limitatũ ad aliqđ certuꝫ genꝰ ſicut neqꝫ ꝓ̃ma cauſe. ⁊ hoc intelligendo de creatione actiua: quia creatio paſſiua eſt accidens creature ⁊ in genere relatiõis. Ad tercium dicitur ꝙ licet actio ſit ſimul tempoꝛ cuꝫ paſſione: tamen ſm naturaꝫ actio ꝓ̃cedit paſſioneꝫ: quia cauſa ſm naturam precedit effectuꝫ. Ad quartuꝫ dicit̃ ꝙ licet contraria que primo ⁊ per ſe contrariantur ſint forme actiue ⁊ paſſiue: vt ſunt qualitates contrarie. tamẽ non oportet de his que ſoluꝫ ex conſequenti contrariantur et per aliud. et hoc modo ſolũ actiones contrariantur: ſ. per qualitates quas inferunt vel a quibus inferuntur.

Ad quintum dicitur ꝙ licet omnis forma ſit inuariabilis ſecunduꝫ ſuam eſſentiam et in abſtracto et ſic non ſuſcipit magis ⁊ minus. tamen aliqua eſt variabilis ſecunduꝫ eſſe ĩ ſubiecto vt deſignat in concreto. et hoc modo actio et paſſio ſuſcipiunt magis et minis.

Capitulum: Paſſionis.

P Aſſio eſt effectus. Poſtꝙ̃ auctor determinauit de actione que eſt cauſa paſſiõis. hic conſequenter determinat de paſſione q̃ eſt effectꝰ propinquus actionis ipſam primo ſic diffiniens. Paſſio eſt effectus illatõqꝫ actõis vt calefieri efficitur ⁊ infertur a calefacere. In qua diffinitione ponitur effectus loco generis. effectus enim conuenit generalr̃ omibus entibus creatis que ponuntur in predicamento. Deinde ponitur illatio ad differentiam effectus permanentis qui ſoluꝫ non hebet eſſe in feri ſicut ipſa paſſio: ſꝫ etiam in facto eſſe. Deinde ponitur actionis ad differentiam ipſius actionis q̃ licet ſit effectus ⁊ illatio reſpectu q̃litatis a qua cãtur: non tamen reſpectu actõnis.

Primo ſciendum ꝙ in cõmuni duplex eſt effectus: quidam eſt effectus permanens qui non ſoluꝫ habet eſſe in fieri ſed etiam in facto eſſe. vt ſunt domus et ſcamnũ. Alius eſt effectꝰ ſucceſſiuus qui ſolum habet eſſe in fieri ⁊ nunꝙ̃ in facto eſſe: vt equitatio vel nauigatio. Effectus autem generaliter dr̃ tam de effectu permanente ꝙ̃ ſucceſſiuo. Illatio vero ſoluꝫ dicit̃ de effectu ſucceſſiuo qui ſoluꝫ habꝫ eſſe in fieri et in quadam illatione ſcꝫ ꝙ infertur ab alio. ⁊ iõ effectꝰ eſt qđdam ſuperius ad illationeꝫ ratiõe cuius ĩ hac diffinitione effectꝰ bene ꝓ̃ponitur illatiõi tanꝙ̃ ſuperius eiꝰ. ſubiungit̃ illatio tanꝙ̃ inferius eiꝰ contrahens ipſum. Secundo ſcienduꝫ ꝙ paſſio pluribus modis accipitur. vno modo accipitur pro accidẽte proprio alicuius ſubiecti vt riſibile dicit̃ propria paſſio hominis ⁊ hinnibile equi Secũdo modo accipitur ꝓ conceptu aĩe vel effectu vt dicitur ꝙ voces ſunt note vel ſigna paſſionuꝫ que ſunt in anima. i. conceptuũ vel effectuum anime. Tercio modo accipitur ꝓ motu appetitꝰ ſenſitiui vt ſũt paſſiones ire vel timoris vel gaudij vt dicitur tercio ethicoꝝ ꝙ fortitudo moderatur paſſiones timoris ⁊ audacie. Quarto modo pro dolore vel pena que alicui violẽter infert̃ vt fuit paſſio chriſti. Quinto modo ſumitur pro qualitate ſenſibili que habet eſſe in perfectum ⁊ eſt inferens paſſionem ſenſibus vel illata ab aliqua naturali paſſiõe ⁊ ſic eſt vna ſpẽs qualitatis. Sexto modo ſumitur ꝓ vt eſt immediatus effectus actionis vt eſt ſuſceptio forme ab agente in paciens ⁊ hoc vltimo mõ diffinitur hic paſſio ⁊ eſt vnũ predicamentum ab alijs diſtinctum.

Tercio ſciendum ꝙ ipſius paſſionis hic aſſignantur due ꝓprietates: quarum prima eſt ꝙ proprium eſt paſſioni inferri ex actione. Ratio eſt q2 paſſio ẽ ſuſceptõ forme ab agente ĩ patiẽs et talis ſuſceptio immediate infertur ꝑ actionẽ agẽtis: ⁊ hoc eſt proprie proprium ipſi paſſioni. Secũda ꝓprietas eſt ꝙ paſſio non eſt in agente ſubiectiue ſed in patiente. Cuius ratio eſt q2 ſuſceptio forme que fit ꝑ actionem agentis cauſatur in patiente qđ ſubicitur actioni: ergo paſſio que nomĩat talem ſuſceptionẽ eſt in patiente ſubiectiue. ⁊ q2 accidens habet predicari denominatiue de ſubiecto in q̊ eſt: ideo paſſio predicat̃ de patiẽte in hoc quod eſt aliq̊ modo ſe habere ad ipſum agens quia đnominat ipſum pati ⁊ non đnomĩat ipſũ agens pati: q̃re non eſt in eo ſubiectiue.

Quarto ſciendum ꝙ paſſio de qua eſt ad propoſitum dupliciter accipitur: Vno modo materialiter ꝓ forma fluẽte ab agẽte in patiens. Alio modo formaliter pro eceptione illius forme: vt cum peregrinus calefit ibi eſt calor fluẽs ab igne in peregrinũ: ⁊ ibi eſt receptio caloris in peregrino: que eſt paſſio formaliter accepta. ⁊ vtroqꝫ modo paſſio eſt in patiente: vt in ſubiecto. Et ſimiliter actõ vno mõ accipitur materialiter pro illa forma que fluit ab agente in patiens: et ſic eſt in patiente ſubiectiue. Alio mõ capitur formaliter pro tali fluxu forme ab agente ⁊ ſic eſt ſubiectiue in agente ⁊ non in patiente. et ratio eſt quia omne illud in quo eſt actio formaliter accepta dicitur agere. ſed patiens non dicit̃ agere: ergo non eſt actio formaliter accepta ſi enim eſſet in patiente patiens diceret̃ agere quod falſum eſt. et ſic patet quid ſit paſſio et de proprietatibus. Contra predicta arguitur primo ſic. nullum primuꝫ principium eſt effectus alterius ſed decem predicamenta ſunt deceꝫ principia prima rerum. ergo paſſio cum ſit vnum p̃dicamentum eſt vnum primuꝫ principiuꝫ: ergo non eſt effectus. Secundo ſic effectus et illatio idem ſunt: g̊ ſuperflue ponitur vnum illorum in iſta diffinitione. Tercio ſic eorum que ſunt idem realiter vnum non eſt cauſa alterius: ſed actio et paſſio realiter ideꝫ ſunt: cum vtrumqꝫ ſit forma fluens ab agente in patiens: que eſt cadeꝫ realiter ergo paſſio non eſt effectus actionis.

Quarto ſic õe proprium conſequitur eſſe completum ſui ſubiecti: ſed inferri ex actione non conſequitur eſſe completum paſſionis: cum ſit productio eius: g̊ inferri ex actione non eſt proprium paſſionis. Quinto ſic: in omni illo quod patitur eſt paſſio ſubiectiue: ſed omne

agens phiſicum in agendo repatitur er
go in tali agente eſt paſſio ſubiectiue:et
non ſolum in patiente. Ad primum
argumentum dicitur ꝙ licet paſſio ſit p̄
muz principiū in genere cauſe formalis
ſuorum dicibilium ſue coordinationis
et in tali genere cauſe non poſſit eſſe ef
fectus alicuius principij prioris. tamen
in genere cauſe efficientis bene poteſt
eſſe affectus actionis et ſubſtantie. cum
enim predicamenta dicantur prima p̄n
cipia reruz:que non habent aliquid an
te ſe:ſolum intelligitur de principijs for
malibus. Ad ſecundum dicitur ꝙ
licet effectus et illatio dicant idem ſe
cundum eſſentiam:tamen differunt ſe
cundum modos eſſendi: ſicut ſuperi
us et inferius et vnum illorum contra
hit aliud quare nulluz illorum ſuperflu
it. Ad tercium dicitur ꝙ licet actio
et paſſio materialiter accepte pro forma
fluente ab agente in paſſum realiter idē
ſint:tamen ſi ſumantur formaliter. ſ. ac
tio pro fluxu forme ab agente:et paſſio
pro receptione eius in patiente ſic reali
ter diſtinguuntur: quia in diuerſis ſub
iectis ſunt: et ſic vnum bene poteſt eſſe
effectus alterius. Ad quartum dicit̄
ꝙ licet inferri ex actione non ſequatur
ſecundum rem eſſe completum paſſio
nis: ſequitur tamen ipſum ſecunduz ra
tionem et noſtrum modum intelligendi
eo modo quo eſt paſſio eius: quia non
eſt paſſio realiter diſtincta a ſuo ſubiec
to ſed ratione tantum. Ad quintum
dicitur ꝙ licet in agente phiſico ea par
te qua patitur ſit paſſio vt in ſubiecto.
non tamē ea parte qua agit:ideo paſſio
non eſt in eo vt agens:ſed vt ipſum ſe
cundum aliud eſt patiens. Unde tale
agens ratione ſue forme agit:et ratione
materie ſue in qua communicat cuz pa
tiente patitur: et ſic ſecundum diuerſa
agit et patitur.

Capitulum predicamenti. Quando.

q Uando eſt quod ex ad
iacentia. Poſtꝗ̄ autor de
terminauit de actione et paſ
ſione. hic conſequēter deter
minandum eſt de quatuor predicamen
tis vltimis:de quibus aut nullaz aut par
uam fecit autor mentionem. Et primo de
quando quod ab autore ſex principiorū
ſic diffinitur. Quando eſt quod ex adia
centia temporis relinquitur in re tempo
rali. In qua diffinitione datur intelligi
accidens pro genere diffiniti per illud re
latiuum quod. Deinde ponitur relinqui
tur ex adiacentia temporis ad explican
dum cauſam propinquam ipſius quādo
que eſt tempus. Quando enim eſt eſſe
in tempore:ſed eſſe in tempore relinquit̄
immediate per adiacentiam temporis in
re temporali. Et per hoc differt quando
ab omnibus alijs accidentibus quorum
nullum immediate cauſatur a tempore.
Deinde ponitur in re temporali ad expli
candum proprium ſubiectum ipſius quā
do. et in hac diffinitione capitur tempus
non ſolum pro menſura durationis reruz
temporalium: ſed generaliter pro omni
menſura durationis eſſe rei: vt ſub ſe con
tinet eternitatem euiternitatez ⁊ tempus
proprie dictum. Primo ſcienduz ꝙ tē
pus et quando licet inter ſe multum con
ueniant in hoc ꝙ vtrunqꝫ eſt ſucceſſiuuz
et vnuz immediate eſt cauſa alterius:tn̄
ab inuicem realiter diſtinguuntur: quia
omnis cauſa efficiens extrinſeca realiter
diſtinguitur a ſuo effectu. tempus autem
eſt cauſa efficiens extrinſeca reſpectu qn̄
ergo ab ipſo realiter diſtinguitur. Unde
differunt inter ſe in duobus. Primo quia
tempus eſt in motu primi mobilis vt in
ſubiecto. Quando vero eſt ſubiectiue in
re temporali que per tempus menſurat̄
Secundo differunt quia tempus eſt acci
dens abſolutum et menſurat durationez
rei. Sed quando non eſt menſura dura
tionis ſed eſt accidens reſpectiuuz quod
relinquitur in re temporali per reſpectuz
ad menſuram ſue durationis que eſt tē
pus:non eſt tamen reſpectiuum ſm̄ eſſe:
ſed ſm̄ dici:quia totum eſſe eius non eſt
ad aliud cuz quo proprie dicatur ad con
uertentiam. Secundo ſciendu ꝙ qn̄
tripliciter accipitur. Uno modo interro
gatiue vt ſi dicatur querendo quādo ve
nit petrus. Alio modo relatiue vt dicen
do ſortes venit quando fuit meridies et
his duobus modis quando eſt ſincathe
gorema quia proprie non ſignificat ens
ſed eſt modus entis. ideo iſtis duobus
modis nō ponitur in predicamento nec
eſt predicamentum. Tercio modo capit̄
indiffinite vt tantum valet ſicut aliquan
do vel eſſe in aliquo tempore:et hoc mo
do dicit ens reale et ſic capitur hic et eſt
vnum predicamentum:cuius genera ſub
alterna ſunt eſſe fuiſſe et fore in tempore
⁊ ſpecies ſpecialiſſime ſunt fuiſſe in hora
vel eſſe in die vl' eſſe in nūc. ⁊ indiuidua
ſunt eſſe in iſta hora vel in illa die vel in
illo nunc. Et eius modus predicandi eſt
predicari de prima ſubſtantia in hoc qđ
eſt eſſe in tempore. Tercio ſciendum
ꝙ quādo diuiditur per quando ſimplex
et quando compoſituz. Quando ſimplex
eſt quod cauſatur a tempore ſimplici vt
ab inſtanti vel a nunc:vel a tempore in
diuiſibili quo ad nos vt eſſe nunc. Sed
quando compoſitum eſt quod cauſatur
a tempore compoſito vt eſt fuiſſe in pre
terito fore in futuro eſſe in preſenti. Et li
cet iſte tres ſpecies ſcilicet eſſe in preſen
ti fuiſſe in preterito et fore in futuro non
cauſentur in re eterna ab eternitate:eo ꝙ
in eterno non eſt preteritum neque futu
rum:ſed omnia ſunt ſimul et nihil acqui
ritur de nouo vel deperditur: tamē ipſi
eterno per relatiōem ad tempus et quo
ad exiſtentiam eius cum tempore attri
buitur eſſe fuiſſe et fore: vt dicendo de
us eſt fuit ⁊ erit:tamen vt attribuuntur
eterno nō ſunt accidentia realitar diſtin
cta ab eo:que reponantur in aliquo pre
dicamento ſed ſolum eſt ibi modus pre
dicandi huius predicamenti. Sed ab
euiternitate bene cauſatur quando re
ponibile in iſto predicamēto. et per hoc
patet que ſint ſpecies per quas diuidit̄
quando. Quarto ſciendum ꝙ ipius
quando due ſunt proprietates. Prima
eſt ꝙ quando nō habz contrariū:cuius
ratio eſt quia ſi haberet contrarium ma
xime conueniret preterito et futuro ſed
hoc non poteſt dici quia quando p̄ſens
preteritum et futurum ſimul verifican
tur de eodem vt dicendo iſte eſt fuit et
erit contraria vero de eodem nunꝗ̄ ſi
mul verificantur. Secunda proprietas
eſt ꝙ quando non ſuſcipit magis et mi
nus. Cuius ratō eſt quia quando imme
diate cauſatur a tempore et dicit eſſe in
tempore. ſed tempus non ſuſcipit magis
et minus:ergo neqꝫ quādo. Et per hoc
patet quid ſit quando et quomodo eſt
predicamentum et que ſint ſpecies et p
prietates eius. Contra predicta ar
guitur primo ſic. iuuentus et ſenectus
ex adiacentia temporis in re temporali
relinquuntur:et tamen ſenectus non eſt
quando ſed eſt qualitas de ſecunda ſpe
cie qualitatis:ergo iſta diffinitio quan
do conuenit alijs a diffinito.

Secundo ſic: ſicut ſe habent eſſe al
bum et albedo:ita eſſe in tempore et tē
pus: ſed album et albedo realiter idez
ſunt: ergo eſſe in tempore ſiue quando
et tempus idem ſunt realiter ergo quan
do non eſt predicamentum a tempore
diſtinctum:ſed continetur ſub quātitate

Tercio ſic nullū eſt tempus ſimplex

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

cuꝫ tempus diuiſibile ſit in plures ptes
ergo nulluꝫ quando cauſatur a tempore
ſimplici ⁊ ſic nullū eſt quando ſimplex
Quarto ſic quando preteritꝰ ⁊ quā
do futuruꝫ maxime diſtant ⁊ eidem ſu-
ſceptibili viciſſiꝫ inſunt et ab eodeꝫ mu
tuo ſe expellunt: qꝛ ideꝫ non pōt ſimul
eſſe preterituꝫ ⁊ futuruꝫ:ergo quādo hꝫ
contrariuꝫ. Quinto ſic fuiſſe in tem-
pore dicit quando ⁊ tamen ſuſcipit ma
gis et minꝰ:quia aliquid dicitur magis
vel minus fuiſſe in tempore: ergo quan
do ſuſcipit magis ⁊ minus. Ad pri-
muꝫ dicitur ꝙ ſi capiatur ſenectus vt di
cit naturaleꝫ impotentiaꝫ: que cauſatur
per longam tranſmutationē: que fit ſub
motu ⁊ tempore: et etiā iuuentꝰ vt dicit
naturaleꝫ potentiaꝫ hoc modo ſunt qua
litates de ſecūda ſpecie qualitatis ⁊ nō
relinquuntur immediate et per ſe ex ad
iacentia temporis ſed per alterationē:q̄
ſub tempore cauſatur. Sed ſi capiātur
vt dicunt diu fuiſſe in tempore vel paꝝ
ſic aliquo modo important qn̄:⁊ hoc nō
eſt ſignificatuꝫ principale eoꝝ: ⁊ eo mō
quo dicunt quando relinquunt̄ ex ad-
iacentia tp̄ris in re temporali. Ad ſe
cunduꝫ dicitur ꝙ lꝫ albedo ⁊ eſſe albuꝫ
⁊ tempus ⁊ eſſe in tp̄re habeant ſimili-
tudineꝫ aliquo mō in denominatiōe qꝛ
ſicut albuꝫ dicitur ab albedine :ita quā
do dicitur a tp̄re:tamen diſſimile eſt in
hoc:quia tempus non dat intrinſece et
formaliter eſſe in tempore: qꝛ nō ſemp
eſt in eodē ſubiecto:cuꝫ eſſe in tp̄re ſicut
albedo dat intrinſece et formaliter eſſe
albuꝫ. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licet tp̄s
quod importat eſſe ⁊ eſſentiaꝫ tempor̄
ſit diuiſibile:tamen ſi capiatur generali
ter tempus pro illo quod dicit eſſentiaꝫ
temporis ſic aliquod tp̄us dicitur indi-
uiſibile ſicut eſt ipſuꝫ nūc. Ad quar-
tum dr̄ ꝙ licꝫ in eodeꝫ non ſint ſimul in
actu preterituꝫ ⁊ futuruꝫ:tamen ſm̄ de-
nominatōneꝫ quando preteritum ⁊ quā
do futurum bene poſſunt dici de eodem
ſimul:vt prius dictum eſt: et ꝙ ſm̄ actuꝫ
ſe expellant ab eodeꝫ hoc eſt propter ſuc
ceſſionem ipſoꝝ: ⁊ non ꝓpter contrarieta
tem vel repugnantiam quam habeant.
Ad quintuꝫ dr̄ ꝙ licꝫ aliquid dicatur
magis ⁊ minus fuiſſe in tempore ſm̄ ex-
tenſionem:non tamen ſecundum intenſio
nem: ideo quando per hoc non ſuſcipit
magis et minus.

Capitulum. Ubi.

v Bi eſt circumſcriptio.
Poſtq̄ autor determinauit
de quando quod conuenit
tam ſubſtantijs corporeis
q̄ incorporeis. hic conſequenter determi
nat de vbi quod proprie conuenit ſolum
ſubſtātijs corporeis:quod a gilberto por
retano ſic diffinitur. Ubi eſt circumſcrip
tio corporis a loci circumſcriptione proce
dens. In qua diffinitōne ponitur circum
ſcriptio loco generis quia ipſa ſe habet
per modū generis reſpectu vbi. Deinde
ponitur corporis ad explicanduꝫ propri
uꝫ ſubiectū ipꝰ vbi qđ eſt ſubiectiue in cor
pore locato. Et ꝑ hoc differt e circūſcrip
tiōe actiua loci. Deīde ponit̄ a circūſcripti
one loci procedens ad oſtenduꝫ pro
priam cauſam et propinquaꝫ ipſius vbi
que eſt locus circumſcribens locatum.
Et per hoc differt vbi ab alijs predicamē
tis accidentium quoruꝫ nullum cauſatur
immediate a loci circumſcriptione vt poſ
ſet videri inducendo in omnibus. Pri
mo ſciendum ꝙ triplex eſt circumſcriptō
q̄dam eſt circumſcriptio actiua loci que
eſt actio ipſius circumſcribentis locatuꝫ
que ponitur in predicamento actionis.
Secunda eſt circumſcriptio ſiue circum-
datio paſſiua que eſt paſſio corporis cir
cumdati que reponitur in predicamen-
to paſſionis:et quelibet iſtarum duarum
eſt ens ſucceſſiuum et non permanens.
Tercia eſt circumſcriptio neutralis que
eſt eſſe circūdatum a loco ipſius locati:
ſeu eſſe circumſcriptuꝫ a loco:et hec circū
ſcriptio eſt ens permanens in locato. et
cauſatur a circumſcriptione actiua ⁊ paſ-
ſiua: et de tali circūſcriptione intelligitur
in diffinitione vbi. ⁊ per hoc patet ꝙ ſub
ſtantie incorporee ⁊ etiaꝫ accidentia que
nō proprie circumſcribunt̄ in loco per ſe
ſed per accidens proprie non habent vbi
ſꝫ ſolū corpora q̄ in loco cricūſcribuntur
habent proprie vbi. Secundo ſcien-
duꝫ ꝙ licet locus ⁊ vbi magnaꝫ habeant
conuenientiaꝫ quia locus eſt cauſa pro-
pinqua ipſius vbi. ratōne cuius ponitur
in ſua diffinitione:tn̄ ab inuicem realiter
diſtingunt̄:eo ꝙ locus eſt cauſa efficiens
extrinſeca ipſius vbi. ⁊ talis cauſa ſemper
realiter diſtiuguitur a ſuo effectu. Unde
differunt primo locus ⁊ vbi ex parte ſui
ſubiecti. quia locus eſt ſubiectiue in locā
te. vbi vero in corpore locato. vt cum la-
pis eſt in aqua ſupꝑficies aque circumdā
tis lapideꝫ que eſt locus eius ſubiectiue
in aqua circumdante. ⁊ eſſe circumdatuꝫ
vel eſſe locatuꝫ quod eſt vbi lapidis eſt
ſubiectiue in lapide:quia de ipſo affirma
tiue predicatur. Differunt ſecundo qꝛ lo-
locus eſt menſura extrinſeca locati. vbi
vero eſt accidēs reſpectiuuꝫ locati quod
dicit reſpectuꝫ ad taleꝫ menſuraꝫ: qꝛ pro
prie vbi nō eſt aliud q̄ eſſe in loco vl̄ cō
menſurari in loco. ⁊ per hoc habetur ter-
cia drīa ꝙ locus eſt ens abſolutuꝫ. ⁊ vbi
eſt ens reſpectiuuꝫ. Tercio ſciendū ꝙ
vbi diuiditur per vbi compoſitum ⁊ vbi
ſimplex. Ubi compoſitū eſt eſſe locatum
vel eſſe menſuratuꝫ loco cōpoſito vel cir
cumſcriptuꝫ. ⁊ ſic ſoluꝫ cauſat̄ a loco com
pōito. Sꝫ vbi ſimplex eſt quod cauſatur
a loco ſimplici. et eſt locus ſimplex aliqđ
indiuiſibile loci correſpondēs indiuiſibi
li ſui locati. Et dicitur tale vbi per ſimili
tudineꝫ ad vbi cōpoſituꝫ:qꝛ ſicut totū lo
catum circumſcribit̄ adequate a loco et
habet proportioneꝫ ad ip̄m:ſic etiaꝫ qđ
libet indiuiſibile locati habet proportio
neꝫ ad indiuiſibile loci ſicut centruꝫ lo-
cati ad centruꝫ loci:licet tamen vnuꝫ nō
circumdetur prop̄e ab alio: nec realiter
diſtinguat̄ ab ipſo.:rōe cuius dicit textꝰ
ꝙ idē ſunt punctus et pūcti locus. ideo
vbi ſimplex nō eſt proprie vbi:ſꝫ per ſi
militudinē ſoluꝫ ad vbi compoſitū. ⁊ qꝛ
vbi cōpoſituꝫ cauſatur a loco qui diui-
ditur per locuꝫ ſurſuꝫ et deorſuꝫ ante et
retro dextruꝫ et ſiniſtruꝫ. ideo vbi cōpo
ſituꝫ diuiditur per vbi ſurſuꝫ quod eſt
eſſe ſurſum:⁊ vbi deorſum ⁊ ſic de alijs.
Et per hoc patet que ſunt genera ſubal
terna ⁊ ſpecies vbi. Quarto ſciendū
ꝙ ipſiꝰ vbi due ſunt ꝓprietates. Pr̄ia ē
ꝙ vbi non habet contrariū. Cuius ratō
eſt quia vbi cauſatur immediate a loco
qꝛ eſt eſſe circūſcriptuꝫ a loco:ſed locus
cuꝫ ſit quantitas non habꝫ contrarium
ergo eadeꝫ ratione nec vbi:vnde ſi vbi
ſurſuꝫ ⁊ vbi deorſuꝫ contraria ſint:cum
ideꝫ dicatur ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ reſpectu di
uerſoruꝫ ſequeretur ꝙ duo contraria ſi
mul verificarentur de eodē ꝙ eſt impoſ
ſibile. Secūda proprietas eſt ꝙ vbi nō
ſuſcipit magis ⁊ minus. Cuius ratio eſt
quia vbi eſt eſſe in loco ſed eſſe in loco
non intenditur nec remittitur licet poſ-
ſit augmētari ꝑ maiorē extentōeꝫ loci ſet
locati. ergo vbi non ſuſcipit magis ⁊ mi
nus. ⁊ per hoc habet̄ diffinitio vbi ſpēs
⁊ proprietates eius. Contra predicta
arguitur primo ſic. circūſcriptio eſt actio
cuꝫ circūſcribere ſit agere. ſꝫ vbi non eſt
actio ergo non eſt circūſcriptio. Se-
cundo ſic aīa a corpore ſeparata hꝫ vbi
qꝛ eſt in aliquo loco ⁊ tamē in ea nō eſt
circūſcriptio corporis. ergo vbi non eſt
circūſcriptio corporis. Tercio ſic vbi
eſt ſincathegorema ⁊ ſolū ſignificat mo
duꝫ entis. ğ hic male diffinit̄ tamq̄ vnū

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

pꝛedicamentum quod debet eſſe ens re
ale. Quarto ſic omne vbi eſt circum
ſcriptio coꝛpoꝛis. ſed vbi ſimplex nõ eſt
circumſcriptio coꝛpoꝛis:ergo non conti
netur ſub genere vbi:⁊ ſic vbi male diui
ditur per vbi ſimplex ⁊ compoſitum.

Quinto ſic. omnis motus fit de con
trario in contrariuꝫ. ſed de vno vbi ad
aliud fit motus:ergo vbi habet contrari
um. Ad pꝛimuꝫ dr̃ ꝙ licet circũſcrip
tio actiua ſit quedam actio. non tamen
circumſcriptio permanens et neutralis
de qua ſolum intelligitur in diffinitõne
vbi. Ad ſecundum dicitur ꝙ licꝫ ani
ma ſeparata ſit in loco diffinitiue et ſm
ſimilitudineꝫ non tamen eſt in loco cir
cumſcriptiue et pꝛopꝛie. ideo ſolum hꝫ
vbi ſm ſimilitudinem eo mõ quo ponit̃
eſſe in loco. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licꝫ
vbi acceptum interrogatiue vel relatiue
ſit ſincathegorema. non tamen quando
ſumit̃ pꝛo alicubi ⁊ ſoluꝫ hoc mõ hic ac
cipitur. Ad quartuꝫ dr̃ ꝙ vbi pꝛoꝑe
dictũ eſt circũſcriptio coꝛpoꝛis vt ponit̃
in ſua diffinitiõe ſꝫ nõ opoꝛtet de vbi ſi
militudinarie accepto. mõ vbi ſimplex
eſt vbi ſm quandã ſimilitudinẽ ad vbi
cõpoſituꝫ. Ad quĩtuꝫ dr̃ ꝙ duo vbi
cõſiderata vt maxime diſtantia ſunt cõ
traria ⁊ fit motus de vno in aliud. tamẽ
ſi conſiderent̃ vt ſoluꝫ dicunt eſſe circũ
ſcriptuꝫ locati ⁊ pꝛedicantur denomina
tiue de pꝛima ſubſtantia hoc mõ nõ ha
bent contrarietateꝫ nec ſub tali ratõe fit
mot⁹ de vno in aliud et qꝛ vbi ſic a logi
co conſiderat̃. iõ non dr̃ habe cõtrariuꝫ.

Capitulum. Poſitionis.

p Oſitio eſt quidam.
Poſtꝙ autoꝛ determina
uit de pꝛedicamento vbi
quod dicit ſimpliciter ẽe
in loco. Hic conſequenter determinat de
pꝛedicamento ſitus quod dicit modum
eſſendi partium in toto et in loco. quod
ab auctoꝛe pꝛius dicto ſub nomine poſiti
onis hoc modo diffinitur. Poſitio eſt q̃
dam partium ſitus et generationis oꝛdi
natio ſicut ſedere vel ſtare dicit quãdam
ſituationem partium in toto ⁊ in loco et
oꝛdinem compoſitionis illarum partium
In qua diffinitione ſitus ſe habet ꝑ mo
dum generis et notioꝛis. Et ponitur par
tium ad denotandum ſubiectum imme
diatum poſitionis in quo eſt tota compo
ſitio. Deinde ponitur generationis oꝛdi
natio quia poſitio dicit pꝛopꝛie oꝛdinem
partium qui conuenit ipſis per compoſi
tionem quam habent in toto. et illam cõ
poſitioneꝫ habent in generatione totius
ſi totum generetur. Si autem ſit ingene
rabile tunc habent talem oꝛdineꝫ per foꝛ
maꝫ totius que ipſas continet ⁊ ſub qua
oꝛdinantur:et non debet hic poni ⁊ copu
latiue ſed expoſitiue vt tantum valet ſi
cut ideſt. Pꝛimo ſciendum ꝙ licet ſi
tus et poſitio realiter et eſſentialiter con
ueniant differunt tamen ab inuicem ſecũ
dum rationeꝫ:pꝛimo quia ſitus reperitur
tam in naturalibus ꝙ̃ in mathematicis.
Poſitio vero ſi capiatur pꝛopꝛie ſoluꝫ re
peritur in naturalibus in quibus eſt na
turalis oꝛdinatio partium ex compoſitio
ne rei. ſi tamen vtrumque capiatur gene
raliter conuertuntur. ſed adhuc differunt
hoc modo quia ſitus dicit per pꝛius oꝛ
dinem partium ad locum ꝙ̃ ad ſuum to
tum. et poſitio econuerſo per pꝛius dicit
oꝛdinem partium inter ſe. ſecundo in re
ſpectu ad totum tercio ad locuꝫ. Iſta au
tem triplex oꝛdinatio partium per poſiti
onem impoꝛtatur. et per ea que in hoc
pꝛedicamento reponunt̃ ideo poſitio de
noiat ſubſtãtiaꝫ in hoc ꝙ ẽ ſuas ptes ſic
ſe hñe adinuicẽ ⁊ ad totũ ⁊ ad locum q̃re
pꝛius dictũ eſt ꝙ ſit⁹ nõ dicit ſimplicẽ cõ
paratõeꝫ ſubſtãtie ad aliquid extrinſecũ
Secundo ſciendum ꝙ poſitio cum ſit
vnuꝫ genus generaliſſimuꝫ non habens
ſupꝛa ſe ſuperius vniuocum conueniẽter
ponitur vnum pꝛedicamentũ. et quia hꝫ
vnum ſpecialem modum pꝛedicandi de
pꝛima ſubſtantia. ſ. in hoc ꝙ eſt ſe habet̃
ad aliud ſm ſuas partes ideo conuenien
ter ponitur vnum pꝛedicamẽtuꝫ ab alijs
diſtinctuꝫ. Cuius ſpecies ſunt poſitio in
nata poſitio acquiſita ex conſueto motu
nature:⁊ equaliter poni ſurſuꝫ ⁊ deoꝛſuꝫ
ante ⁊ retro dextrum ⁊ ſiniſtruꝫ. Iſte eni
ſunt cõmunes differentie vel ſpecies po
ſitionis. ⁊ eius ſpecies ſpecialiſſime ſunt
iacere ſedere ſtare. ⁊ idiuidua ſunt ſeſſio
petri ſeſſio ſoꝛtis. ſed queſitiuum huius
pꝛedicamenti ſub nomine pꝛopꝛio nõ ha
bemus ſed circumloquimur ipſum que
rendo qualiter hoc ponitur vel ſituatur.

Tercio ſciendum ꝙ poſitionis tres
ſunt pꝛopꝛietates. Pꝛima eſt ꝙ poſitio
non habet contrariuꝫ. Cuius ratio eſt qꝛ
ſi haberet contrarium ſequeretur ꝙ vni
⁊ idem eſſent plura contraria quod eſt in
conueniens. conſequentia tenꝫ quia ſi ſe
dere ⁊ ſtare eſſent contraria eadem ratõe
iacere eſſet contrarium huic quod eſt ſe
dere vel etiam ſtare:quia ſicut duo pꝛi
ma nõ poſſunt eſſe ſil' in eodem. ſic iacer̃
non poteſt ſimul eſſe cum ipſis. et ſic vni
contrariarentur plura. Iteꝫ cõtraria ſunt
foꝛme actiue ⁊ paſſiue ſed poſitiones nõ
ſunt actiue vel paſſiue:ergo non contra
riantur. Secunda pꝛopꝛietas eſt ꝙ ſitus
non ſuſcipit magis et minus: quia nihil
dicitur magis vel minus ſeder̃ intenſiue
et ſi dicatur magis ⁊ minus ſedere exten
ſiue hoc eſt quo ad duratione͂:nec aliq̃d
dicitur ſimiliter magis vel minus ſtare.
et ſic de alijs poſitionibus: ergo poſitio
nõ ſuſcipit magis vel minus. Quarto
ſciendum ꝙ tercia pꝛopꝛietas poſitionis
ineſt ſibi ꝓpꝛia quarto mõ eſt ꝙ maxĩe
eſt pꝛopꝛiuꝫ poſitioni pꝛoximus aſſiſter̃
ſubſtantie. ⁊ dicitur illud accidẽs aſſiſ
tere ſubſtãtie qđ in nomĩe ſuo non dicit
eſſe in ſubiecto ſꝫ dicit pꝛincipali⁹ com
parationem vel reſpectuꝫ ſubſtantie ad
aliquod extrinſecuꝫ vt ſunt ad aliquid
quãdo vbi ſitus ⁊ habitus:que magis
dicunt reſpectuꝫ ad aliquid extrinſecuꝫ
ſuo ſubiecto ꝙ̃ inherẽtiaꝫ eoꝛuꝫ in ſuo
ſubiecto. ⁊ qꝛ inter iſta poſitio non dicit
ſolum reſpectum ad aliquid extrĩſecuꝫ.
ſ. ad locum. ſed etiaꝫ dicit reſpcitũ par
tium inter ſe et ad ſuum totum qui reſ
pectus pꝛoximioꝛ eſt ꝙ̃ reſpectus ad ex
trinſecum ſolum: Ideo inter omĩa que
hoc modo aſſiſtunt poſitio dicit̃ pꝛoxi
mius aſſiſteri ſubſtantie. Et hoc modo
ſatis patet diffinitio ſpẽi et pꝛopꝛitates
poſitionis. Sed contra p̃dicta ar
guitur pꝛimo ſic poſitio ⁊ ſitus idem ſũt
⁊ inter ſe conuertũtur. ſꝫ idem non debꝫ
diffiniri per ſeipſum:ergo poſitio male
diffinitur per ſituꝫ. Secũdo ſic po
ſitio vel ſitus denominare habeat totũ
⁊ non partẽ vt totus homo dicit̃ iacere
vel ſedere ⁊ non partes eius:ergo po
ſitio non cõuenit partibus ſꝫ toti:ergo
male dicitur ꝙ eſt ſitus partiũ Ter
cio ſic ĩ celo eſt poſitio vel ſitus. ⁊ tamẽ
ibi non eſt generationis oꝛdinatio. cum
celuꝫ ſit ingenerabile:ergo male dicitur
in diffinitione poſitionis ꝙ eſt genera
tionis oꝛdinatio. Quarto ſic ſedere
et ſtare maxime diſtant et ſe expellunt
ab eodeꝫ ſubiecto in quo ſunt ſuceſſiue
⁊ etiam de vno in aliud fit motus ergo
cõtrariantur:⁊ ſic poſitio habet contra
rium. Quinto ſic ad aliquid oꝛitur
inſubſtantia ex pte totius. poſitio vero
oꝛitur exparte ptium tantũ:ergo poſitio
non pꝛoximius aſſiſtit ſubſtãtie ſed ad
aliquid. Ad pꝛimuꝫ dicit̃ ꝙ ſi ſitus ⁊
poſitõ capiãt ambo generealiter bene

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

conuertuntur:quia quecūq; habent po
ſitōez etiā3 dicunť ſitu3 hēre et econtra.
Sed ſi capiatur poſitio ſpecialiter pro
ordine partiu3 qui ꝓuenit ex cōpoſitio
ne totius vt hic principaliter capitur:ſi
tus ſe habet vt ſuperius ad poſitionem
vt dictum eſt. Ad ſecundum dr̄ ꝙ lʒ
ſitus conueniat toti principaliter tamꝗ̄
illi quod denominatur per ipm̄: tamen
primo conuenit ipſis partibus inter ſe
ordinatis ⁊ poſtea ordinatur ad totum
⁊ ad locum eo ꝙ dicit ordinē partiu3 in
ter ſe ad totu3 ⁊ ad locum. vnde partes
ſe habent vt ſubiectum quo totu3 vero
vt ſubiectum quod ⁊ principale. Ad
tercium dicitur ꝙ ſi capiatur generatio
ꝓprie pro vt eſt progreſſio de non eſſe
ad eſſe ſubiecto preſuppoſito ſic in celo
non eſt generatio: ſed ſi capiatur gene-
raliter pro quacūq; progreſſione com-
poſitione rei vel predicatione ſic in celo
reperitur generatio ⁊ ſic capitur genera
tio in hac diffinitione. Ad quartum
dicitur ꝙ lic3 ſedere ⁊ ſtare per accidēs
ſe expellant ab eodem ſubiecto per hoc
ꝙ per motum localem cum vnu3 acqui
ritur aliud abicitur: non tamen ſe expel
lunt ꝑ ſe a tali ſubiecto nec per ſe ſit de
vno in aliud motus. Ad quintu3 dr̄
ꝙ licet relatio ſe teneat ex parte totius
⁊ poſitio ex parte partium:tamen poſi-
tio importat reſpectu3 ad aliquid intrin
ſecum:relatio vero non. ideo poſitio dr̄
proximius aſſiſtere ſubſtantie ꝗ̄ relatio

Capitulum Habitus.

Habitus eſt corporu3.
Poſtꝗ̄ prius determina
tu3 eſt de ſitu quod com
muniter et vniuerſaliter
conuenit ōibus ſubſtantijs. Hic conſe-
quēter deťandu3 eſt de vltimo predica
mēto.ſ. de habitu qď ſolū conuēit homi
ni et his que inſtrumentaliter ſubſerui-
unt homini et ab autore prius dicto ſic
diffinitur. habitus eſt corporum et coru3
que circa corpꝰ ſunt adiacentia. In qua
diffinitione ponitur adiacentia loco ge-
neris. et licet ſecundum vocem et cauſa
ornatus ponatur in vltimo loco diffiniti
onis tamen ſm̄ rem ⁊ intellectu3 ponitur
in primo loco. Deinde ponitur corporu3
ad explicandum ſubiectu3 habitus ⁊ cau
ſam finalem eius. Deinde ponitur ⁊ eoꝝ
que circa corpus ſunt ad explicandū cau
ſam efficiente3 ⁊ quodammō materiale3
ipſius habitus: ⁊ per hoc intelligūtur ea
que adiacent ⁊ applicantur corpori ſm̄ fi
guram eius et per hoc differt habitus ab
omnibus alijs. Primo ſciendu3 ꝙ ha
bitus vt hic ſumitur non eſt res habens
nec res habita. ſed eſt quodammō acci-
dens reſpectiuu3 inter rem habitam ⁊ ha
bentem ſicut eſſe caputiatum non eſt res
habens capucium nec ipſum capucium.
ſed dicit eſſe accidentale hominis ſibi ꝓ
ueniens ex adiacētia capucij. et ideo hic
non capitur habitus vt eſt qualitas de
difficili mobľis:neq; vt opponitur priua
tioni. ſ3 pro tali accidente reſpectiuo qď
eſt medium rei habentis et rei habite. et
licet ſit ens reſpectiuum non tamē eſt re
latiuū ſecundu3 eſſe. quia nō refertur ad
aliud cum quo dicatur ad conuertentia3
ſub habitudine eiuſdem caſus ſed ſolum
eſt relatiuum ſecundum dici. Secun-
do ſciendu3 ꝙ habitus hoc modo accep
tus eſt vnum predicamentum ab alijs di
ſtinctum. Cuius ratio eſt quia eſt vnum
genus generaliſſimum et habet vnu3 ſpe
cialem modum predicandi de prima ſub
ſtantia. predicatur enim de ipſa in hoc ꝙ
eſt eſſe ſic vel ſic habituatum. Cuius que
ſitiuum ſub nomine proprio non habemꝰ
ſed ipſum circumloquimur dicendo qua
liter eſt hoc habituatū:et eiꝰ ſpecies ſunt
habitus totius et habitꝰ partis. Exēplu3
de prio vt armatū ēe veſtitū ēe. Exēplu3
de ſecūdo vt tunicatū ēe vel caputiatū ēe
et iteru3 armatu3 eſſe plures continet ſpe
cies ſpālīſſimas vt loricatum eſſe lance-
atum eſſe et ſic de alijs. et veſtitum eſſe
plures ſpēs ſpecialiſſimas continet etia3
ſub ſe vt tunicatum eſſe ⁊ caputiatu3 eſſe
et indiuidua ſunt vt armatio ſortis ⁊ pla
tonis ⁊ ſic de alijs. Tercio ſciendu3 ꝙ
habitus tres ponunť cōmunitates. quaꝝ
prima eſt ꝙ habitꝰ ſuſcipit magis ⁊ minꝰ
Cuius rō eſt. quia ſuſcipere magſ ⁊ minꝰ
eſt idem manens in ſpecie magis vľ mi-
nus accedere ad perfectu3 eſſe illius ſpēi
ita ꝙ per acceſſu3 ad tale3 terminu3 dicit
ſuſcipere magis: ⁊ minus per receſſu3 ab
eo. ſ3 hoc conuenit habitui ſicut aliquis
dicitur magis armatꝰ vel minus armatꝰ
nam vnus eſt armatior alio ſm̄ ꝙ magis
vel minꝰ accedit ad perfectu3 eſſe ſue ſpe
ciei ⁊ ſic habitus ſuſcipit magis ⁊ minus
Secunda proprietas eſt ꝙ habitui nihil
eſt contrariu3. Cuius rō quia nullu3 acci-
dens reſpectiuu3 h3 contrariu3 inquātu3
reſpectiuum eſt: q2 non ꝑ ſe contrariatur
illi ad quod refertur ſ3 tm̄ ratōne ſui fun
damenti:ſ3 fundamenta habitus nō con
trariantur vt corpora inter ſe non contra
riantur. nec illa que ſunt circa corpus vt
ſunt tunica caputiū ⁊ ſic de alijs:ergo ha
bitus non h3 contrariu3 Quarto ſcien
dū ꝙ ipſius habitus tercia proprietas eſt
ꝙ propriu3 eſt habitui ſemꝑ in pluribus
exiſtere. Cuius rō eſt. q2 habitus eſt cor-
poru3 ⁊ eoꝝ que circa corpus ſunt adia-
centia. ſ3 in tali adiacentia illa que habē
tur applicantur ⁊ figuranť ſm̄ figura3 ha
bentis rōne cuius aliquid dicitur habere
et ecōtra ipm̄ habens quodammō appli
catur ⁊ aliquomō adiacet rei habite rōe
cuius dicitur haberi. et ideo vtrūq; illoꝝ
eſt aliqͣ mō adiacens et applicatim ad al
teru3. Ideo habitus ſemꝑ in pluribꝰ exi
ſtit. tm̄ non eſt ꝓprie vt in pricipali ſubiec
to in re habita rōe cuius nō ꝑ ſe denoīat
re3 habita3 vt caputiu3 non dr̄ caputiatū
ſ3 vt in pricipali ſubiecto eſt in ipſo hn̄
te et ip̄3 denoīat vt dicēdo ſor. eſt capu
tiatus. Et per hoc ſatis patēt diffinitio
modus predicādi ſpēs. indiuidua et ꝓ
prietates ipſius habitus. Contra pre
dicta arguiť primo ſic. viſus eſt habitus
et tm̄ non eſt adiacentia corporu3. ergo
diffinitō mala. Secūdo ſic tunica eſt
habitus ⁊ ſimiliter caputium ⁊ tm̄ nō eſt
adiacentia corpoꝝ ſ3 eſt illud qď eſt cir
ca corpus:ergo contra diffinitionem.

Tercio ſic vbi eſt adiacentia corporis
et loci exiſtentis circa corpus. et tm̄ non
eſt habitus:ergo iſta diffinitō conuenit
alijs a diffinito. Quarto ſic ſuſcipere
magis ⁊ minꝰ preſupponit habere con-
trarium: ſed habitus non habet contra
rium:ergo non ſuſcipit magis ⁊ minus.

Quito ſic nullu3 accidens eſt in plu
ribus ſubiectis. q2 accidens numeratur
et multiplicatur ſm̄ multitudine3 ſuorū
ſubiectoꝝ:ꝗ nulli habitui cōuenit in plu
ribꝰ exiſtere. ⁊ per conſequēs male poni
tur tercia proprietas ipſius habitus.

Ad primum dicitur ꝙ ſi capiatur
habitꝰ pro puro habitu ſeu forā poſitia
que opponitur priuationi que eſt caren
tia forme in ſubiecto apto nato ſic vi-
ſus eſt habitus ſed non eſt habitus ca-
piendo habitum pro accidente medio
inter rem habentem et rem habitam vt
hic ſolum accipitur. Ad ſecundum
dicitur ꝙ licet tunica et caputium dican
tur materialiter habitus non tamen for
maliter. ſed adiacentia ipſorum ip̄is ha
bentibus dicitur formaliter habitus tm̄
illa ſunt nobis notiora ꝗ̄ illa adiacētia
Ideo ſepe nominantur nomine habitꝰ
et ſic reponunť in quarta ſpē qualitatis

Ad terciu3 dr̄:ꝙ lʒ vbi dicat adiacē
tiā locati ⁊ loci non tm̄ adiacentiā hn̄tis
⁊ habiti qď applicať ⁊ figurať ad figurā
habentis. Unde ad habitū requiriť adia
cētia ⁊ applicatō ſil' que conuēit corpori

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS

et in vbi eſt adiacentia tantum. ⁊ hoc in
telligitur in hac diffinitione cum dicitur
eorum que circa corpus ſunt adiacētia.
Ad quartum dicitur ꝙ ſuſcipere ma
gis ⁊ minus ex permixtione contrarij cū
contrario ſemꝑ preſupponit contrarie-
tatem non tamē ſuſcipere magis et mi-
nus per acceſſum ad terminum ⁊ receſ-
ſum a termino. ⁊ hoc modo habitus ſu
ſcipit magis ⁊ minus quāuis non hēat
contrarium. Ad quintum dicitur ꝙ
licet nullum accidens in numero ſit per
fecte in pluribus ſubiectis: quia tunc nō
eſſet vnū: tñ bene poteſt eſſe cōplete ⁊ ꝑ
fecte in vno ſubiecto ⁊ iꝑfecte in alio
vt in cauſa propinqua: ⁊ ſic eſt de habi-
tu qui eſt in habente cōplete vt in ſub-
iecto. ⁊ in re habita incōplete ⁊ vt in cau
ſa vt dictum eſt prius.

Capitulū poſtpredicamētorum.

Dicitur autē alterū.
Poſtꝙ autor determina
uit de p̄dicamentis. Hic
conſequenter detināt de
poſtpredicamentis: ratio ordinis eſt: qꝛ
predicamentū dicit ſolū coordinatōez
dicibiliū que ſunt ſub eodē genere tā
tum. Poſtpredicamentum vero dicit co
ordinationem eorū que in diuerſis p̄-
dicamētis reponuntur. diffinitur enī ſic
poſtpredicamētum eſt coordinatio plu
rium dicibilium reducibilium ad diuer
ſa predicamenta valens ad cōpletā no
ticiam eorū habendā. ſicut mot⁹ dicit
coordinotionē ſuaꝝ ſpecieꝝ que ad di
uerſa predicamēta reducuntur. vt pate
bit inferius. ⁊ quia prius oportet cogno
ſcere coordinationē dicibiliū ſub vno
genere ꝙ coordinationem eoꝝ que ad
diuerſa genera reducuntur. Ideo con-
uenienter poſt predicamenta determi-
natur de poſtpredicamētis. Primo
ſciendū ꝙ hic ponuntur quinq̄ poſtpre
dicamenta. ſ. oppoſitio. prius. ſimul. mot⁹
et habere. Quoꝝ ſic habetur ſufficientia
quia omne poſtpredicamentū valet ad
noticiā completā predicamentorū vel
ergo valet ad cognoſcendū ea que ſunt
in predicamēto quantū ad ſuū fieri ⁊ ſic
eſt motus: vel quantū ad ſuū eſſe. ⁊ hoc
tripliciter: quia vel valet ad cognoſcen-
dū repugnantiā eoꝝ vel ordinē vel cō
uenientiā. Si repugnantiā ſic eſt oppo
ſitio: per quā cognoſcimus diuerſitatē ⁊
diſtinctionē geneꝝ ⁊ eorum que ponun
tur ſub genere: diſtinctio enī ⁊ diuerſitas
ſemꝑ in aliqua oppoſitione fundantur.
Si ad cognoſcendū ordinē ſic eſt prius
Si ad cognoſcendū conuenientiā hoc
eſt dupliciter: vel valet ad cognoſcendū
conuenientiā inferioꝝ in ſuis ſuperiori
bus ⁊ ſic eſt ſimul. vel accidentiū in ſub
ſtantiā ⁊ ſic eſt habere. Et quia oppoſitio
valet ad cognoſcendū diuerſitatē que
inter gñaliſſima ꝑmo reperit̄. Alia autē
poſtpredicamenta magis valent ad cog-
noſcendū ea que in diuerſis generibus
reponunt̄. Ideo inter poſtpredicamenta
prius determinat̄ de oppoſitione. Se
cundo ſciendum ꝙ oppoſitio capitur du
pliciter. Uno modo vt eſt repugnantia
duaꝝ propoſitionum in quantitate vel q̄
litate. et ſic eſt paſſio ꝓpoſitionis. ⁊ de ta
li oppoſitione non eſt ad propoſitū hic:
ſed de illa determinat̄ in primo tractatu.
Alio mō capitur oppoſitio pro oppoſiti
one rerum ſiue dicibilium incōplexorum
⁊ talis oppoſitio accipitur adhuc duplici
ter: vno mō inquātū valet ad cognoſcē
dū diuerſitatē dicibiliū que ordinant̄
in predicamento: et ſic conſiderat̄ in iſto
tractatu. Alio mō conſideratur inquan-
tū valet ad cognoſcendū habitudines
locales oppoſitorū: ⁊ ſic de ipſa determi
natur in locis dyaleticis. Tercio ſcien
dum ꝙ oppoſitio vt eſt paſſio rerum ſic
ſolet diffiniri. Oppoſitō eſt repugnātia
duorum extremoꝝ non permitentium ſe
ſimul in eodē ſubiecto ⁊ reſpectu eiuſdē:
ſicut contrarietas calidi et frigidi eſt re-
pugnantia caliditatiſ ⁊ frigiditatiſ que nō
ꝑmittunt ſe ſimul in eodem ſubiecto: In
qua diffinitōne ponitur repugnātia loco
generis: repugnātia enim eſt quōdam ſu-
perius ad repugnantiā materialē ⁊ for-
malē que eſt oppoſitio. Deinde ponitur
duorū extremoꝝ ad explicandū ſubiec-
ta vel termios oppoſitōnis q̄ eſt quod d̄
ens reſpectiuū. ⁊ dicitur non ꝑmittentiū
ſe ſimul in eod̄ ſubiecto propter contra-
ria priuatiua ⁊ cōtradictoria. et dicit̄ reſ-
pectu eiuſdē ꝓpter relatiua que ſimul ſe
ꝑmittunt in eodē reſpectu tamen diuer-
ſorum ſic pater ⁊ filius. Quarto ſciē-
dum ꝙ oppoſitio diuiditur in quatuor
ſpēs. ſ. in oppoſitionē relatiuā contrariā
priuatiuā ⁊ cōtradictoriā. Quarum ſic
habetur ſufficiētia: Omnis oppoſitio eſt
repugnantia duorum extremoꝝ vel ergo
eſt inter ens ⁊ ens vl' inter ens ⁊ nō ens.
Si inter ens ⁊ ens hoc eſt dupliciter: vel
illa extrema ſe expellunt ab eodem ſub-
iecto ſm actū tantum ⁊ ſe ꝑmittunt ſcd̄ꝫ
potentiā ⁊ ſic eſt oppoſitio cōtraria. vel
ſe expellunt ſcd̄m actum ⁊ potentiā ſiml'
reſpectu eiuſd̄ ⁊ ſic eſt relatiua oppoſitio
Si īter ens et non ens: hoc eſt dupliciter
vel inter ens ⁊ non ens ſimpliciter ⁊ ſic ē
contradictoria oppoſitio: cuius vnū ex-
tremū eſt nō ens ſimplr. vel inter ens ⁊
nō ens ſm quid et ſic eſt ꝓuatiua oppō.
Contra predicta arguitur primo ſic
quecunq̄ ponūtur in eadē coordinatōe
haber inter ſe conuenientiam ſed ea que
ponūtur in diuerſis p̄dicamentis nō ha
bent inter ſe conuenientiā ergo male di
citur ꝙ poſtpredicamentū eſt coordina-
tio pluriū que reponuntur in diuerſis p̄
dicamentis. Secundo ſic homo ⁊ aſi
nus habent inter ſe repugnantiā et non
ſe ſimul in eodē ꝑmittunt et tñ non op
ponuntur qꝛ non hēnt aliquā ſpēm op-
poſitōis ḡ diffinitō oppōis conuēit alijs
a diffinito. Tercio ſic omē quod hꝫ
ſpēs eſt genus ſꝫ oppoſitio non eſt gen⁹
ergo male dictum eſt ꝙ ipſius quatuor
ſunt ſpēs. Quarto ſic omīa oppoſita
ſemꝑ ſunt relatia qꝛ omē oppoſitū ſem
per refert̄ ad ſuū oppoſitū ⁊ econtra er
go omīs oppſitio eſt relatiua: ḡ male po
nitur vna ſpēs diſtincta ab alijs ſpēbus
oppoſitionis. Quinto ſic membra hu
ius diuiſiōis coincidūt ergo nō eſt bōa
antecedens pꝫ qꝛ albedo ⁊ nigredo con
trariant̄ ⁊ ſimiliter hēnt priuatiuā oppo
ſitionē qꝛ nigrū dicit carentiā albedi
nis ⁊ relinquit aptitudinē ad illā: et ſi
militer nigrū includit non albū quod
coincidit albo. ḡ ibi ſunt tres oppoſitio
nes. Ad primū dr̄ ꝙ illa que ponū
tur in vna coordinatōe ſub aliquo vni
uoco habent conuenientiā ſm rē ⁊ vo
cē ſimul et illa que ſimul ordinant̄ ſub
aliquo equiuoco hēnt conuenientiā ſo
lū ex parte vocis ⁊ hoc mō fit coordia
tio poſtp̄dicamentalis. modo lꝫ illa que
ſunt in diuerſis predicamētis non habe
ant conuenientiā ſm rē ⁊ vocem ſimul
habent tñ bene conuenientiā ſm vocē
⁊ hoc ſufficit vt ſiml' contineant̄ ſub vno
poſtpredicamēto. Ad ſecūdū dr̄ ꝙ
homo ⁊ aſinus non hēnt repugnantiā
formalē ad inuicē ſꝫ materialiter ⁊ vir
tualiter includunt repugnantiam drīaꝝ
aīalis que habent contrarietatē iꝑfectā
ideo hō ⁊ aſinus virtualiter includūt cō
trariā oppoſitionē vel priuatiuā ⁊ pro
prie dicunt̄ diſperata ⁊ non oppoſita.
Ad terciū dr̄ ꝙ lꝫ oppoſitio non ſit
genus ſm rem eſt tñ ſm modum et hoc
mō dicitur habere ſpēs. i. modos ſpērū
qui tamen nō ſunt ſpēs ſm rem. Ad
quartū dr̄ ꝙ ſi conſiderentur oppoſita
quantū ad intentionē cōmunē oppo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

ſiti vel contrarij ſic ſunt relatiua iter ſe.
Sed ſi conſiderentur oppoſita quantū
ad res ſubiectas illis intentionibus ſic
non ſemper opponunt̄ relatie:ſed qn̄qꝫ
contrarie quandoqꝫ priuatiue vel cōtra
dictorie:et qꝛ oppoſitio accipit̄ inter ea
quantuꝫ ad id quod ſunt ⁊ nō ex parte
intentionis ideo non omnis oppoſitio
eſt relatia. Ad quītum dicit̄ ꝙ licet
albedo et nigredo virtualiter includāt
oppoſitioneꝫ priuatiuaꝫ ⁊ cōtradictoriā
tam̄ formaliter ſoluꝫ habent oppoſitio-
nem contrariam:ideo ille oppoſitiones
formaliter non coincidunt.

r Elatiua oppoſitio. Poſt
q̄ auctor poſuit diuiſionem
oppoſitionis in generali de
om̄ibus ſpēbus ſiue modis
eius. hic conſequenter explicat in ſpēali
de illis modis oppoſitionū. Et quia in
oppoſitōe relatiua et contraria extrema
ſunt entia ⁊ in priuatiua ⁊ contradicto-
ria vnum extremuꝫ eſt ens ⁊ aliud non
ens:ideo prius vidēdum eſt de relatia
oppoſitione ⁊ contraria q̄ de alijs:⁊ ite
rum quia in relatiua oppoſitione vnuꝫ
extremoruꝫ eſt in actu ſimul cum alia lꝫ
in diuerſis ſubiectis:in contraria vero
vnum extremū eſt in actu reliquū vero
in potentia:quia cōtraria vt opponunt̄
nunq̄ poſſunt eſſe ſimul in eodem actu:
ideo prius determinandū eſt de relatia
oppoſitiōe de cuius termīatione ſe ex-
cuſat autor eo ꝙ prius ſatis d̄termīatuꝫ
eſt de ipſis relatiuis. Primo ſcien-
dum ꝙ relatia oppoſitio eſt repugnātia
relatiui et correlatiui iter ſe ſicut eſt re-
pugnātia patris ⁊ filij ad ſimul eſſendū
ineodem ſubiecto ⁊ reſpectu eiuſdē licꝫ
in diuerſis ſubiectis poſitas ſe ponant
et pempta ſe perimant. Que autem ſint
relatiue oppoſita dictum eſt prius:quia
ſecundū rem idem ſunt relatia ⁊ relatie
oppoſita. Relatiua auteꝫ ſunt quorum

totum eſſe eſt ad aliud quodaꝫ modo ſe
habere. ſ. ꝙ referantur ad iuiceꝫ ſicut prius
dictuꝫ eſt. Et per hoc differt relatiua op-
poſitio ab alijs oppoſitōibus:qꝛ in rela-
tiua oppoſitione vnum extremum refert̄
ad aliud vt dicēdo pater filij pater ⁊ ecō
tra et etiam ambo extrema ſunt ſimul in
actu quod non ſit in alijs vt patet induc
tiue: albuꝫ eniꝫ non refertur ad nigruꝫ di
cēdo albū nigruꝫ albū:neqꝫ viſus ad ce-
citateꝫ:nec ſedere ad non ſedere et ſic de
alijs: ideo relatiua oppoſitio conuenien
ter diſtinguitur ab alijs. Secundo ſci
enduꝫ ꝙ contrarietas eſt repugnātia du
orum contrariorum inter ſe. et ſunt con-
traria que ſub eodem genere poſita ſunt
et maxime a ſe inuicem diſtant: et eideꝫ
ſuſceptibili viciſſim inſunt a quo mutuo
ſe expellunt niſi alterum inſit a natura.
In qua diffinitione intelligitur oppoſita
loco generis. Deinde dicitur que ſub eo
dem genere poſita ſunt ad differentiam
priuatiuorum et contradictoriorꝫ quorꝫ
vnum eſt ſemper non ens quod non po
nitur ſub genere. Deinde ponitur et ma-
xime a ſe inuicem diſtant ad differētiam
mediorum que ſunt inter contraria. que
in̄quantum media ſunt proprie non con
trariantur extremis ſicut rubeum quod
eſt mediuꝫ albi et nigri non contrariatur
alicui illorum. Deinde ponitur eidem ſu
ſceptibili viciſſim inſunt. i. ſucceſſiue ad
drn̄am relatiue oppoſitorun que nō ſunt
ſucceſſiue circa idem ſubiectum acceptuꝫ
cum proximo fundamento relatiōis. De
inde ponitur mutuo ſe expellunt propter
diſperata quibus conueniunt partes pre
cedentes huius diffinitionis: ſed illa nō
ſe expellunt ab eodē actione propria nec
ſunt contraria. Et ponitur niſi alteruꝫ eo
rum inſit a natura propter contraria que
naturalr̄ inſunt ſuo ſubiecto vt ē calor in
igne qui non poteſt ab eo expelli ⁊ eſt in
eo vt principium eſſentiale eius. Ter

cio ſcienduꝫ q̄ ignis dupliciter poteſt cō
ſiderari: Uno modo ſecundū eſſe ſubālē
vt eſt quoddaꝫ compoſituꝫ ex materia ⁊
forma ſubſtantiali et ſic calor eſt ſibi ac-
cidens ⁊ nō forma ſubſtātialis neqꝫ pn̄-
cipiuꝫ eſſentiale eius quia quod vni eſt
ſubſtantia nulli eſt accidēs:ideo ſi calor
eſſet principium eſſentiale ignis ſeq̄retur
ꝙ nulli eſſet accidens quod eſt falſum.
Alio modo conſideratur vt eſt principiū
actiuum aliorum reſpectu corporum ge-
nerabilium ⁊ corruptibiliuꝫ:⁊ hoc modo
quia ignis agit mediāte calore ſuo calor
dicitur aliquo modo principiū eſſentiale
ignis inquātum eſt actiuus. ⁊ hoc modo
debēt itelligi ea que dicuntur in textu:qꝛ
niſi ſic intelligerent̄ viderētur eſſe fl̄a:q̄a
calor non eſt de eſſentia ignis nec prin-
cipium eius ſi conſideretur inquantū ad
ſuum eſſe ſubſtātiale. Quarto ſciendū ꝙ
duplicia ſunt cōtraria. ſ. mediata ⁊ inme
diata. Mediata ſunt inter q̄ mediat aliq̄
ſpēs ſui generis quodāmodo pticipans
naturam vtriuſqꝫ contrariorū vt inter al
bum ⁊ nigrum mediat rubeum fuſcum et
croceum que q̊dam modo pticipant na-
turaꝫ albedinis ⁊ nigredinis. Et dicūtur
talia contraria mediata: qꝛ habēt mediū
per participatiōeꝫ. Sed contraria inme-
diata ſunt inter que non mediat aliqua
ſpecies ſui generis vt ſanum ⁊ egrum in
ter que non eſt aliqua ſpecies media:ſꝫ
ſemper neceſſe eſt vnum illorum eſſe in
proprio ſubiecto ipſorum quia quodlibꝫ
animal vel eſt ſanum vel egrum ⁊ nō eſt
claudum medium quia in quolibet ani-
mali eſt adequatio humorum ⁊ ſic eſt ſa
num:vel inadequatio et ſic eſt egrum.
Et illa contraria dicuntur immediata per
carentiam medij per participationeꝫ licꝫ
habeant medium per abnegationem de
quo ambo extrema vere negantur vt de
lapide ſimul negatur ſanum et egrum. et
de vtriſqꝫ illorum contrarioruꝫ intelligit̄

diffinitio pri⁹ poſita. Contra predicta
arguit̄ prio ſic nulla oppōita ad ſe iuiceꝫ
conſequuntur:cum vnum deſtruat ali-
ud:ſed relatiua ſe conſequuntur mutuo
cuꝫ ad eſſe vnius ſequatur eſſe alterius
et inter ſe conuertuntur ſecundum exi-
ſtentiam:ergo relatiua nō ſunt oppoſita
Secundo ſic quecumque opponunt̄
habent oppoſitionem ſecundum reſpec
tum vnius ad alteruꝫ:ſed relatiua non
habent oppoſitionem ſecundum reſpec
tum vnius ad alterum: quia reſpectus
vnius ad alterū eſt forma relationis in
qua ambo conueniunt:ergo nulla rela-
tiua opponuntur. Tercio ſic bonum
et malum contrariantur: et tamen non
ponuntur ſub eodem genere:ſed ſunt p̄
ma genera:ergo contraria nō ponuntur
ſub eodeꝫ genere. Quarto ſic contra
dictoria plus diſtant q̄ contraria: ergo
contraria nō maxime diſtant contra dif
finitionem contrariorum. Quinto ſic
calidum et frigidum contrariantur ⁊ ta
men non ſe mutuo expellunt ab eodem
ſubiecto:quia ſimul ſunt in tepido:ergo
male dicitur in diffinitione contrariorū
ꝙ mutuo ſe expellunt ab eodē ſubiecto
Ad primum dicitur ꝙ licet relatiua
quantum ad eſſe in diuerſis ſubiectis
conſequantur ſe inuicem et conuertan-
tur ſecunduꝫ exiſtentiaꝫ:non tamē quā
tum ad eſſe in eodeꝫ ſubiecto:ſed reſpe
ctu eiuſdem ſubiecti opponuntur: ideo
eo modo quo conſequuntur ſe inuicem
non opponuntur. Ad ſecundum di-
citur ꝙ inter relatiua eſt quidam reſpec
tus poſitiuus qui eſt forma relationis
in qua relatiua conueniunt et ſecunduꝫ
talem reſpectum non opponuntur. Ali⁹
eſt reſpectus repugnantie correlatiuorꝫ
ad ſimul eſſe in eodem ſubiecto et ſecū
dum illum reſpectum habent oppoſitō
nem. Ad tercium dicitur ꝙ licet bo
num et maluꝫ non ponantur ſub eodeꝫ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

genere morum: ſed ſint diuerſa genera
in morbus: tñ bene ponuntur ſub eodẽ
genere logico: quia ponũtur ſub prima
ſpecie q̃litatis: vt dicũt habitus bonos
vel malos: ⁊ ſub genere actionis inq̃n-
tum dicunt actus. ⁊ hoc capiendo bonũ
⁊ malum vt capiuntur in moralibus. q̃a
ſi caperentur vt ſunt paſſiones entis ſic
opponuntur priuatiue ⁊ non ponuntur
ſub eodem genere. Ad quartum dr̃
ꝙ licet contradictoria ſimpliciter maxie
diſtent: non tamen ſub eodem genere ſʒ
ſic cõtraria maxime diſtant. Ad q̃n
tum dicitur ꝙ licet in tepido ſit caliduʒ
⁊ frigidum ſecunduʒ eſſe remiſſuʒ: non
tamen ſecundum eſſe in tenſuʒ quo mõ
inter ſe contrariantur.

p Riuatia oppoſitio: Poſt
ꝙ̃ auctor determinauit de rela-
tiua oppoſitione et contraria q̃
rum ambo extrema ſunt duo entia. Hic
conſequẽter determinat de oppoſitiõe
priuatiua et contradictoria quaruʒ vnũ
extremuʒ eſt ens. et aliud non ens. Et
quia in oppoſitione cõtradictoria vnuʒ
extremorum eſt nõ ens ſimpliciter. In
priuatiua vero eſt non ens ſecundũ q̇d
ideo prius videndum eſt de priuatiua
oppoſitione. ꝙ̃ de contradictoria. Item
oppoſitiones poſſunt dupliciter conſi-
derari. Uno modo ex parte repugnãtie
quam important. et quia in contradicti
one eſt maior repugnantia ꝙ̃ in alijs.
ideo hoc modo precedit contradictoria
oppoſitio. deinde priuatiua tercio con-
traria ⁊ vltimo relatiua. Alio mõ conſi-
derantur quantum ad entitateʒ ſuorum
extremoruʒ ⁊ hoc modo relatiua oppo
ſitio prior eſt ſecundo contraria tercio ꝑ
uatiua vltimo contradictoria: Et quia
hic conſiderantur oppoſitiones ex par
te ſuoruʒ extremorũ. ideo hic vltimo in
textu ordinatur ⁊ conuenienter ponitur
oppoſitio priuatiua ante contradictoriã

Primo ſciendum ꝙ priuatiua oppoſi
tio eſt repugnantia habitus ⁊ priuatiõis
ſiue priuatiue oppoſitoruʒ. ⁊ habitus eſt
forma habita in aliquo ſubiecto ſicut eſt
viſus in oculo. Priuatio vero eſt negatõ
forme in ſubiecto cum aptitudine ad illã
ſicut cecitas dicit negationem potẽtie vi
ſiue ⁊ relinquit aptitudinem ad illam: eo
ꝙ relinquit principia remota viſus ⁊ illa
duo. ſ. priuatio ⁊ habitus dicuntur priua
tiue oppoſita. que ſic poſſunt diffiniri. pri
uatiue oppoſita ſunt quorum vnuʒ dicit
negationem alterius cum aptitudine ad
ipſuʒ. Secundo ſciendũ ꝙ aliter diffi
niunt̃ in textu ſic. Priuatie oppoſita ſunt
que circa idẽ ſubiectũ habẽt fieri ordine
irregreſſibili et tempore determiato a na
tura ſicut viſus ⁊ cecitas circa oculuʒ. Cu
ius rõ eſt quia priuatio dicit corruptionẽ
habitus ⁊ principiorum eius in ſuo ſub-
iecto ideo priuatio habet fieri circa ideʒ
ſubiectum ſicut et habitus. ⁊ q̄ corruptõ
preſuppõit illud quod corrũpitur. Ideo
priuatio preſupponit habitum ⁊ habit⁹
naturaliter precedit priuationeʒ. ideo ha
bent fieri in eodem ſubiecto ſecunduʒ or
dinem: ⁊ quia corruptis principijs habi-
tus non poteſt fieri regreſſus in habituʒ.
Et priuatio dicit corruptioneʒ illoruʒ ꝑn
cipiorum: Ideo habitus ⁊ priuatio fiunt
circa idem ſubiectum ordine irregreſſibi
li. ⁊ quia aliquis dicitur habere priuatio
nem quando non habet habitum tempo
re quo debet habere ideo dicitur tempo
re determinato a natura ſicut catulus an
te nouem dies non dicitur cecus quãuis
careat viſu. ⁊ faciliter poteſt videri quid
ſit genus ⁊ differentia in iſta diffinitione

Tercio ſciendum ꝙ duplex eſt priua
tio quedam eſt perfecta que negat habi
tum ⁊ principia propinqua habitus. ⁊ ſo
lum relinquit principia remota ipſius ha
bitus ſicut eſt cecitas reſpectu viſus que
negat viſum ⁊ debitam complexionẽ or-
gani ⁊ de tali priuatione non poteſt fieri
regreſſio in habitum vt dictum eſt. Alia
eſt priuatio imperfecta que negat habi-
tum tantuʒ ⁊ relinquit principia habitus
tam propinqua ꝙ̃ remota vt eſt quies re
ſpectu motus ⁊ de tali priuatione poteſt
fieri regreſſus in habitum et econtra vt
poſt quietem poteſt fieri motus ⁊ ecõtra
Et ſolum de priuatiue oppoſitis in qui-
bus eſt perfecta mutatio datur illa diffi-
nitio priuatiue oppoſitorum: ideo bene
ponitur ordine irregreſſibili ad differen-
tiam contrariorum ⁊ contradictoriorum.

Quarto ſciendum ꝙ contradictio ſic
diffinitur. Contradictio eſt oppoſitio cui⁹
ſecundum ſe non eſt dare mediuʒ. Et po
nitur oppoſitõ loco generis. ⁊ ponitur cu
ius ſecundum ſe non eſt dare mediuʒ ad
differentiam omnium aliarum ſpecierum
oppoſitionis: vbi ſemper poteſt reperiri
medium vel per participationeʒ vel per
abnegationem: quod non poteſt fieri in
contradictione. Cuius ratio eſt quia con
tradictio eſt contradictoriorum repugnã
tia inter ſe: ſed inter contradictoria nullũ
eſt mediuʒ: quia contradictoria ſunt illa
quorum vnum ſimpliciter dicit negatio-
nem alterius ⁊ nihil ponit affirmatiue vt
ſunt ens ⁊ non ens: ſedet ⁊ non ſedet. et
quia inter ens ⁊ non ens ſimpliciter non
poteſt eſſe medium: ideo in contradictio
ne non poteſt reperiri medium: ⁊ hoc ſi-
bi cõuenit per ſe primo ⁊ non ratione ali
cuius oppoſitionis precedentis: ideo di-
citur ꝙ ſibi conuenit ſecundum ſe. Et per
hoc habetur intellectus diffinitionum il
larum oppoſitionum precedentium.

Contra predicta arguitur primo ſic ra
tionale ⁊ irrationale priuatiue opponunt̃
ſimiliter equale ⁊ inequale: ⁊ tamen non
habent fieri circa idem: ergo male ponit̃
diffinitio priuatiue oppoſitorum. Se
cundo ſic: illud quod eſt non ens non po
teſt fieri: quia factio terminatur ad eſſe
rei: ſed priuatio eſt non ens: ergo nõ ha
bet fieri circa aliquod ſubiectuʒ. Ter
cio ſic ſcientia ⁊ ignorantia opponuntur
priuatiue: quia ignorantia eſt priuatio
ſcientie: ⁊ tamen de ignorantia poteſt fi
eri naturaliter regreſſus in habitum. ſ.
ad ſcientiam: ſicut cum aliqui ſunt ꝑmo
ignorantes poſtea efficiuntur ſcientes ꝑ
ſtudiuʒ: ergo priuatiue oppoſita nõ ſem
per fiunt ordine irregreſſibili. Quar-
to ſic: omnis oppoſitio habet duo extre
ma: ſed contradictio non habet duo ex
trema: cum ſit inter ens ⁊ nõ ens ſimpli
citer: modo non ens non eſt vnuʒ extre
mum ergo contradictio non eſt oppoſi
tio. Quinto ſic in oppoſitione con-
trariorum immediatoruʒ non reperitur
mediuʒ: ergo diffinitio contradictionis
conuenit alijs a diffinito. Ad primuʒ
dicitur ꝙ licet rationale ⁊ irrationale ſe
cundum modos ſignificandi ⁊ intelli-
gendi quibus cognoſcuntur a nobis. ſ.
vnum per negationem alterius ſint ali-
quo modo priuatiue oppoſita: tamen ſe
cundum id quod ſunt non ſunt priuati-
ue oppoſita cum ſint forme poſitiue: ſed
magis habent rationem contrarioruʒ: ⁊
eo modo quo priuatie opponũtur ſunt
circa idem in genere licet non in ſpecie
vel in numero. Ad ſecunduʒ dicitur
ꝙ licet priuatio non fiat per ſe. tamẽ be
ne per accidens. ſ. per corruptionem ha
bitus: quare etiam non eſt ens niſi per
accidens ⁊ ſecundum quid. Ad ter
cium dicitur ꝙ ſcientia et ignorantia pri
uatiue opponuntur priuatione imperfec
ta et ſolum de priuatione perfecta datur
iſta diffinitio. Ad quartum dicitur
ꝙ licet non ens ſimpliciter non ſit vnuʒ
extremum ſecundum rem: tamen ſecun
dum intellectum qui concipit non ens
per negationem eius non ens bene eſt
vnum extremum oppoſitionis: quia ta
men non eſt vnuʒ extremuʒ ſecluſo ope

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

re intellectus. ideo ſine opere rõis con-
tradictio non hꝫ eſſe in rebus completũ
in actu ſed in potentia tantum ⁊ perfici
tur in actu per intellectum. Ad quin
tum dicitur ꝙ licꝫ inter contraria imme
diata non ſit medium per participatio-
neꝫ: eſt tamen mediuꝫ per abnegationẽ
de quo poteſt vere negari vtrũqꝫ extre
morum ⁊ inter contradictoria nulluꝫ eſt
ſimpliciter medium.

p Rius dicitur multis mo
dis. Poſtꝙ autor determina
uit de poſtpredicamento oppo
ſitionis quod ſimpliciter valet ad cog-
noſcendum diſtinctionem ⁊ diuerſitatẽ
dicibilium incomplexorum que ponun
tur in predicamento. hic conſequenter
determinat de poſtpredicamento prio-
ris quod valet ad cognoſcendum ordi
nem illorum dicibilium: aſſignans quin
que modos eius qui his verſibus con
tinentur. Tempore natura prius ordi-
ne dic ⁊ honore. Cauſam cauſato dicimꝰ
eſſe prius. Et licet poſterius ſit vnum
poſtpredicamentum: tamen quia prius
⁊ poſterius opponuntur relatiue: ideo
tot modis dicitur vnuꝫ quot modis di
citur ⁊ reliquum: ⁊ cognito vno oportet
cognoſcere aliud: ideo per diſtinctionẽ
modorum prioris ſatis habetur diſtinc
tio modorum poſterioris: nec erit ſpeci
aliter determinandum de ipſo poſteri-
ori. Primo ſciendum ꝙ primus mo-
dus ⁊ ſecundus prioris ſic differunt in-
ter ſe quia prius primo modo quod eſt
prius tempore dicitur illud cuius dura
tio precedit durationem alterius: ſiue il
la duratio precedat ſm tempus proprie
dictum ſiue ſm tempus captum pro eter
nitate vt aliquis ſenior altero dicitur p̂
or illo ſm tempus ⁊ durationem illius.
et valet ille modus ad cognoſcendum
ordinem inter vniuerſalia que ſunt per
petua ⁊ ſingularia que ſunt corruptibi-
lia et temporalia. vniuerſale enim quod
eſt ſemper eſt prius duratione quolibet
ſuorum indiuiduoruꝫ quod poſt nõ eſſe
accipit eſſe. Sꝫ prius ſecundo modo qḋ
eſt prius natura dicitur illud quod non
conuertitur ſecundum exiſtendi conſe-
quentiam: vel eſt illud quod requiritur
ad eſſe alterius ⁊ alteruꝫ non requiritur
ad eſſe eius: ſicut vnuꝫ eſt prius duobus
Et dicitur conſequentia exiſtendi in qua
ad eſſe vnius ſequitur eſſe alteriꝰ vt ho-
mo eſt: ergo animal eſt. Et dicitur conuer
ti debite talis conſequẽtia quando ſicut
ad eſſe primi ſequitur exiſtentia ſecundi
ita ad exiſtentiaꝫ ſecundi ſequitur eiſten
tia primi: vt hic hõ eſt: ergo riſibile eſt: et
econtra: riſibile eſt. ergo homo eſt. Et va
let ille modus generaliter ad cognoſcen
dum ordinem ſuperioris ad inferius: qꝛ
omne ſuperius eſt hoc modo prius ſuis
inferioribus. Secundo ſciendū ꝙ ter
ciꝰ modus ⁊ quartus ſic inter ſe differunt
quia prius tercio modo dicitur quod eſt
prius alio ordine compoſitionis vel doc
trine: ſicut illud quod eſt ſimplicius alio
ſicut principia ſunt priora concluſionibꝰ
⁊ littere ſillabis: ⁊ ſillabe dictionibus. Et
dicitur tale prius prius ordine capiendo
ordinem ſpecialiter pro ordine compoſi
tionis vel doctrine: vbi proceditur a ſim
plicibus ad compoſita et non capiendo
ordinem generaliter pro quocũque ordi
ne rei vel rationis. ⁊ per hunc modũ cog
noſcimus ordinem generis ⁊ differentia
rum ad ſpeciem que ex ipſis componitur
Sed prius quarto modo quod eſt prius
honore dicitur illud quod eſt perfectius
et honorabilius alio quod dicitur prius
ſecundum perfectionem vt homo virtu
oſus dicitur prior homine non virtuoſo
et hoc modo omne inferius cum ſit per-
fectius ſuo ſuperiori dicitur prius ſuo ſu
periori. et ſic ille modus valet ad cogno
ſcendum ordinem ſpecierum ad ſua ſupe
riora. Tercio ſciendum ꝙ prius quin
to modo quod eſt prius cauſalitate dici
tur quod conuertitur ſm exiſtendi conſe
quentiam: ⁊ tamen vnuꝫ eſt cauſa alteri
us vt homo et riſibile conuertuntur ſm
exiſtendi conſequentiaꝫ. et tamen homo
eſt cauſa riſibilis: ⁊ etiaꝫ veritas oratio-
nis ⁊ res ſignificata per eam que eſt com
poſitio predicati cuꝫ ſubiecto conuertun
tur ſm eſſe ⁊ tamen res ſignificata p ora
tionem eſt cauſa veritatis orationis. Ab
eo enim ꝙ res eſt vel non eſt oratio dicĩ
vera vel falſa: quod intelligenduꝫ eſt nõ
de re ſubiecti vel predicati ſed de re for-
maliter ſignificata per orationem: vt eſt
inherentia vel compoſitio predicati cum
ſubiecto. Et valet ille modus ad cogno-
ſcenduꝫ ordinem differentie ad ſpeciem
⁊ ſpeciei ad ſua accidentia propria: ⁊ dif
fert ab omnibus modis precedentibus:
quia in iſto conuertitur exiſtendi conſe-
quentia quod non fit in alijs preceden-
tibus. Quarto ſciendum ꝙ illoruꝫ mo
doruꝫ prioris ſic habetur ſufficientia. qꝛ
omne prius vel ſumitur ſecunduꝫ ordi-
neꝫ diſcipline ⁊ cognitionis ⁊ ſic eſt terti
us modus: vel ſm ordineꝫ rei: ⁊ hoc du-
pliciter. vel ſumitur ex parte eſſe rei vel
ex parte conſequentiuꝫ ipſuꝫ eſſe. vt ſunt
perfectio ⁊ cauſalitas. Si primuꝫ hoc eſt
dupliciter. vel ſumitur ex parte ẽe rei ſim
pliciter ⁊ abſolute ⁊ ſic eſt ſecundus mo-
dus. vel ſecunduꝫ durationeꝫ eſſe illius:
⁊ ſic eſt primus modus. Si ex parte con
ſequentiuꝫ hoc eſt dupliciter. vl' ſumitur
ſm moduꝫ perfecionis et ſic eſt quartus
modus. vel cauſalitatis ⁊ ſic eſt quintus
modus. Et ſic patet de modis prioris:

Sed contra predicta arguitur primo
ſic in tempore non eſt prius nec poſteri-
us quia de tempore non habemus niſi
nunc in quo non eſt prius neque poſte-
rius. cum ſit indiuiſibile ergo nihil dicĩ
prius tempore. Secundo ſic omne ſu
perius eſt ſecundo modo prius ſuo infe
riori ⁊ tamen inter ſuperius et inferius
conuertitur conſequẽtia ſubſiſtendi qꝛ
ſicut ſequiĩ inferiꝰ eſt ergo ſuperius eſt
et econtra ſi ſuperius eſt inferius eſt er
go male diffiniĩ prius natura quod non
conuertitur ſecundum exiſtendi conſe-
quentiam. Tercio ſic omne prius eſt
prius ſecundum ordineꝫ ergo prius or
dine non eſt modus diſtinctus ab alijs

Quarto ſic ſpecies eſt perfectior et
honorabilior genere ⁊ tamen non eſt p̂
or illo. cum principiatum non precedat
principium. ergo male dicitur ꝙ hono-
rabilius et melius dr̄ prius quarto mõ

Quinto ſic eoruꝫ que ſunt ſimul vnũ
non eſt prius alio ſed ea que conuertun
tur ſecundum eſſe ſimul ſunt. ergo vnuꝫ
nõ eſt prius vt in quinto modo dicitur.

Ad primuꝫ dicitur ꝙ licet de tempo
re non ſit niſi nunc in actu ⁊ in facto eſſe
tamen ſecundum ſucceſſionem ⁊ ſecun-
dum potentiam ſunt plures partes tem
poris vt preteritum ⁊ futurum que ſunt
in fieri ex fluxu ipſius nunc. Ad ſe
cundum dicitur ꝙ licet inferius ⁊ ſupe-
rius ſi conſiderentur quantum ad inten
tiones ſuperioris ⁊ inferioris ſic conuer
tantur ſecundum exiſtendi conſequen-
tiam. eo ꝙ hoc modo ſunt relatiua non
tamen cõuertuntur ſi conſiderantur q̄n
tum ad naturas eoruꝫ ſed ſuperius pre
cedit inferius. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ
licet omne prius ſecundum ordineꝫ ge
neraliter acceptum ſit prius. non tamen
ordine doctrine vel compoſitionis de
quo ordine ſolum eſt hic propoſitum.

Ad quartum dicitur ꝙ licet ſpecies
via generationis non ſit prior genere. ta
men ordine perfectionis illa prior eſt.

Ad quintum dicitur ꝙ licet ea que
conuertuntur ſecundum exiſtendi con-
ſequentiam ſunt ſimul tempore non tñ
ſunt ſimul natura. quia cum vnuꝫ eſt cã

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

alterius eſt prius natura alio: cuꝫ om̄is
cauſa natura precedat ſuuꝫ effectum.

Simul autem dicitur.

s Poſtꝙ̄ auctor determiauit de
poſtpredicamento prioris et
poſterioris quod valꝫ ad cognoſcendū
ordinem ſuperioris ⁊ inferioris inter ſe
Hic conſequenter de trminat de poſtp̄
dicamēto ſimul quod valꝫ ad cognoſcē
dum conuenientiam pluriuꝫ inferioruꝫ
in ſuo ſuperiori: aſſignans tres modos
eiꝰ qui in his verſibus continent̄. Tp̄re
dico ſimul quorum generatio nunc eſt:
Suntqꝫ ſimul ſpecies genus vnuꝫ con
diuidentes: Que conuertuntur dicimus
eſſe ſimul. Et horum modoruꝫ ſic habe
tur ſufficientia: quia quecunque ſunt ſi-
mul ſunt ſimul natura vel tempore. Si
ſimul tempore ſic eſt primus modus. ſi
ſimul natura hoc eſt dupliciter: vel talia
ſunt ſimul natura diuiſionis: ⁊ ſic eſt ter
cius modus: vel natura relationis ⁊ ſic
eſt ſecundus modus. Primo ſcien
dum ꝙ ſimul dupliciter accipitur. Uno
modo pro quacunque conuenientia du
orum in vno tercio vt cōprehendit om
nia illa quecunque ſunt aliquo modo
ſimul. et hoc modo continentur ſub ip̄o
ſimul in loco et ſiml' in ſpacio et ſimul in
motu qui hic non enumerantur. Alio
modo capitur ſpecialiter ſolum vt ſe ex
tendit ad modos ſimul qui valent ad
cognitionem predicamentorum haben
dam et hoc modo hic conſideratur et
non primo modo: et quia eſſe ſimul in
motu vel eſſe in loco non requiritur ad
noticiam predicamentorum: eo ꝙ pro-
prie conueniunt ſolum indiuiduis que
ſunt corruptibilia: et non habent eſſe in
predicamento tanquaꝫ dicibilia. ſed vt
ſubicibilia tantuꝫ: ideo hic illi modi nō
enumerantur. Secundo ſciendum
ꝙ ſimul tp̄re dicantur aliqua quorum
generatio eſt in eodem tempore: ⁊ etiam
tota duratio: vt ſunt illa que ſimul gene-
rantur ⁊ corrumpuntur vt homo ⁊ riſibi
le dicuntur ſimul tempore. et debet intelli
gi ꝙ eorum generatio ſit in eodem tem-
pore tam ſecundum eſſe ꝙ̄ ſecundum eſ-
ſentiam: ita ꝙ ſit in eodem inſtanti tem-
poris: ⁊ ſimiliter corruptio eorum: et non
ſufficit ꝙ generatio eorum ſit in eodem
tempore ſecundum eſſentiam: quia cum
ſit tantum vnuꝫ tempus ſecundum om-
nium temporalium ſequeretur ꝙ omnia
preterita ⁊ futura eſſent ſimul tempore.

Tercio ſcienduꝫ ꝙ ſimul ſecundo mō
dicuntur illa que conuertuntur et neutrū
eſt cauſa alterius: vt ſunt relatiua que ſi-
mul ponuntur in eſſe ⁊ non in eſſe: et in-
ter ſe non conuertuntur ſm ſuppoſita ſic
ꝙ de ſe inuicem verificentur: ſed conuer
tuntur ſm exiſtendi conſequentiaꝫ: quia
ſicut ad eſſe vnius ſequitur eſſe alterius
ita econuerſo: ⁊ neutruꝫ eſt cauſa alterius
eo ꝙ vnum non precedit naturaliter ali-
ud: nec poteſt habere eſſe niſi ponatur ſu
uꝫ correlatiuuꝫ. Et illa que ſic dicuntur
ſimul habent oppoſitioneꝫ ad duos mo-
dos prioris. ſ. ad ſecundum et quintuꝫ: iō
hic ponitur que conuertuntur ad differē
tiam ſecundi modi prioris ⁊ neutrum eſt
cauſa alterius ad differentiam quinti. et
primus modus ſimul opponitur primo
modo prioris. Quarto ſcienduꝫ ꝙ ſi
mul tercio modo dicuntur que ecōtrario
condiuidunt aliquod genus: vt ſunt due
differentie vel due ſpecies eiuſdem gene
ris: ⁊ ille ſpecies vel differentie poſſunt
dupliciter conſiderari. Uno modo com-
parando illa inter ſe: ⁊ ſic vna ſemper eſt
prior alia via perfectionis: cum vna ſem
per ſit perfectior altera. Alio modo con
ſiderantur inquantuꝫ conueniunt in ſuo
genere in quo eſſentialiter continentur et
ſunt equalis perfectōnis: et ſic ſunt ſimul
perfectōe nec vna eſt p̄fectior alia vl' pos
vl poſterior: ideo iſte modꝰ ſimul poteſt
dici perfectione ⁊ opponitur quarto mo-
do prioris quo aliquid dicitur prius ho
nore vel perfectione. Et per hoc ſatis pa
tet declaratio diuiſionis ſimul ⁊ modorū
eius. Sed contra predicta arguitur
primo ſic ſimul et prius opponuntur: qꝛ
ſimul dicit negationem prioris ⁊ poſteri
oris relinquens aptitudineꝫ ad illa: ergo
tot mōis dicit̄ ſil' quot mōis dicitur p̄us
ꝙ̄ ſicut ſunt quinque mōi prioris: ita de-
bent eſſe quinque modi ſimul. Secū
do ſic illa que conuertuntur et neutrum
eſt cauſa alterius ſunt ſimul tempore cuꝫ
generatio ⁊ corruptio eorum ſit in codeꝫ
inſtanti temporis: ergo ſecundus modꝰ
ſimul ⁊ primus coincidunt: ergo illi tres
modi non bene diſtinguntur. Tercio
ſic puer et ſenex nunc viuentes ſunt ſiml'
tempore: cum ſint in eodem nunc: ⁊ tamē
eorum generatio non fuit in eodem tem
pore ergo male diffinitur primus modus
ſimul. Quarto ſic cauſa eſt ad cuius
eſſe ſequitur aliud: ſed ad eſſe vnius rela
tiui ſequitur eſſe alterius: ergo vnuꝫ eſt
cauſa alterius: ergo contra ſecunduꝫ mo
dum. Quinto ſic quecunque ſunt ſiml'
in aliquo ſimul conueniunt: ſed illa que
diuidunt econtrario vnum genus nunꝙ̄
ſunt ſimul in eodem neqꝫ conueniunt in
aliquo vno: qꝛ opponuntur inter ſe: ergo
male aſſignatur tercius modus ſimul.

Ad primuꝫ dicitur ꝙ licet ſimul priua
tiue oppōatur priori ⁊ poſteriori: et ideo
ſecundum rem poſſunt poni tot modi ſi-
mul quot ponuntur prioris ⁊ poſterioris
tamen ſecundum vſuꝫ accipiendo ſimul
vt valet ad cognitionem predicamento
rum hic ſolum aſſignantur tres modi ſi-
mul. Ad ſecundum dicitur ꝙ licet ea
que conuertuntur ſecunduꝫ exiſtendi cō
ſequentiā ſint ſimul tempore: tamen alia
ratione dicuntur ſimul tempore et ſimul
natura: qꝛ inquantū ſiml' producuntur in
eodē inſtanti dicuntur ſimul tempore: ⁊
inquātuꝫ intelliguntur ſimul eſſe ſub ali
qua natura dicuntur ſimul natura: ideo
illi mōi nō coincidunt. Ad terciū di
citur ꝙ licet puer ⁊ ſenex nunc viuentes
ſint ſimul tempore ſecundum aliquam
partem ſue durationis. non tamen ſecū
dum totam durationem eorum: ſed vnꝰ
eſt prior alio tempore. Ad quartum
dicitur ꝙ licet ad eſſe vnius relatiui ſe-
quatur illatiue eſſe alterius: non tamen
ſequitur cauſaliter: ⁊ ſecundum naturaꝫ
quo tamen mō effectus ſequitur ad ſuā
cauſam. Ad quintum dicitur ꝙ licet
ea que opponuntur nō poſſint eſſe ſiml'
in eodem numero tamen bene poſſunt
eſſe in eodem genere: et hoc modo ſunt
ſimul illa que cōdiuidunt aliquod genꝰ
quia ſimul ſunt in natura communi im-
portata per genus.

Motus ſex ſunt ſpecies.

Poſtꝙ̄ autor determina-
m uit de modis oppoſitōnis
prioris ⁊ ſimul que valent
ad cognoſcenduꝫ dicibilia incomplexa
quantum ad ſuum eſſe. hic conſequen-
ter determiat de motu qui valet ad cog
noſcendum illa quantum ad ſuum fieri
Illorum enim dicibiliuꝫ aliqua cauſan
tur ex alijs per motuꝫ rationis: ſicut plu
res ſpecies ab codeꝫ genere. Alia vero
per motum realem: ſicut accidentia cau
ſantur a ſubſtantia per motum. Et pri-
mo enumerātur ſex ſpecies motus que
in hijs verſibus continentur. Auget di
minuit corrumpit ⁊ generatur. Alterat ⁊
mutat ſic per multa loca vagatur. Iſtis
ſex modis dicitur eſſe motus. Et illaruꝫ
ſpecierum ſufficientia ſic haberi poteſt.
Quia omnis motus fit inter duos ter-
minos: vel ergo illorum terminorum
vnus eſt affirmatiuus et alius negati-
uus: vel ſunt ambo affirmatiui.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Si primum tūc hoc eſt duplr. Quia vt
terminus ad quem eſt affirmatiuus: et
ſic eſt generatio: Uel terminus a quo: ⁊
ſic eſt corruptio. Si ambo termini ſunt
affirmatiui: hoc eſt dupliciter: vel talis
motus fit ad formam reſpectiuam et ſic
eſt loci mutatio que fit ad vbi. Uel ad
formam abſolutam. ⁊ hoc eſt dupliciter
vel ad qualitatem: et ſic eſt alteratio.
Uel ad quantitatem: et hoc dupliciter:
vel ad quantitatem perfectam: ⁊ ſic eſt
augmentatio: vel ad quantitatem im-
perfectam: ⁊ ſic eſt diminutio. Pri-
mo ſciendum ꝙ generatio eſt ꝓgreſſio
de non eſſe ad eſſe: vt cum fit mutatō dē
non eſſe aque ad eſſe eius ꝑ mutatōnez
ſubiecti. Et capitur ibi progreſſio non
ſpecialiter ſcilicet pro motu progreſſiuo
animalis: ſed generaliter pro quacunq̧
mutatione in qua aquiritur forma poſt
formam in aliquo ſubiecto. Et ponitur
ibi progreſſio loco generis: ⁊ de nō eſſe
ad eſſe ad explicandum terminum a q̊
aut terminum ad quem generationis.
et capit̄ ibi non eſſe nō prout negat ge-
neral̄r oē eſſe: ſed ſoluz prout negat eſſe
in actu: ⁊ relinq̄t eſſe in potentia: quia
generatio fit de nō eſſe in actu eſſe tam̄
in potentia ad ē̄e in actu. Et ꝑ oppoſitū
corruptio eſt progreſſio de eſſe ad non
eſſe vbi pōitur progreſſio loco generis:
⁊ de eſſe ad non eſſe ad differentiā ali-
arum ſpecieꝝ motus. Secūdo ſci-
endum ꝙ augmētatio dicitur p̄exſtētis
quantitatis additam̄tum: et ratio eſt q̄a
augmētatio eſt motus de minore quā-
titate ad maiorem: ſed q̄ntitas non pōt
fieri maior niſi per additionez alicuius
partis quantitatis. Et per oppoſitum
diminutio eſt preexſtentis quantitatis
minoramentum. Et ratio eſt quia ille
motus eſt de maiore quantitate in mi-
norem: ⁊ maior q̄titas non poteſt fieri
minor niſi per remotionez alicuius ꝑtis

eius: ideo fit ibi minoramentum preexi-
ſtentis quantitatis eius. Unde in hoc
conueniunt augmentatio et diminutio
quia ſunt ad quantitatem. et differūt in
hoc quia vna fit ad q̄titatem perfectam
⁊ alia ad imperfectaz. Tercio ſcien-
dum ꝙ alteratio eſt mutatō ab vna con-
traria qualitate in aliam contrariam vel
in mediam. ⁊ ponitur mutatio loco ge-
neris ⁊ reſiduum ponitur ad differentaz
aliorum motuum: quorum nullus fit ad
q̄litatem. ⁊ non requiritur ꝙ qualitates
inter quas eſt alteratio ſint contrarie ſm
eſſentiam ⁊ ſpeciez: ſed ſufficit ꝙ ſint cō-
trarie ſecundum perfectuz ⁊ impfectum.
iō ibi ponitur vel in qualitatē mediā. q2
alique qualitates medie non cōtrariant̄
extremis ſecundum ſpēm. ſed tantū ſm
eſſe perfectum vel imperfectū. ⁊ in aliq-
bꝰ eſt contrarietas ſcd̄m ſpeciez vt inter
albedinez ⁊ medios colores. Quar-
to ſciendum ꝙ loci mutatio eſt mutatō dē
vno loco ad alium locum. ⁊ talis motus
extrinſece terminatur ad locum. intriſece
vero terminatur ad vbi quod cauſatur a
loco: ideo talis motus reductiue eſt in p̄-
dicamento vbi: et per hoc differt ab alijs
motibus. Et diuiditur in ſex ſpecies. ſ. in
motum ſurſum deorſum ante ⁊ retro dex
trum ⁊ ſiniſtruz. Cuius ratio eſt quia mo
tus diuiditur ſecundum diuiſionem ter-
mini ad quem: ſed vbi eſt terminus ad
quez motus localis qui diuiditur per ſur
ſum et deorſum et ſic de alijs: ergo mo-
tus localis conuenīēter diuiditur ꝑ has
ſpecies et differentias. Unde ſurſum et
deorſum ſi capiantur pro locis illis ſunt
in predicamento quantitatis. et ſi capian
tur prout dicunt rez in talibus locis eſſe
ſunt in predicamento vbi. Sed ſi capian
tur vt dicunt ſituatiōes in illis locis ſunt
differentie poſitionis et de predicamēto
ſitꝰ ⁊ hoc vltīo mō non ſunt termini motꝰ
localis: ſed ſecundo mō. Et per hoc patz

que ⁊ quot ſunt ⁊ quomodo diffiniūtur
ſpecies motus. Sed contra predicta
arguit̄ primo ſic oīs motꝰ eſt cōtinuus et
diuiſibilis cum in tp̄re fiat: ſed generatō
non eſt diuiſibilis: ſed fit in inſtanti. ⁊ ſi-
militer corruptio: ergo generatio et cor-
ruptio non ſunt ſpēs motus ⁊ ſic per con
ſequens ille ſpecies male enumerantur.

Secundo ſic dum aqua generatur
ex aere: eſt ibi generatio: ⁊ tamen ipſa fit
ab eſſe aque ad eſſe aeris: ergo male dr̄
ꝙ generatio fit de non eſſe ad eſſe.

Tercio arguitur ſic in ebulitiōe lac-
tis eſt argumentatio: ⁊ tamen ibi non fit
additamentum preexn̄tl quantitati ergo
male diffinitur augmētatio. Quarto
ſic mutatio de minus albo ad magis al-
bum eſt alteratio ⁊ tm̄ non fit mutatio de
vna qualitate in aliam contrariaz nec in
mediam: quia albuz ⁊ albius non contra
riantur: ergo male ponitur diffinitio alte
rationis. Quinto ſic celum mouetur
motu locali: et tamē non mutatur de vno
loco in alium: ſed ſemper manet in eodē
loco: ergo contra diffinitionem loci muta
tionis. Ad primum dicitur ꝙ ſi motus
capiatur ſpecialiter pro motu ſucceſſiuo
qui ſemper fit inter terminos affirmatios
ſic omnis motus eſt diuſibilis ⁊ ſic gene
ratio ⁊ corruptio non ſunt motus: ſed ſi
capiatur generaliter tm̄ pro omni muta-
tione inſtantanea ſiue ſucceſſiua ſicut in
propoſito capitur ſic generatio et corrup
tio bene ſunt motus. Ad ſecunduz di
citur ꝙ cum aqua generatur ex aere illa
generatio fit ab eſſe aeris tanquam a ter
mino extrinſeco: ſed a non eſſe aque tā-
quam a termino intrinſeco ⁊ proprio a q̊
magis denominatur q̄ꝫ a termino extrin
ſeco. Ad tercium dicitur ꝙ licet in tali
augmentatione que fit per ebulitionem
lactis vel per rarefactioem non ſit addi-
mentum ſubſtantie eſt tamen addimen-
tum partium quantitatis. Ad quartū

dicitur ꝙ licet minus album ⁊ magis al
bum non contrarientur ſecundum eſſen
tiam cum ſint eiuſdez ſpeciei: tamē con
trariantur ſecundum eſſe qualitatis per
fectum ⁊ imperfectum quod ſufficit ad
motum. Ad quintum dicitur ꝙ licet
celum ſecunduz ſe totuz non moueatur
ab vno loco in alium: tamen mutatur ſe
cundum ſuas partes: ⁊ ideo ſibi attribu
itur motus localis.

Sequitur habere.

b Abere autez dicitur ſep
tez modis. Poſtq̄ꝫ autor
detiauit de motu. hic conſe
quēter detiat de quīto poſt
predicamento ⁊ vltimo. ſ. de habere: et
ratio ordinis eſt quia motus valet ad
cognoſcendum quomodo accidentia a
ſubſtantia cauſantur. habere vero valet
ad cognoſcendum reductionem accidē
tium ad ſubſtantiam. Et quia illa acci-
dentia prius cauſantur q̄ꝫ ad aliud re-
ducantur: ideo conuenienter determina
tur de poſtpredicamento habere poſt
motum. Primo ſciendum ꝙ habere
dupliciter accipitur. Uno modo genera
liter vt ſe extendit ad omnes ſuos mo-
dos: et ſic ponitur reductiue in diuerſis
predicamentis: ⁊ ſic ponitur vnum poſt
predicamentuz. Alio modo capitur ſpe
cialiter ſolum pro tercio modo habere
prout eſt corporuz ⁊ eoruz que circa cor
pus ſunt adiacentia: et ſic eſt vnum pre
dicamentuz ab alijs diſtinctum de quo
prius determinatum eſt: et hoc vltimo
modo non capitur hic: ſed primo modo
ideo conuenienter ponitur poſtpredica
mentum. Secundo ſciendum ꝙ illi
us habere ſeptez modi ponuntur in tex
tu in his verſibus contenti. Affectum
quantum veſtitum nunc velut aurum.
Mēbruz contētuz poſſeſſio. vir mulierē

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quibus omni et in quibus nulli non in-
fert foꝛmaliter aliquaꝫ concluſionem. qđ
ſic pꝛobatur. quia ſi dicatur ꝙ in tali com
binatione ſequitur aliqua concluſio foꝛ-
maliter vt puta vniuerſalis affirmatiua
in terminis in quibus omni arguitur ſic.
Quicquid ſequitur foꝛmaliter in aliqua
diſpoſitione ſemper ſequitur in omnibus
terminis: ergo ſi ſequatur in tali combi-
natione vniuerſalis affirmatiua conclu-
ſio per aduerſarium: tunc illa ſequitur in
omnibus alijs terminis in tali diſpoſitio
ne. ergo illa ſequetur acceptis terminis
in quibus nulli: et vltra in illa combinati
one antecedens eſt verum ergo conſe-
quens eſt verum quia ex vero non ſequi
tur niſi verum. ergo in terminis in quibꝰ
nulli vniuerſalis affirmatiua concluſio
ſtabit in veritate cum duabus pꝛemiſſis
et etiaꝫ vniuerſalis negatiua de nullo fac
ta ex eiſdem terminis. et ille due erunt cō
trarie: ergo due contrarie ex quibꝰ ſequū
tur due cōtradictoꝛie ſtabunt ſimul in ve
ritate quod eſt impoſſibile. Et ſic ducere
tur aliquis ad contradictoꝛia. qui diceret
combinationem valere in qua reperiun-
tur ſimul termini in quibus omni et in
quibus nulli. Quarto ſciendum ꝙ ſe-
cunda regula eſt ꝙ in tercia figura non
concluditur niſi particulariter: cuius ratō
eſt: quia ſi ibi concluderetur vniuerſaliter
argueretur a non diſtributo ad diſtribu-
tum ex parte minoꝛis extremitatis que
nunquam diſtribueretur in minoꝛe pꝛe-
miſſa cum ſit pꝛedicatuꝫ pꝛopoſitionis af
firmatiue: quia opoꝛtet ſemper minoꝛeꝫ
eſſe affirmatiuam vt dictum eſt et tamen
diſtribueretur in concluſione cū eſſet ſub
iectum pꝛopoſitionis vniuerſalis. Item
ſuperioꝛa vniuntur in inferioꝛi particula
riter tantum et non vniuerſaliter. ſed me
dium tercie figure eſt inferius ad ambas
extremitates ergo extramitates per ip-
ſum ſolum vniuntur particulariter et ex
tali medio non poteſt concludi vniuer-
ſaliter. Sed contra pꝛedicta arguitur
pꝛimo ſic. fruſtra fit per plura quod po-
eſt fieri per paucioꝛa ſed quelibet con
cluſio ſufficienter concludi poteſt p pꝛi-
mam et ſecundam figuras. ergo tercia
figura ſuperfluit et non eſt ponenda.

Secundo ſic omne mediuꝫ alicuius
ſilogiſmi eſt vnitiuum extremitatuꝫ eiꝰ
ſed illud quod ſubicitur vtriqꝫ extremo
rum non eſt vnitiuum reſpectu ipſoꝛuꝫ
quia ſe habet per moduꝫ materie ⁊ ma
teria non eſt vnitiua ſed vnitur per foꝛ
mam ergo male dicitur ꝙ medium ter-
cie figure ſubicitur vtriqꝫ extremoꝛum

Tercio ſic omnes pꝛemiſſe inferen
tes aliquam concluſionem tranſpoſite
ad huc inferunt illam concluſionem. er
go pꝛemiſſe de felapton tranſpoſite in-
ferre poſſunt particularem negatiuam
ergo minoꝛe exiſtente negatiua in ter-
cia figura aliquid ſequitur. Quarto
ſic bene ſequitur omne rationale currit
omne rationale eſt homo. ergo omnis
homo currit quia ex oppoſito conſequē
tis ſequitur oppoſitum antecedentis: er
go in tercia figura poteſt concludi vni-
uerſaliter. Quinto ſic in omni modo
ſilogiſmi poteſt eſſe vniuerſalis affirma
tiua concluſio ⁊ vniuerſalis negatiua er
go in omni modo ſunt reperibiles ter-
mini in quibus omni ⁊ in quibus nulli
et tamē non eſt cōbinatio inutilis: ergo
non omnis combinatio in qua poſſunt
reperiri tales termini eſt inutilis. Ad
pꝛimum dicitur ꝙ licet quelibet conclu
ſio in ſpecie poſſet ſufficienter concludi
in pꝛima figura ⁊ ſecunda non tamē om
nibus modis quibus quelibet conclu-
ſio concludi poteſt. ideo ille figure ſuffi
ciunt quantum ad numerum concluſio
num ſed non quantum ad numeruꝫ mo
doꝛum concludendi. Ad ſecundum
ꝙ licet inferius in eo ꝙ ſubicitur extre-
mis habeat modum materie non tamē
inquantum vnit et continet ſua ſuperi-
oꝛa in ſe actualiter. ſed ſe habet per

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

moduꝫ totius reſpectu ipſoruꝫ et ſic per
modum forme: ⁊ hoc mõ bene eſt vniti
uum ſuorum extremoruꝫ que ſunt ſupe
riora ipſius licet particulariter tantum.
Ad tercium dicitur ꝙ licet premiſſe
de felapton tranſpoſite inferant particu
larem negatiuam concluſionem indirec
te: non tamen directe ⁊ hoc modo intel
ligitur illa maior ꝙ omnes premiſſe in-
ferentes aliquam concluſionem quan-
do tranſponuntur inferunt eandem in-
directe. Ad quartum dicitur ꝙ licet
ibi ſequatur concluſio vniuerſalis gra-
cia materie non tamen formaliter. quia
non tenet in omnibus terminis conſimi
li forma arguendi retenta. Ad quin
tum dicitur ꝙ licet in quolibet modo ex
extremis ſilogiſmi facti poſſit fieri vni-
uerſalis affirmatiua ⁊ vniuerſalis nega
tiua tamen ille non ſtabunt ſimul in ve
ritate cum premiſſis compoſitis ex eiſ-
deꝫ terminis. ⁊ hoc requiritur ad termi
nos in quibus omni ⁊ in quibus nulli.

Arapti primus modus.

d Poſtꝙ autor oſtendit que eſt
tercia figura et poſuit regulas
eius. hic conſequenter detiat de modis
ipſius: ⁊ anteꝙ in ſpeciali de ipſis deter
minet: enumerat eos in generali dicens
ꝙ tercia figura ſex habet modos. ſ. da-
rapti. felapton. diſamis. datiſi. bocardo.
feriſon. quorum ſufficientia ſic habetur
quia omnis modus tercie figure eſt or
dinatio duarum premiſſarum in quibꝰ
medium ſemper ſubicitur. vel ergo am
be premiſſe ſunt vniuerſales vel ambe
particulares. vel maior eſt vniuerſalis ⁊
minor particularis: vel econtra. Si am
be ſint vniuerſales hoc eſt quadruplici
ter. vel ambe ſunt affirmatiue et ſic eſt
darapti: vel ambe negatiue ⁊ ſic nihil ſe
quitur. vel maior eſt affirmatiua et mi-
nor negatiua ⁊ ſic iterum nihil ſequitur
propter primam regulam huius figure
vel econtra maior eſt negatiua et minor
affirmatiua ⁊ ſic eſt felapton. Sed ſi am-
be ſint particulares hoc poteſt eſſe qua-
drupliciter: ⁊ quocunqꝫ modo diſponan
tur nihil ſequitur. Si vero maior ſit vni-
uerſalis ⁊ minor particularis hoc eſt qua
druplicitec: vel ambe ſunt affirmatiue et
tunc eſt datiſi. vel ambe negatiue ⁊ tunc
nihil ſequitur. vel maior affirmatiua ⁊ mi
nor negatiua ⁊ iterum nihil ſequitur. vel
econtra maior negatiua ⁊ minor affirma
tiua ⁊ ſic eſt feriſon. Si vero maior ſit p-
ticularis ⁊ minor vniuerſalis hoc eſt qua
drupliciter: quia vel ambe ſunt affirmati
ue ⁊ ſic eſt diſamis: vel ambe negatiue et
ſic nihil ſequitur. vel maior affirmatiua ⁊
minor negatiua ⁊ ſic iteruꝫ nihil ſequitur
vel econtra maior negatiua ⁊ minor affir
matiua ⁊ ſic eſt bocardo. ⁊ ſic in tercia fi-
gura ſunt ſedecim combinationes quarũ
decem ſunt inutiles ⁊ ſex vtiles ⁊ per con
ſequens tantum ſunt ſex modi eius.
Primo ſciendũ ꝙ darapti primus mo
dus conſtat ex duabus vniuerſalibus af
firmatiuis particularem affirmatiuam cõ
cludentibus. ⁊ poteſt iſte modus triplici
ter probari ſcilicet per conuerſionem. per
impoſſibile. ⁊ per ſilogiſmum expoſitori-
um. vnde per conuerſionem probatur ip
ſum reducendo ad darij quia minore de
darapti conuerſa per accidens ad premiſ
ſas eius ſequũtur premiſſe de darij: ⁊ ad
illas premiſſas ſequitur concluſio parti-
cularis affirmatiua: ergo eadem ſequitur
ad premiſſas de darapti. ⁊ per impoſſibi
le probatur reducendo ipſum ad celarent
capiendo contradictorium concluſionis
ciꝰ ꝓ maiore. ⁊ mĩore loco mĩoris: ĩferẽdo
contrariũ maior in celarẽt ⁊ ex cõſequẽti
cõtradictoriuꝫ poteſt etiam reduci ad ceſa
re capiendo contradictorium ſue conclu
ſionis pro maiore et maioreꝫ ꝓ minore in
ferẽdo cõtrariuꝫ mĩoris. Sꝫ ꝑ ſilogiſmũ
expoſitoriũ ſic ꝓbaẽ q2 ſi iſte ꝑmiſſe ſunt
vere. omnis hõ eſt animal. omĩs homo
eſt riſibilis: de aliquo ſingulari homine
verificabuntur animal ⁊ riſibile: ſignetur
ergo illud ſingulare ⁊ ſit ſortes. Tunc ar
guitur ſic expoſitorie. ſortes eſt animal
ſortes eſt riſibilis ergo quoddam riſibile
eſt animal. Iſte premiſſe ſingulares ſequũ
tur ad premiſſas de darapti: ⁊ ad iſtas ꝑ
miſſas ſingulares ſequiẽ particularis affir
matiua concluſio: ergo eadeꝫ ſequitur in
darapti. quia quicquid ſequitur ad conſe
ſequens bone conſequentie ſequitur ad
antecedens eius. Secundo ſcienduꝫ
eſt ꝙ ſilogiſmus expoſitorius eſt cuius
medium eſt ſingulare ſingulariter tentuꝫ
⁊ de ipſo non determinat autor quia talis
deductio eſt ſm ſenſum manifeſta: et va-
let ſilogiſmus expoſitorius affirmatiuus
in qualibet figura ſed negatiuus non va
let in ſecũda figura quia vel maior eſſet
affirmatiua vel minor. ⁊ vtroqꝫ modo cõ
cluſio eſſet negatiua. et ſic cum maior ẽet
particularis ſemper argueretur a non di-
ſtributo ad diſtributum ex parte maioris
extremitatis: que nõ diſtribueretur in ma
iore ⁊ tamen diſtribueretur in concluſio-
ne vt dicendo ſic quoddam animal non
eſt ſortes: quidam homo eſt ſortes: ergo
quidaꝫ homo non eſt animal. ſed talis ſi
logiſmꝰ negatiuꝰ valꝫ in pͥa figura ⁊ ĩ ter
tia poſita maiore negatiã ⁊ mĩore affirma
tiua: vt poſſet videri per exempla. ſed nõ
valet econtra poſita minore negatiua: q2
tunc argueretur a nõ diſtributo ad diſtri-
butuꝫ ex parte maioris extremi. Ter-
cio ſcienduꝫ ꝙ felapton ſecundus modꝰ
conſtat ex maiore vniuerſali negatiua. mi
nore vniuerſali affirmatiua particularem
negatiuam concludentibus: et reducitur
ad ferio minore conuerſa per accidens: ⁊
per hoc poteſt probari conſequẽtia eius
ſicut probata fuit in primo modo. et per
impoſſibile reducitur ad barbara capien
do contradictoriũ ſue concluſionis ꝓ ma
iore ſeruando minoreꝫ ⁊ inferendo op
poſitũ contrariũ maioris: ⁊ ex conſequẽ
ti contradictoriuꝫ poteſt etiaꝫ reduci ad
cameſtres in ſecũda figura capiendo
contradictoriuꝫ concluſionis pro maio
re ⁊ maioreꝫ pro minore inferendo op-
poſituꝫ contrariuꝫ minoris. ⁊ ex conſe-
quenti contradictorium. poteſt etiam ꝓ
bari iſte ſilogiſmus per ſilogiſmuꝫ expo
ſitoriuꝫ capiendo vnũ ſingulare ſub me
dio eius de quo negetur maior extremi
tas: ⁊ affirmetur minor: ⁊ deinde infera
tur particularis negatiua concluſio ſicut
factuꝫ eſt in darapti de particulari affir-
matiua. Quarto ſcienduꝫ ꝙ reducen
do modos tercie figure ad modos pri-
me per conuerſioneꝫ oportet premiſſaꝫ
illam conuerti que fit minor in prima fi
gura. ⁊ nõ debet conuerti illa que fit ma
ior. Cuius ratio eſt quia in tercia figura
ſemper medium ſubicitur: ergo ad hoc
ꝙ ideꝫ medium ſubiciatur in maiori ꝑ-
miſſa prime figure illa premiſſa non de
bet conuerti. ſed ad hoc ꝙ predicetur in
minori oportet ꝙ illa conuertatur. non
eſt tamen intelligendum ꝙ ſemper illa
que eſt minor in tercia figura conuerta
tur: quia in diſamis non conuertitur mi
nor ſed maior. ſed intelligendum eſt de
illa que fit minor in ſilogiſmo prime fi-
gure: ⁊ per hoc patent illi duo modi vni
uerſales tercie figure. Sed contra
predicta primo arguitur ſic: in ſecunda
figura ſunt tantum quatuor modi: ſed
tercia figura eſt imperfectiõr ſecunda: er
go non habet plures modos ꝙ̃ ſecun-
da ergo male ponuntur ſex modi eius.
Secũdo ſic non ſequitur in darapti
omnis homo eſt albus. omnis homo
inquantum homo eſt riſibilis: ergo qđ-
dam riſibile inquantum homo eſt albũ
ergo in darapti non eſt bona conſequẽ
tia Tercio ſic. mõi ꝑfectiores nõ redu
cunẽ ad mõs impfectiores: ſed ões mõi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

vniuerſales ſunt ꝑfectiores particulari
bus: ergo darapti eſt perfectior q̃ darij
et per conſequens non reducitur.

Quarto ſic nõ ſequitur. nullus homo
eſt genus omnis homo eſt animal. ergo
animal non eſt genus: et tamen arguĩ
in felapton ergo. Quinto ſic: datiſi et
diſamis reducuntur ad darij: et felaptõ
ad ferio: ergo illi modi debent precede
re felapton et per conſequens felapton
male ponitur ſecundus modus Ad
primum dicitur ꝙ licet tercia figura ha
beat plures modos q̃ ſecunda: non ta-
men propter hoc eſt perfectior ſecunda
quia vna figura non dicitur perfectior
alia propter maioreʒ pluralitatem mo-
doruʒ eius: ſed quia habet perfectioreʒ
modum concludendi. vnde quia tercia
figura habet imperfectiorem moduʒ cõ
cludendi. ideo poteſt pluribꝰ modis cõ
cludere q̃ ſecunda quia pluribus mõis
poteſt fieri imperfectum q̃ perfectum.

Ad ſecundum dicitur ꝙ ibi male cõ
cluditur quia illa reduplicatio nõ debet
poni in concluſione ſic ꝙ feratur ad pre
dicatum vel copulam. quia in premiſſis
non ferebatur ad maiorem extremitatẽ
ſed debet relinqui vel ſolum poni cum
implicatione ad ſubiectuʒ concluſionis
vt dicendo ergo aliquod quod eſt riſi-
bile inquantũ eſt hõ eſt album. Ad
tercium dicitur ꝙ licet modi vniuerſa-
les ſint perfectiores particularibꝰ in ea
deʒ figura et inter directe concludentes
non tamen ſemꝑ in diuerſis figuris. iõ
darapti non eſt perfectior modus q̃ da
rij rõe figure. Ad quartuʒ dicitur ꝙ
animal non tenetur ibi codeʒ modo in
minore et concluſione: quia in minore
tenetĩ ꝓ natura accepta concretiue ꝑ re-
ſpectuʒ ad ſuppoſita in concluſione võ
pro natura ſm ſe accepta cuʒ preſciſio-
ne ſuppoſitorum pro vt ſibi attribuitur
hec ſecunda intentio genus. Ad qui
tuʒ dicitur ꝙ iſti modi non ordinantur ſe
cunduʒ ordinem modorum prime figure
ad quos reducuntur: ſed ordinãtur inter
ſe penes vniuerſale ⁊ particulare affirma
tiuuʒ ⁊ negatiuuʒ: ſicut darapti ⁊ felapton
qr ſunt modi vniuerſales ꝓcedunt q̃tuor
ſequentes qui ſunt modi particulares.

Diſamis tercius modus.

d Poſtq̃ determinatuʒ eſt de mo
dis vniuerſalibus tercie figure.
hic conſequenter determiat autor de mo
dis particularibus eius: ⁊ primo de mo-
dis affirmatiuis ſecundo de negatiuis. et
inter affirmatiuos primo determiat de di
ſamis dicens ꝙ diſamis tercius modus
conſtat ex maiore particulari affirmatiua
⁊ minore vniuerſali affirmatiua particula
reʒ affirmatiuaʒ concludentibus vt patet
in exemplo textus. ⁊ reducitur ad darij ꝑ
conuerſioneʒ ſimpliceʒ maioris ⁊ conclu
ſionis ⁊ per tranſpoſitioneʒ premiſſarum
⁊ ꝑ hoc probatur bonitas conſequentie
eiꝰ. Secũdo probatur conſequentia huiꝰ
ſilogiſmi per ſilogiſmuʒ expoſitorium: qr
ex iſtis premiſſis quidaʒ homo eſt ſub-
ſtantia: omnis hõ eſt animal: ſequitur ꝙ
de aliquo ſinglari hoĩe verificabunĩ ſub
ſtãtia ⁊ aĩal. Tũc ſigneĩ illud ſingulare ⁊
ſit ſor. ⁊ arguitur ſic. ſortes eſt ſubſtantia.
ſortes eſt aniãl. ergo quoddã animal eſt
ſubſtantia. premiſſe huius ſilogiſmi expo
ſitorij ſequntur ad premiſſas de diſamis
⁊ ad iſtas premiſſas ſequitur particularĩ
affirmatiua concluſio: ergo ſequitur eadẽ
ad premiſſas de diſimis. Tercio poteſt ꝓ
bari ꝑ impoſſibile ⁊ reduciĩ ad celarẽt ca
piendo oppoſituʒ concluſionis cũ mino-
re inferendo contradictorium maioris. et
in ſecunda figura reducitur ad feſtino ac
cipiẽdo oppoſituʒ contradictoriũ conclu
ſionis de diſamis cuʒ maiore poſita loco
minoris inferendo contradictorium ſue
mĩoris. Prĩo ſcienduʒ eſt ꝙ reducẽdo
mõs tercie figure ad primã ꝑ impoſſibile
ſemper oportet accipere oppoſitum con-
cluſionis pro maiore et minorem pro mi
nore prime figure inferendo oppoſitum
maioris. Cuius rõ eſt quia ideʒ ſubicitur
in concluſione ſilogiſmi tercie figure ⁊ in
oppoſito concluſionis. et predicaĩ in mi-
nore ſcilicet minor extremitas: ideo capiẽ
do oppoſituʒ concluſionis cuʒ minore ha
betur diſpoſitio prime figure: et valet ad
inferenduʒ oppoſituʒ maioris: ideo redu
cere per impoſſibile in tercia figura eſt ex
oppoſito concluſionis cuʒ minore inferre
oppoſituʒ maioris. ⁊ acceptis illis propo
ſitionibus ad videnduʒ ad quem modũ
fit reductio oportet videre quomõ oppo
ſituʒ concluſionis ⁊ minor ordinantur in
debita qualitate ⁊ quantitate. Sed ad re
ducenduʒ modos tercie figure ad ſecun-
daʒ oportet capere oppoſituʒ concluſio-
nis pro maiore poſita maiore loco mino
ris. Ratio primi eſt qr ideʒ predicatur in
oppoſitoꝰ concluſionis ⁊ in maiore in ter-
cia figura. iõ acceptis illis ꝓpoſitõnibus
hẽtur diſpoſitio ſecunde figure: ſʒ ratõ ſe
cundi eſt quare maior dʒ poni loco mi-
noris: qr ad directe concludenduʒ in ſecũ
da figura oportet ꝙ ideʒ ſubiciatur in cõ
cluſione ⁊ in minore propoſitõne. ſ. minor
extremitas: ⁊ in tercia figura idem ſubiciĩ
in maiore: et in oppoſito minoris: quod
debʒ inferri pro cõcluſione in ſecunda fi-
gura. Et ad ſcienduʒ ad queʒ modum fit
reductio cognoſci poteſt vt prius dictum
eſt. Secundo ſciendũ ꝙ quartus mo
dus tercie figure. ſ. datiſi conſtat ex vni-
uerſali affirmatiũ maiore particulari affir
matiua minore particulareʒ affirmatiuaʒ
concludentibus: ⁊ poteſt probari tripliciter-
ter. ſ. per conuerſioneʒ. per expoſitioneʒ ⁊
per reductioneʒ per impoſſibile. proban-
do ipſum per conuerſioneʒ reducitur ad
darij minore de datiſi conuerſa ſimplici-
ter: ⁊ per ſilogiſmum expoſitorium poſſet
probari codeʒ modo ſicut precedens ca-
piendo vnum ſingulare ſub medio de
quo verificentur ambe extremitates. ſʒ
per impoſſibile poteſt probari reducen
do ipſum ad ferio in prima figura capi-
endo oppoſituʒ concluſionis cuʒ mino
re inferendo contradictorium maioris:
⁊ in ſecunda figura reducitur ad ceſare
capiendo contradictorium ſue concluſi
onis ⁊ maiorem poſitã loco minoris in
ferendo contradictorium ſue minoris.

Tercio ſciendum ꝙ bocardo quin-
tus modus conſtat ex particulari nega-
tiua maiori: ⁊ vniuerſali affirmatiua mi
nore particularem negatiuam concludẽ
tibus: ⁊ non probatur per conuerſioneʒ
reducendo ipſuʒ ad aliqueʒ moduʒ pri
me figure ꝓpter eandeʒ ratõeʒ ſicut priꝰ
dictuʒ eſt de baroco: ſed poteſt probari
per ſilogiſmuʒ expoſitoriuʒ negatiuum
capiẽdo vnuʒ ſuppoſituʒ medij: de quo
negetur maior extremitas: ⁊ verificetur
minor: in qua diſpoſitõe ſequetur parti
cularis negatiũ concluſio. Et ipſum pro
bando per impoſſibile reducitur ad pri
mũ modũ prime figure capiẽdo contra
dictoriuʒ ſue cõcluſionis cuʒ miore infe
rendo contradictoriuʒ maioris. ⁊ in ſecũ
da figura reducitur ad baroco capiẽdo
contradictoriuʒ ſue concluſionis ꝓ ma
iore ⁊ maiorem loco minoris inferendo
cõtradictoriuʒ ſue minoris. Quarto
ſcienduʒ ꝙ feriſon ſextꝰ modus conſtat
ex vlĩ negatiua maiore: particulari affir
matiua minori particulareʒ negatiuam
concludentibus. Et per conuerſioneʒ re
duciĩ ad ferio ſua minore conuerſa ſim
pliciter. ⁊ poteſt probari per ſilogiſmuʒ
expoſitoriuʒ ſicut precedentes mõi. ſed
per impoſſibile reduciĩ ad darij capien
do contradictoriuʒ ſue concluſionis cuʒ
minore inferendo contradictoriuʒ ma-
ioris. ⁊ in ſecunda figura reducitur ad
cameſtres capiẽdo contradictoriuʒ ſue
cõcluſionis ꝓ maiore et maiorẽ ꝓ miore

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

inferendo contradictoriuꝫ ſue minoris:
⁊ per hoc ſatis patēt formationes ⁊ pro
bationes modoruꝫ tercie figure. Sꝫ
contra predicta arguitur primo ſic non
ſequitur alicui hōi ī eſt ſanitas: om̄i ho
mini īeſt albedo ḡ quedā albedo eſt ſa
nitas. vel cuidaꝫ albedini ineſt ſanitas
et tamē ibi arguitur in diſamis ergo in
eo non eſt bona conſequencia. Se
cundo ſic non ſequitur a q̄daꝫ homine
videtur equus. ab omni homine videt̄
lapis: ḡ a quodam lapide videtur equ-
us: et tamē ibi arguitur in diſamis ergo
in ipſo non eſt formalis conſequentia.
Tercio ſic non ſequitur omnis hō
eſt natus. aliquis homo eſt naſcendus:
ergo quodam naſcendum eſt natum et
tamen ibi arguitur in datiſi ergo.
Quarto ſic non ſequitur ſortes non
eſt minor ſorte. totus ſortes eſt minor
ſorte. ergo aliquid minus ſorte non eſt
min⁹ ſorte et tn̄ arguit̄ in bocardo. ḡ ꝛc.
Quinto arguitur ſic. non ſequitur.
Nullus homo eſt propriuꝫ. quidam hō
eſt riſibilis: ergo riſibile non eſt ꝓpriuꝫ:
⁊ tamen ibi arguitur in feriſon: ergo ibi
non eſt bona conſequentia. Ad pri
mum iſtoruꝫ dicitur ꝙ ibi non bene ar-
guitur in diſamis. quia male cōcluditur
ſed ſic debet cōcludi. alicui homini ieſt
ſanitas. omni homini ineſt albedo. er-
go alicui cui ineſt albebo ineſt ſanitas.
Ad ſecunduꝫ dicitur ꝙ ibi ſimiliter
non bene concluditur ſed debet ſic con
cludi: ergo a quo videtur lapis videtur
equus. Ad terciuꝫ dr̄ ꝙ ibi nō bene
arguit̄ in datiſi. quia ibi fit variatio me
dij quantū ad ſuppoſita pro quibus te
netur quia homo in maiore ſupponit ꝓ
preſentibus ⁊ preteritis tantum: ad q̊s
reſtringitur per illud preteritum natus:
in minore vero ſupponit pro preſentib⁹
⁊ futuris ſoluꝫ ad quos reſtringitur per
illud futuruꝫ naſcendus. Ad quar-
tum dicitur ꝙ in illo ſilogiſmo ſor. in ma
iore ſupponit pro ipſo ſorte perfecto: in
minore vero pro partibus integralibus
eius ad quas reſtringitur per illud diſtri
butiuum totus. ideo medium non tenet̄
ſimiliter in maiore et in minore ideo nō
bene arguitur in bocardo. Ad quin
tum dicitur ꝙ riſibile ī predicato mino-
ris illi⁹ ſilogiſmi tenetur concretiue ⁊ per
reſpectuꝫ ad ſuuꝫ ſubiectuꝫ in concluſio
ne vero tenetur quodammō abſtractiue
et ſm̄ ſe. eo ꝙ ſubicitur reſpectu huius in
tentionis propriū ideo non eſt ſimplici-
ter ideꝫ predicatuꝫ minoris ⁊ ſubiectum
cōcluſionis. nec bene arguitur in feriſon
ſed ad bene arguenduꝫ ſic debet conclu
di: ergo aliquid riſibile non eſt propriuꝫ

Sillogiſmorum autem.

s
Poſtq̄ autor determinauit ſu-
perius de omnibus modis ⁊ fi
guris ſilogiſmorum in ſpeciali. hic conſe
quenter ad maiorem intellectum prece-
dentiuꝫ ponit aliqua notabilia primo po
nens talem regulam de modis particula
ribus negatiuis. ꝙ nullus ſilogiſmus cō
cludens particularem negatiuaꝫ directe
poteſt eū concludere indirecte. neqꝫ ecō
uerſo concludens eam indirecte poteſt
eam concludere directe. cuius ratio eſt:
quia particularis negatiua non poteſt
conuerti in terminis: ſed ſolum per con-
trapoſitionem in qua conuerſione non
remanent ſimpliciter termini prime pro
poſitionis. Sed omnes ſilogiſmi con-
cludentes aliquam affirmatiuam vel ne
gatiuam vniuerſalem per conuerſioneꝫ
ſue concluſionis poſſunt inferre indirec
te conuertentem ſue concluſiōis ſicut de
claratur in prima poteſtate ſilogiſmoruꝫ
Primo ſciendum ꝙ ſex ſunt poteſta-
tes ſilogiſmoꝝ que ſunt naturales ꝓpri
etates ſilogiſmi. pria eſt poſſe pl'a cōclu
dere: vt qn̄ ſilogiſm⁹ infert concluſioneꝫ
que pōt conuerti pōt iferre conuertēteꝫ
eius que ſequitur ad ſuam principalem
concluſionem: et ſi plures propoſitiones
ſequantur ad illaꝫ concluſioneꝫ poteſt vl
tra principalem concluſioneꝫ inferre plu
res concluſiones. Secunda poteſtas eſt
ex falſo poſſe cōcludere veruꝫ ſed ex ve
ris non niſi veruꝫ: exempluꝫ primi vt om
nis lapis eſt animal. omnis homo eſt la
pis. ergo omnis homo eſt anīal. Tercia
poteſtas eſt poſſe concludere circulariter
aliquaꝫ premiſſarum quod fit capiendo
concluſionem vnius ſilogiſmi conuerſa
cum vna premiſſaruꝫ ad inferenduꝫ alte
ram premiſſam. Quarta eſt poſſe conclu
dere conuerſiue capiendo oppoſituꝫ con
cluſionis vnius ſilogiſmi facti cum vna
premiſſarum ad inferendum oppoſitum
alterius premiſſe. Quīta poteſtas eſt poſ
ſe concludere per impoſſibile quod fit ca
piendo contradictoriuꝫ concluſionis pro
bande cum vna premiſſarum manifeſte
vera: ad inferendum vnuꝫ manifeſte fal
ſum. ex cuius falſitate infertur falſitas cō
tradictorij concluſionis probande. Sex
ta poteſtas eſt poſſe concludere ex oppo
ſitis: vt quādo fit ſilogiſmus ex duabus
premiſſis contrarijs vel contradictorijs
inferens negatōeꝫ eiuſdeꝫ de ſeipſo: ⁊ de
iſtis ad longum videtur in ſecundo prio
rum. Secundo ſcienduꝫ pro compara
tione figurarum inter ſe ꝙ prima figura
concludit omnia genera propoſitionum
ſcilicet vniuerſale particulare affirmati-
uum ⁊ negatiuum: ſicut patet in quatuor
modis directe concludentibus prime fi-
gure. ſed ſecunda figura ſolum concludit
tria genera ſcilicet vniuerſale particulare
⁊ negatiuuꝫ ⁊ non concludit affirmatiuuꝫ
propter cauſaꝫ predictaꝫ in ſecunda figu
ra. Tercia figura etiam concludit tria ge
nera tantum ſcilicet affirmatiuum ⁊ nega
tiuum ⁊ particulare. ⁊ non poteſt conclu-
dere vniuerſale propter cauſam predic-
tam in tercia figura: ⁊ quia perfectius eſt
concludere vniuerſaleꝫ affirmatiuaꝫ q̄
vniuerſalem negatiuam: et iterum perfe
ctius eſt concludere vniuerſalem nega-
tiuam q̄ particulareꝫ affirmatiuam vel
negatiuam. ideo prima figura eſt perfe
ctior ſecunda ⁊ ſecunda perfectōr tercia
Tercio ſciendū pro declaratione om
niuꝫ modoruꝫ triuꝫ figuraruꝫ. ꝙ triuꝫ fi
gurarum ſunt decem et nouem modi
noueꝫ prime figure quatuor ſecunde et
ſex tercie. quoruꝫ noīatio ordo ⁊ nume-
rus in his verſibus cōtinentur. Barba
ra celarent darij ferio baralipton. Celan
tes dabitis fapeſmo friſeſomoruꝫ. Ceſa
re cameſtres feſtino baroco darapti. Fe
lapton diſamis datiſi bocardo feriſon.
Et in qualibet dictōne ratione ſilogiſmi
ſunt tres ſillabe ⁊ ſi ſint plures hoc ſolū
eſt ad perfectōneꝫ metri: ⁊ vocalis ꝑme
ſillabe ſignificat maiorē p̄miſſaꝫ quali
tateꝫ et q̄titateꝫ eius: et ſecūda vocalis
ſignificat minoreꝫ: tercia concluſionem.
vnde per a intelligitur vniuerſalis affir
matiua. per e vniuerſalis negatiua. per
i particularis affirmatiua. per o particu
laris negatiua. Quarto ſciendum ꝙ
predictoruꝫ modorū quatuor primi mo
di prime figure ſunt perfectiores ⁊ inci-
piunt per has quatuor conſonantes. b.
c. d. f. que in ipſis ſignificant ordineꝫ ip
ſoꝝ: ſed alij mōi reducunt̄ ad iſtos qua
tuor: et iſte conſonantes in alijs modis
ſignificant reductionem ipſorum: ita ꝙ
omnes mōi incipientes per. b. reducunt̄
ad barbara. p. c. ad celarent. p. d. ad da-
rij. p. f. ad ferio. Iteꝫ in predictis dictio
nibus cuꝫ ponit̄. ſ. ſignificatur ꝙ propo
ſitio intellecta ꝑ vocaleꝫ precedenteꝫ dꝫ
conuerti ſimpliciter in reductōe talis ſi
logiſmi. Et per. p. deſignat̄ ꝙ debet fieri
conuerſio per accidens. Et. m. deſignat
tranſpoſitōeꝫ premiſſaruꝫ. et c ſignificat
reductioneꝫ ꝑ impoſſibile niſi ponatur
in principio dictiōis: iuxta illos verſus

Simpliciter verti vult ſ.p. vero per acci
N vult tranſponi. c per impoſſibile du
ci. Contra predicta primo
arguitur ſic Celarent poteſt concludere
particularem negatiuam directe et in-
directe: ergo male dicitur ꝙ nullus ſilo
giſmus concludens particularem nega
tiuam directe poteſt eam concludere in
directe. Secundo ſic. nulla pars eſt
vniuerſalis cum vniuerſale ⁊ totuꝫ idē
ſint. ſed quelibet concluſio prime figu-
re eſt pars reſpectu maioris premiſſe. er
go nulla eſt vniuerſalis ſed debet dici
particularis. et ſic prima figura non con
cludit vniuerſalem. Tercio ſic extre-
mitates in concluſione vniuntur eo mo
do quo vniuntur in premiſſis cum me-
dio. ſed in darapti in tercia figura extre
mitates vniuntur vniuerſaliter cum me
dio ergo eodem modo poſſunt vniri in
concluſione ⁊ poteſt ibi cōcludi vniuer
ſaliter. Quarto ſic vnitas ſilogiſmi
ſumitur ab vnitate concluſionis. ergo
vnus ſilogiſmus habet tantuꝫ vnaꝫ con
cluſionem ⁊ non poteſt plura conclude-
re ſicut dictum eſt. Quinto ſic in om
ni conſequentia conſequens includitur
in antecedente. ſed verum non includit̄
in falſo ergo ex falſis non poteſt conclu
di verum. Ad primum dicitur ꝙ licꝫ
celarent ex conſequenti concludat parti
cularē negatiuā directe et indirecte tn̄ ꝑ
mo ⁊ ꝑ ſe concludit vniūſaleꝫ nagatiuā
Ad ſecundum dicitur ꝙ nulla dici-
tur vniuerſalis reſpectu ſui totius ſed
bene dicitur vniuerſalis reſpectu ſuarū
partium: et hoc modo concluſio vniuer
ſalis prime figure dicitur particularis
ſm modum reſpectu maioris premiſſe:
ſed bene dicitur vniuerſalis reſpectu ſu
arum ſingulariuꝫ ratione ſui ſubiecti di
ſtributi. Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licet in
darapti extremitates vniātur vniuerſa
liter cuꝫ medio vniuerſalitate medij qd̄
diſtribuitur. nulla tamen vnitur cum ipō
vniuerſaliter ex parte ſui quia nulla ex-
tremitas ibi diſtribuitur ratione cuiꝰ nul
la poteſt diſtribui in concluſione. Ad
quartum dicitur ꝙ licet vnius ſilogiſmi
ſit tantuꝫ vna principalis concluſio: tamē
poſſunt eſſe plures minus principales q̄
inferuntur in virtute prime concluſionis
ideo omnes ille ſe habent per moduꝫ cō
cluſionis quantum ad virtutem qua in-
feruntur licet varientur materialiter quā
tum ad numerum propoſitionuꝫ. Ad
quintum dicitur ꝙ licet verum non inclu
datur in falſo ratione forme falſitatis: tn̄
includitur ratione materie ſcilicet termi-
norum vel propoſitionum quibus ineſt
falſitas: et ſic in falſo poteſt includi verū
et hec de ſilogiſmo ſimpliciter dicto pro
nunc ſufficiant.

Explicit quartus tracta
tus. Sequitur quintus.

Incipit tractatus quin
tus de locis dialeticis.

r

Atio multipliciter di
citur. Iſte eſt quintꝰ trac
tatus ſummularum magi-
ſtri Petri Hiſpani in quo
ipſe poſtq̄ꝫ in quarto trac
tatu determiauit de ſilogiſmo ſimpliciter
dicto conſiderato ſm ſuam formam non
contracto ad aliquam materiam ſpecialē
hic conſequenter determiat de ſilogiſmo
dialetico: qui eſt ſilogiſmus contractus
ad materiam probabilem. Et ratio ordi-
nis eſt quia in rebus artificialibus ſiue
ſint entia realia ſiue ratiōis vnumquod
qꝫ habet prius cognoſci ſm ſuaꝫ formaꝫ
q̄ꝫ ꝙ illa forma contrahatur ad materiaꝫ
aliquā: ſicut domificator prius cognoſcit
formam domus ſecundum ſe q̄ꝫ applicet
eam ad determinatam materiam. Et q̄a
ſilogiſmus aliquo modo eſt ens artificia
le ſcilicet ens rationis: ideo conueniēter
determinatuꝫ eſt prius de ſilogiſmo ſim
pliciter qui ſe habet per modum ſimpli-
cis q̄ꝫ de ſilogiſmo contracto ad aliquaꝫ
materiam qui ſe habet per modum com
poſiti. Primo ſciendum ꝙ ſilogiſmꝰ
tripliciter contrahit̄ ad materiā. vno mo-
do ad materiaꝫ neceſſariaꝫ que eſt natu
ralis materia: ⁊ ſic eſt ſilogiſmus demon
ſtratiuus. Secundo modo ad materiam
probabilem que eſt materia contingens
vel capta ſub modo contingentis. et ſic ē
ſilogiſmus dialeticus. Tercio modo ad
materiam apparenteꝫ que eſt quandoqꝫ
materia remota inquantuꝫ habꝫ ſimilitu
dineꝫ quandaꝫ cuꝫ materia probabili. et
ſic eſt ſilogiſmus ſophiſticus. et quia ma
teria naturalis eſt perfectior materia pro
babili ⁊ probabilis apparēter probabili.
ideo ſilogiſmus demonſtratiuus eſt per
fectiōr dialetico: ⁊ ſimiliter dialeticus ſop
hiſtico. ſed Pe. h. non facit mentionem
de demōſtratiuo ſilogiſmo eo ꝙ eſt intro
ductor iuuenuꝫ de quo tamen determi-
nat. Ariſ. in li. poſte. Sed Pe. hyſ. fa-
cit mentionem de dialetico ⁊ ſophiſtico:
ideo iſte tractatus cōuenienter ordīatur
poſt tractatum de ſilogimus ⁊ ante trac-
tatum de fallacijs. Secundo ſcien-
dum eſt ꝙ propriuꝫ ſubiectū huius trac
tatus eſt ſilogiſmus dialeticus eo ꝙ de
ipſo principaliter hic intenditur. ⁊ omia
hic conſiderata habent reductionem ad
ipſum et eſt ad equatus ſcientie huius
tractatus. ⁊ licet iſta ſciētia nomīetur a lo
co: tamen hoc non eſt tanquaꝫ a proprio
ſubiecto. ſed tanquaꝫ a principio ſui ſub
iecti: quia locus in quo fundatur ſilogiſ-
mus dyaleticus eſt principium ſilogiſmi
dialetici: ⁊ ſub tali ratione hic conſiderat̄
de locis. Et per hoc patet que ſit cauſa
materialis huius tractatus. Et etiam per
hoc habetur cauſa finalis eius que eſt
perfecta cognitio ſilogiſmi dyaletici. et
eius cauſa efficiēs dicta eſt prius. et eiꝰ:
cauſa formalis eſt modus procedendi
qui eſt diffinitiuus diuiſiuus ⁊ exemp-
lorum poſitiuus. Sed forma tractatus:
eſt diuiſio huius quinti tractatꝰ ꝑ ptes.
Unde hic prius determinat̄ de ſilogiſ-
mo dyaletico in communi deinde in ſpe
tiali oſtendēdo quo modo fit ſecundū
diuerſos locos particulares. et quia in
diffinitione argumenti ponitur ratio iō
autor prius oſtendit multiplicitateꝫ eiꝰ.
Tercio ſciendum ꝙ ſex modis ſu-
mitur ratio. primo modo ſumit̄ pro dif-
finitione rei: vt ſumitur in diffinitione
equiuocoruꝫ cuꝫ dicitur ſecunduꝫ illud
nomē ratio ſubſtantie eſt diuerſa. Se-
cundo modo capitur ratio pro itellectu
vt idem eſt quod intellectus: ⁊ ſic diffi-
nitur ab iſach. Ratio eſt anime intelli-
gibilis virtus faciens currere cauſaꝫ in
cauſatum. Tercio modo ſumitur pro ar
gumentatione vt eſt oratio oſtendens
aliquid de aliquo. Quarto mō ſumitur
pro forma partis que eſt forma mate-
rie: Quīto modo capitur pro forma to
tius que eſt eſſentia predicabilis de ml̄
tis. vt eſſentia generis vel ſpeciei. Sex
to modo capitur pro medio probatiuo
concluſionis de quo erit poſtea ad pro
poſitum in diffinitione argumenti qui
modi in his verſibus continentur. Dif
finit. virtus. oſtendit forma. vel eſſe.
Eſt mediuꝫ ratio per quod concluditur
ergo. Quarto ſciendum ꝙ iſtorum
modorum ſic poteſt haberi ſufficientia
quia ratio ſumit̄ ab hoc ꝙ eſt ratiocina
ri. vel ergo ſumitur pro ipſa ratiocinati
one ⁊ ſic eſt tercius modus. vel pro pri
cipio ratiocinatiōis vel diſcurſus ⁊ hoc
eſt dupliciter. quia vel eſt principiuꝫ ef
ficiens principale diſcurſus et ſic eſt ſe-
cundus modus. vel inſtrumentale tn̄.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

et hoc eſt dupliciter. quia vel ſumit̃ for
maliter inquantum eſt principium diſ-
curſus ⁊ ſic eſt ſextus modus. vel ſecun
dum id quod eſt ⁊ hoc eſt dupliciter. qꝛ
vel eſt principium complexum et ſic eſt
primus modus. vel incomplexuꝫ ⁊ hoc
dupliciter quia vel ſe habet per moduꝫ
partis ⁊ ſic eſt quartus modus. vel per
modus totius ⁊ ſic eſt quintus modus

Sed contra predicta arguitur pri-
mo ſic. Si ratio idem eſſet quod diffi-
nitio ſequeret̃ ꝙ aſinus haberet rōnem:
cum aſinus habeat diffinitioneꝫ: ſed il-
lud quod habet rationeꝫ eſt rationale.
ergo aſinus eſt rationalis qđ eſt falſuꝫ.

Secundo ſic ideꝫ non facit homīeꝫ
conuenire et differre reſpectu eiuſdem:
ſed per intellectum homo conuenit cuꝫ
angelo: et ab eo differt per rationem: ḡ
intellectus et ratio non ſunt idem

Tercio ſic effectus rationis non eſt
ratio: ſed argumentatio eſt effectus ra-
tionis: ergo non eſt ratō Quarto ſic
ſi forma materie eſſet ratio vel eſſet ra-
tio materie vel compoſiti. ſed nullum ē
dicendum quia differt ratione ab vtro-
qꝫ. ergo ratō non debet ſumi pro forma
materie. Quinto ſic eſſentia rei. for
ma materie. ⁊ diffinitio rei ideꝫ realiter
importāt. ergo quintus modus ratōnis
male diſtinguitur a primo et quarto.

Ad primum iſtorum dicitur ꝙ ſi ca
piatur ratio pro virtute intellectiua ani
me: ſic omne habens rationeꝫ eſt ratio-
nale: ſed non ſi capiatur pro oratione q̄
explicat eſſe rei vt ſumitur ī primo mo-
do. ideo licet aſinus hoc modo habeat
rationem non tamen eſt rationalis.

Ad ſecundum dicitur ꝙ licet idem
ſub eadem ratione non faciat homineꝫ
conuenire ⁊ differre reſpectu eiuſdeꝫ ta
men bene ſm diuerſas rationes. ⁊ ſic in
tellectus hominis inquantum eſt ſimpli
cium apprehenſiuus facit hominem cō
uenire cuꝫ angelis. ⁊ inquantuꝫ eſt diſcur
ſiuus facit euꝫ differre ab ipſis. ⁊ ſic facit
euꝫ conuenire ⁊ differre ſm diuerſos accꝰ

Ad terciuꝫ dicitur ꝙ licet argumenta
tio non ſit ratio vt ſumitur pro intellectu
qui eſſentialiter ratio dicitur. argumen-
tatio tamen participatiē vocatur aliqua
ratio eo ꝙ eſt effectus ratōis. Ad q̄r-
tuꝫ dicitur ꝙ lꝫ forma materie non ſit ra-
tio cōpleta materie vel cōpoſiti: eſt tñ ra
tio vtriuſqꝫ per modum principij. ſed ma
terie per modum principij finalis. et eſt
principiuꝫ formale compoſiti. Ad q̄n
tum dicitur. ꝙ ratio in quinto modo ſumi
tur pro forma totius ſm ſe: ⁊ in primo mo
do pro oratione explicante formam totiꝰ.
⁊ in quarto modo pro forma partis vt di
ctum eſt ideo illi modi adinuicem diſtin-
guntur.

Rgumentuꝫ eſt ratio. Poſt
a quaꝫ autor poſuit diſtinctioneꝫ
modorum rationis ad eliciendū
menbrum quod ponitur in diffinitioē ar
gumenti. hic conſequenter determinat de
argumento ipſum primo ſic diffiniens.
Argumentum eſt ratio rei dubie faciens
fidem. ⁊ explicat cum dicit. i. medium pro
bans concluſioneꝫ que debet confirmari
per argumentum in qua diffinitione poni
tur ratio loco generis. ratio enim dicitur
tam de medio ſilogiſmi ſimpliciter ꝙ̃ de
medio ſilogiſmi demonſtratiui: ꝙ̃ etiam
ſilogiſmi dialetici ⁊ argumentum non di
cit̃ de medio ſilogiſmi ſimpliciter. deinde
ponitur rei dubie faciens fidem. ad diffe
rentiam medij ſilogiſmi ſimpliciter qui
non eſt probatiuus nec demonſtratiuus
inquantū huiuſmōi. nec facit fideꝫ de cō
cluſione: ſed ſolum habet neceſſitatem in
ferendi concluſionem ⁊ non probandi ip
ſam: Primo ſciendum ꝙ argumentuꝫ
poteſt capi dupliciter. vno modo pro ip-
ſa intentione que attribuitur termino pro
batiuo alicuius concluſionis. Alio modo
pro re ſubiecta intentioni que eſt ille ter-
minus ſiue medium probatiuum conclu
ſionis. hic auteꝫ vero diffinitur argumen
tum pro re ſubiecta intentioni ſecundum
ſe. nec pro intentione ſecundum ſe: ſed ꝓ
intentōne concreta rei: vel pro re ſubiec-
ta intentioni ſecundum ꝙ ſibi ſubiecta ē:
et diffinitur pro toto compoſito ſecundū
ratiōeꝫ ex re ⁊ intētione et res ſe habet ꝑ
moduꝫ materialis intentio vero per mo
dum formalis. ſub quo illud materiale
diffinitur. et ſic patet quid ſit diffinitum
in hac diffinitione. Secundo ſcien-
dum ꝙ medium ratio ⁊ argumentū ideꝫ
ſunt ſecundum rem: ſed differunt ſecun-
dum rationem ſuperioris et inferioris.
quia dicitur medium in quantum habet
duo extrema: ⁊ eſt vnitiuum extremoruꝫ
ſecundum aliquem modum. Sed tale
medium dicitur ratio in quantum eſt in
ſtrumentuꝫ intellectus vel ratōnis ad in
ferendum aliquam concluſionē ſed ideꝫ
medium dicitur argumentum inquantuꝫ
habet vī probatiuam reſpectu concluſi-
onis quam addit vltra virtutem illatiaꝫ
ratione cuius dicitur argumentum quaſi
arguens mentem: quia per illam v̄tutem
aliquo modo cogit menteꝫ ad concedē-
dum concluſioneꝫ. Et prouenit illa v̄tus
probatiua propter habitudinē medij ad
extrema que eſt notōr intellectui ꝙ̃ habi
tudo extremitatum inter ſe et cum intel-
lectus apprehendit illaꝫ habitudinē vel
conuenientiam extremorum cum medio
eſſe neceſſariā cogit̃ ſimpliciter aſſentire
concluſioni ⁊ cum ipſa cognoſcitur vt cō
tingens intellectus aſſentit probabiliter
tantum: ⁊ per hoc patet quomodo medi
um ⁊ ratio ſe habent per moduꝫ ſuperi-
orum ad argumentum. Tercio ſcien
duꝫ eſt ꝙ fides dupliciter accipitur: vno
modo pro aſſenſu vel credulitate intel-
lectus circa aliquid credibile propter au
toritatem aut amoreꝫ prime veritatis ip
ſum reuelantis et ſic eſt virtus theolo-
gica: que per argumentum non acquiri
tur et hoc modo non capitur in diffiniti
one. Alio modo capitur fides pro aſ-
ſenſu intellectus ad aliquam concluſio
nem mediante ratione probabili: et ſic
eſt credulitas: qua intellectus credit cō
cluſionem eſſe veram per aliquod argu
mentum. et hoc modo argumentum eſt
faciens fidem de re dubia eo ꝙ habet
virtutem probatiuam concluſionis: per
quam facit intellectum credere concluſi
oni que prius erat dubia: ideo bene di-
citur medium probans concluſionem.

Quarto ſciendum ꝙ concluſio
queſtio propoſitio et enuntiatio ſic in-
ter ſe differunt: quia enuntiatio dicitur
concluſio prout eſt argumento vel argu
mentis approbata propoſitio: et tunc ac
cipitur tanquam certa. ſed dicitur ante-
quam probetur queſtio et eſt adhuc du
bia. eſt enim queſtio dubitabilis propo
ſitio. vel eſt propoſitio ſumpta cum ſig-
no interrogatiuo. Sed dicitur propoſi-
tio prout poteſt poni pro alio ſcilicet ꝓ
concluſione inferenda. ⁊ quia argumen
tum facit cognitionem propoſitionis q̄
prius erat dubia et poſtea cum proba-
tur dicitur concluſio. ideo bene dicitur
argumentum ratio rei dubie faciens fi-
dem. i. medium probans concluſionem.

Contra predicta arguitur primo ſic.
idem non diffinitur per ſe ipſum. ſed ar
gumentum et ratio idem ſunt ſecunduꝫ
rationem vltimo modo captam vt hic
accipitur ergo male diffinitur argumen
tum per rationeꝫ. Secundo ſic de re
certa bene fit argumentum vt de iſta ꝓ
propoſitione deus eſt que eſt certiſſima
et tamen illud non eſt rei dubie faciens
fidem. ergo contra diffinitionem

Tercio ſic locus dialeticus et etiam
ſilogiſmus dialeticus eſt ratō rei dubie
faciens fidem: et tamen nullum eorum

eſt argumentum. ergo iſta diffinitio nõ
conuenit ſoli diffinito. Quarto ſic in
illo ſilogiſmo. omnis lapis eſt animal.
omnis homo eſt lapis ergo omnis ho
mo eſt animal. tercia propoſitio eſt con
cluſio. ⁊ tamen non eſt probata argumẽ
to vel argumentis. quia falſum non eſt
medium probatiuuꝫ veri. cum ſit igno-
tius ipſo. ergo male diffinitur concluſio

Quinto ſic omnis propõ eſt vera
vel falſa ſed queſtio nõ eſt vera vel fal
ſa determinate vt dicendo vtruꝫ ſortes
currit nõ ſignificatur determinate verũ
vel falſum. ergo male dicitur ꝙ queſtio
eſt dubitabilis propoſitio. Ad pri-
mum dicitur ꝙ licet argumentuꝫ ⁊ ratio
idem ſint ſecundum rem tamen diffe-
runt ratione ⁊ ex ea parte qua differunt
ratio eſt cõior ⁊ notior argumenta ideo
argumentum bene diffinitur per ratiõeꝫ
ſiue per medium. Ad ſecuduꝫ dicit
ꝙ argumentum non facit fidem de re
certa inquantum certa ſed inquantum
ponitur ſub modo dubij ⁊ per moduꝫ q̃
ſtionis: ideo ſemper facit fideꝫ de re du
bia ſiue ſecundum rem ſiue ſm moduꝫ.

Ad tercium dicitur ꝙ locus diale-
ticus non facit immediate fidem de re
dubia ſed mediate inquantum in ipſo
fundatur argumentuꝫ: ⁊ ſilogiſmus dia
leticus non facit fidem cõcluſionis ra-
tione ſui ſed rõe ſui medij in quo eſt v̄
tus probatiua concluſionis: ideo ſolum
argumentum per ſe ⁊ inmediate facit fi
dem de concluſione. Ad quartum
dicitur ꝙ licet ĩ illo ſilogiſmo ſit conclu
ſio ſilogiſmi ſimpliciter: non tamen ibi
eſt concluſio ſilogiſmi probatiui ꝓ qua
ſolum hic dffinitur concluſio. Ad
quintum dicitur ꝙ licet queſtio forma-
liter accepta ſub modo queſtiõis nõ ſit
vera vel falſa: tamen quantum ad ſuuꝫ
materiale cui additur ſignum interro-
gatiũ ſignificat verum vel falſum. ideo
bene dicitur materialiter propoſitio: et
additur dubitabilis ad explicandum
formale eius quod eſt acceptõ eius ſub
modo queſtionis et dubij.

Argumentatio eſt argu-
menti. Poſtquam autor de-
terminauit de argumẽto quod
eſt principium argumentationis. hic cõ
ſequenter determinat de ipſa argumen
tatione ipſam primo ſic diffiniens. Ar
gumentatio eſt argumenti per orationẽ
explicatõ. in qua diffinitione ponitur ex
plicatio loco generis: et ponitur argu-
menti per orationem ad differentiaꝫ dif
finitionis que eſt explicatio diffiniti: et
ad differentiam orationum cathegori-
carum et ypotheticaruꝫ quibus non cõ
uenit explicare virtutem argumenti. et
huius diffinitionis ſic poteſt dari ratio
quia argumentatio dicitur totalis ora-
tio compoſita ex premiſſis et concluſio
ne: ſed in tali oratione manifeſtatur vir
tus argumenti. quia aliqua totalis ora
tio infert vniuerſalem affirmatiuam. et
in hoc explicatur ꝙ medium eius habꝫ
virtutem probandi et inferendi vniuer
ſalem affirmatiuam. alia vero vniuerſa
lem negatiuam: alia particularem affir-
matiuam. alia particularem negatiuam
et in hoc manifeſtatur virtus argumenti
quia in illis argumentationibus medi
um habet diuerſam virtutem proban-
di et inferendi concluſioneꝫ. Primo
ſciendum ꝙ argumentatio et argumen
tum ſic inter ſe differunt: quia argumen
tum eſt medium habens virtutem infe
rendi et probandi concluſionem aliquã
ſed argumentatio eſt oratio que expli-
cat talem virtutem ipſius argumenti: ſi
cut enim diffinitio explicat ipſum diffi-
nitum reſoluendo ipſum per ſua princi-
pia ſcilicet per genus et differentiam: ita
ſimiliter argumentatio explicat virtuteꝫ
argumenti oſtendendo quomodo me-
dium habet conuenientiam ⁊ habitudi
nem ad maiorem extremitatem et mi-
norem: et quõ extremitates habent con
uenientiam cum medio: per quam con
uenientiaꝫ cognoſcitur virtꝰ medij: qua
poſſunt vniri extremitates inter ſe: et ꝑ
quam poteſt inferri ⁊ probari concluſio

Scdo ſcienduꝫ ꝙ argumẽtatio du
pliciter capitur, vno mõ generaliter pro
omni oratione in qua eſt antecedens ⁊
conſequens ⁊ mediuꝫ illatiuum cõclu-
ſionis. et hoc modo ſe extẽdit ad quem
libet modum argumentationis. Alio
modo capitur ſpecialiter ſolum pro ar-
gumentatione probatiua cuius mediuꝫ
habet virtutem illatiuam. ⁊ probatiuaꝫ
reſpectu concluſionis. ⁊ ſic in diffinitiõe
prepoſita diffinitur argumentatio pro-
batiua: ⁊ non diffinitur ibi argumẽtatio
cõmuniter accepta pro q̃cunq; oratõne
illatiua concluſionis. et huius ratio eſt
quia ſicut in hoc libro non habet conſi
derari ſilogiſmꝰ in tota cõmunitate eiꝰ
ſed conſideratur ſpecialiter d̃ ſilogiſmo
dialetico qui probatiuus eſt. ita ſimili-
ter non habet hic conſiderari argumen
tatio in tota communite eius ſed ſolum
argumentatio probatiua. Tercio ſci
endũ ꝙ argumẽtationis quatuor ſunt
ſpecies. ſ. ſilogiſmus ĩductio entimema
⁊ exemplum. quarum ſic habetur ſuffici
entia: quia in omni argumẽtatione pro
ceditur ab añte ad conſequens: vel er-
go ibi eſt proceſſus a toto vel a parte. ſi
a toto ſiue vniuerſali hoc eſt dupliciter
vel in antecedente ſunt due premiſſe ſi
mul diſpoſite in modo ⁊ figura et ſic eſt
ſilogiſmus. vel ibi eſt vna premiſſa tan
tum ⁊ non fit diſpoſitio ĩ modo ⁊ in fi-
gura in antecedente ⁊ ſic eſt entimema.
in hoc enim conueniũt ſilogiſmus ⁊ en
timema: quia in vtroq; fit proceſſus a
toto ad partem ſiue ab vniuerſali ad ꝑ
ticulare. Sed ſi fiat proceſſus a parte
hoc eſt dupliciter: vel fit a ſingularibus
ad vniuerſale ⁊ ſic eſt inductio. vel ab
vno ſingulari ad aliud ſingulare et ſic
eſt exemplum. Quarto ſciendum ꝙ
iſta diuiſio argumentationis non eſt di
uiſio generis in ſuas ſpecies: quia diui
ſum non conuenit equaliter membris
diuidentibus ſed eſt diuiſio analogi in
ſua analogata. eo ꝙ argumentatio dicit
de ipſis quatuor ſecundum prius ⁊ po
ſterius: ⁊ ideo eſt quia argumentatõ di
citur ab hoc quod eſt arguere mentem
ad aſſentiendum concluſioni que infer
tur ſed hoc per ſe primo conuenit ſilogi
ſmo ⁊ non alijs ſpeciebus argumentati
onis niſi inquantum in ipſis eſt aliquo
modo virtus ſilogiſmi: ratione cuiꝰ alie
ſpecies a ſilogiſmo ſumunt rationeꝫ ar
gumentationis ab eo. Contra predic
ta arguitur primo ſic. argumentatio et
argumentum differunt ſicut concretum
⁊ abſtractum. quia conueniunt in princi
pio dictionis: ⁊ differunt in fine. ſed ab
ſtractum non habet explicare concretuꝫ
ergo argumentatio non eſt argumenti
explicatio. Secundo ſic ſilogiſmus
procedens ex manifeſte falſis eſt argu
mentatio cum ſit ſub vna ſpecie argu-
mentationis. ⁊ tamen non eſt explicatio
argumenti cum in eo non ſit mediuꝫ ha
bens virtutem probandi concluſionem
ergo male ponitur diffinitio argumen-
tationis. Tercio ſic argumentatio di
citur quaſi arguens mentẽ: ſed tota ora
tio compoſita ex premiſſis et concluſi-
one non arguit mentem: quia hoc ſoluꝫ
conuenit antecedenti. ergo male dicitur
ꝙ argumentio eſt totalis oratio compo
ſita ex premiſſis ⁊ cõcluſione. Quar
to ſic in primo thopicorum ſolum enu-
merantur due ſpecies argumentatonis
ſcilicet ſilogiſmus ⁊ inductio. ergo hic
male ponuntur quatuor. Quinto ſic
ſpecies inter ſe oppoſite non reducunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

vna ad aliam vt homo et equus. ſed
omnes ſpecies argumentionis a ſilogiſ
mo reducuntur ad ſilogiſmum ergo non
ſunt ſpecies ſiue modi ab eodeʒ diſtin
cti. Ad primum dicitur ꝙ licet
argumentatio ⁊ argumetum conueniãt
in principio dictionis ⁊ differant in fine
non tamen conueniunt in re ſignificata:
quia argumentum ſignificat mediuʒ ar
gumentationis et argumentatio totam
orationem compoſitam ex premiſſis et
concluſione. ideo non differunt ſolum ſi
cut concretuʒ ⁊ abſtractuʒ. ratione cuiꝰ
vnum poteſt eſſe explicatio alterius.

Ad ſecunduʒ dicitur ꝙ ſilogiſmus
procedens ex manifeſte falſis non eſt
argumentatio probatiua de qua ſolum
intelligitur in hac diffinitione: ſed ſoluʒ
eſt argumentatio illatiua. Ad ter-
cium dicitur ꝙ tota oȝo compoſita ex p̄
miſſis ⁊ concluſione bene arguit mẽtem
ſecundum partem eius reſpectu ante-
cedentis: ⁊ hoc capiendo tota collectiue
pro perfecta: quia ſi caperetur tota di-
ſtributiue vt eſt idem ꝙ quelibet pars
ſic tota oratio compoſita ex premiſſis ⁊
concluſione non arguit menteʒ ſed vna
pars tantum. Ad quartum dicit̃ ꝙ
Ariſto. in primo thopicoruʒ ſub ſilogiſ
mo comprehendit entimema. et ſub in
ductione exemplum. Ad quintum
dicitur ꝙ licet alie ſpecies quantum ad
virtutem inferendi ad ſilogiſmuʒ redu
cantur non tamen quantum ad formaʒ
arguendi ideo ſunt ſpecies a ſilogiſmo
diſtincte.

I nductio eſt. Poſtꝙ autor
ſuperius determiauit de argu
mentatione in communi tam
diffinitiue ꝙ diuiſiue ipſam diuidendo
per ſuas ſpecies. hic conſequenter de-
terminat de ſpeciebus eius. Et quia dif
finitio ſilogiſmi eſt poſita ſufficiẽter in
quarto tractactu quia per illam diffini-
tionem poteſt diffiniri ſilogiſmus ſim-
pliciter remota illa particula ⁊ conceſſis
⁊ etiam ſilogiſmus dialeticus poſita ea
deʒ particula. vt dicendo: ſilogiſmus eſt
oratio in qua quibuſdam poſitis ⁊ con
ceſſis neceſſe eſt aliud accidere per ea
que poſita ſunt ⁊ conceſſa. ideo autor ſe
excuſat de ſpeciali determinatione ſilo-
giſmi. quia diffinitõ eius data eſt prius
ideo inter alias ſpecies argumentatio-
nis primo determinat de inductione.
quia eſt aliquo modo perfectior alijs.

Primo ſciendum ꝙ ſic diffinitur in
ductio. Inductio eſt progreſſio a ſin-
gularibus ad vniuerſale probanduʒ. vt
ſortes currit plato currit ⁊ ſic de aliis er
go omnis homo currit. In qua diffini-
nitione ponitur progreſſio loco generis
⁊ capitur ibi ſimilitudinarie progreſſio
per ſimilitudinem ad motum progreſſi
uum animalis: quia ſicut ille motus fit
preponendo pedem pedi: ſic ille motus
rationis. i. progreſſio fit capiendo vnuʒ
ſingulare poſt aliud. ideo ibi capitur p̱-
greſſio pro motu rationis. deinde poni-
tur a ſingularibus ad differentiam ſilo-
giſmi ⁊ entimematis que procedunt ab
vniuerſalibus ad ſingularia. ⁊ ſubiungi
tur ad vniuerſale ad differentiam exem
pli quod procedit ab vno ſingulari ad
aliud: ⁊ non vniuerſale. Ex qua diffini-
tiõe pʒ ꝙ inductio et deſcenſus aliquo
modo opponuntur. quia deſcenſus eſt
ab vniuerſali ad particulare inductio
vero econtra. Secundo ſcienduʒ ꝙ
ſingulare dupliter ſumitur. vno modo
ſpecialiter ſolum pro indiuiduo deter-
miato. Alio modo generaliter pro quo
libet inferioris alicuius ſuperiori. ⁊ hoc
modo ſpecies alicuius vniuerſalis poſ
ſunt dici ſingularia generis. quia licʒ nõ
ſint ſingularia ſimpliciter: ſunt tamẽ ſin
gularia in reſpectu ⁊ hoc modo ſumitur
ſingulare in diffinitione. ⁊ etiaʒ capitur
vniuerſale generaliter pro quolibet ſu-
periori. ⁊ nõ fit proceſſus ad vniuerſale
indiffinite acceptuʒ. q2 ibi non eſt prop̃e
inductio. ſor. currit plato currit. et ſic de
alijs ergo homo currit. ſed dʒ fierri pro
ceſſus ad vniuerſale vniũſaliter ſump-
tuʒ quod eſt vl̃e ſecunduʒ reʒ ⁊ moduʒ
ſimul. vt concludendo: ergo omnis hõ
currit. Tercio ſcienduʒ ꝙ dupliciter
poteſt fieri inductio. vno modo enume
rando aliqua ſingularia tantum et non
oĩa vt dicẽdo ſortes currit plato cur-
rit ergo homo currit: ⁊ hec inductõ non
eſt conſequentia neceſſaria: quia ante-
cedens poteſt eſſe verum conſequente
exiſtente falſo: ſed eſt probabilis tantũ.
Alio mõ fit inductio enumerando om
nia ſingularia ſimul: ⁊ adhuc poteſt fie-
ri dupliciter. vno mõ enumerãdo oĩa
ſingularia in propria forma cum illa p̱-
ticula ⁊ non ſunt plura. Alio modo enu
merãdo aliq̃ ſingularia in ꝓpria forã ⁊
conprehendendo alia ſub vna clauſula
cõi vt dicẽdo ⁊ ſic de alijs. ⁊ vtroqʒ iſto
rũ modorũ inductio eſt cõſequentia ne
ceſſaria: ſed tamen non eſt coſequentia
formalis: ſed materialis tantum. quia
tenet gratia habitudinis materialis. ſci
licet propter habitudinem ſingularium
ad ſuum vniuerſale propter quam ha-
bitudineʒ preſupponitur in inductione
vna propoſitõ per ſe nota que continet̃
in mente. ex qua cuʒ antecedente induc
tionis fit ſilogiſmus reducendo induc-
tionem ad ſilogiſmum. Quarto ſci
endum ꝙ inductio ſic reducitur ad ſilo
giſmum. quia in concluſione inductõis
ſunt duo termini quorum ſubiectum fit
minor extremitas. ⁊ predicatum fit ma
ior extremitas in ſilogiſmo. et ſingu-
laria que non ponuntur in concluſione
accipiuntur pro medio vt iſta inductio.
ſortes currit plato currit ⁊ ſic de alijs er
go omnis homo currit ſic reducit̃. oĩe
quod eſt ſortes vel plato et ſic de alijs
currit: omnis homo eſt ſortes vel plato
⁊ ſic de alijs ergo omnis homo currit. et
debent capi illa ſingularia diſiunctiue ⁊
non copulatiue quia non poſſunt copu
latiue verificari de ſuo vniuerſali: ſed
diſiunctiue tantum. Contra predicta
arguitur primo ſic. Inductio eſt motus
rationis vel intellectus cum ſit argumẽ
tatio: ſed motus intellectus nõ fit a ſin
gularibus quia intellectus non cogno-
ſcit ſingularia. ſed ſolum vniuerſale qᷣ
eſt obiectum eius. ergo inductio non fit
a ſingularibus. Secundo ſic in om
ni argumentatione probatiua antece-
dens debet eſſe notius conſequente ſʒ
ſingularia non ſunt notiora ſub vniuer
ſali: cuʒ ſint infinita ⁊ indeterminata g̃
inductio non fit a ſingularibus ad vni
uerſale. Tercio ſic: hec eſt bona in-
ductio: omnis equus currit: omnis ho-
mo currit et ſic de alijs ſpeciebus ani-
malis: ergo omne animal currit: ⁊ tamẽ
ibi non arguitur a ſingularibus ad vni-
uerſale. ergo contra diffinitionem.

Quarto ſic: hic arguitur a ſingulari-
bus ad vniuerſale. ſortes currit: plato
currit ⁊ ſic de alijs: ergo omnis aſinus
currit ⁊ tamen ibi non eſt bona conſe-
quentia: ergo male dicitur ꝙ inductio
eſt bona conſequentia. Quinto ſic
in omni ſilogiſmo ſunt tres termini. ſed
in inductione ſunt plures termini quaʒ
tres: ergo inductio non reducitur ad ſi
logiſmum. Ad primum dicitur ꝙ li-
cet intellectus non cognoſcat ſingularia
directe: tamen bene cognoſcit reflexe p̱
hoc ꝙ intellectus reflectitur ad ſenſum
quo ſingularia cognoſcuntur. ſed ſolum
cognoſcit vniuerſale directe tanquam
proprium obiectum eius. Ad ſecun
dum dicitur ꝙ licet ſingularia non ſint
notiora ſimpliciter ſuo vniuerſali: tamẽ
ſunt notiora quo ad nos ꝙ ſuum vni-

uerſale:⁊ licet aliquando ſingularia ſint infinita quo ad nos: tamen aliqua poſſunt eſſe nobis nota ⁊ tunc enumerãdo illa que ſunt nobis nota: ⁊ comprehendendo alia ſub illa clauſula communi: ⁊ ſic de alijs poteſt fieri inductio.

Ad tercium dicitur ꝙ licet ibi non bene arguatur a ſingularibus ſimpliciter: tamen bene arguitur a ſingularibus in reſpectu: quia iſta omnis equus currit eſt quodammodo ſingularis ad iſtã omne animal currit. ⁊ hoc ſufficit ad inductionem vt dictum eſt. Ad quartum dicitur ꝙ ibi non arguitur a ſingularibus ad vniuerſale illorum ſingularium enumeratorum quod ad inductionem requiritur. Ad quintum dicitur ꝙ licet in inductione ſint plures termini q̃ tres ſm vocem tamen accipiuntur per modum trium in ſilogiſmo. quia cũcta ſingularia in antecedente inductionis poſita capiuntur pro medio.

Entimema eſt ſilogiſmus

Poſtquã autor determinauit de ſilogiſmo ⁊ inductione que ſunt principaliores partes argumentationis. hic conſequenter determinat de entimemate ⁊ exemplo que ſunt reducibiles ad alias ſpecies ſcilicet entimema ad ſilogiſmum ⁊ exemplum ad inductionem ⁊ quia entimema eſt exmplo perfectius. ideo prius determinat de entimemate q̃ de exemplo. ipſum primo ſic diffiniens. Entimema eſt ſilogiſmus imperfectus. In qua diffinitione ponitur ſilogiſmus loco generis: capiendo ſilogiſmum communiter vt ſe extendit ad ſilogiſmuꝫ perfectum formaliter in modo ⁊ figura ⁊ ad ſilogiſmum perfectum virtualiter: ⁊ ponitur imperfectꝰ ad differentiam ſilogiſmi perfecti formaliter completi ex duabus premiſſis. Et conſequenter explicatur hec diffinitio. Entimema eſt oratio in qua non omnibus premiſſis poſitis ſed tantum vna infertur feſtinata concluſio vt hic omnis homo currit g̃ ſortes currit poſita maiore tantum. ⁊ preſuppoſita minore infertur concluſio. Primo ſciendum ꝙ in omni entimemate ſecundum intellectuꝫ ponuntur due premiſſe: ſed ſecundum vocem ponitur vna tantum ⁊ alia tacetur et retinetur in mente: et inquantum ſunt ibi due p̃miſſe ſm intellectũ vocatur ſilogiſmus: ⁊ ea ꝑte qua deficit vna ſecunduꝫ vocem dicitur imperfectus. et quia vna tacetur que retinetur in mente. ideo dicitur entimema ab en quod eſt in ⁊ timos quod eſt mens ⁊ monos quod eſt vnuꝫ quaſi in mente retinens vnam propoſitionem: ⁊ oportet illam q̃ retinetur in mente eſſe probabileꝫ et neceſſariam. ⁊ ꝙ preſupponatur tanq̃ vera. ⁊ propter hoc Ariſ. ſic diffinit entimema. Entimema eſt ſilogiſmus ex icotibus ⁊ ſignis: icos enim eſt propoſitio ꝓbabilis ⁊ ſignuꝫ ibi capit̃ pro ꝓpoſitiõe neceſſaria. vt hic omne aĩal currit ergo omnis hõ currit. minor preſupponit̃. ſ. omnis homo eſt aĩal: que eſt propoſitio neceſſaria. ⁊ ſignũ. Ex quo pꝫ ꝙ conſequentia entimematis non tenet gr̃a forme arguendi ſꝫ gracia materie. quia ibi preſupponit̃ virtus alicuius premiſſaruꝫ. Secundo ſciendũ ꝙ entiema ſic reducit̃ ad ſilogiſmuꝫ. qꝛ in ipſo ſunt due extremitates in concluſione. quarũ maior extremitas eſt predicatũ ⁊ minor extremitas ſubiectum: et ibi ponit̃ mediũ: quod nõ intrat concluſionẽ ⁊ ponitur in añte cuꝫ altera extremitatũ. vnde formãdo vnaꝫ premiſſarũ cuꝫ medio et cuꝫ extremitate non poſita in añte fit ſilogiſmꝰ ꝑfectus. ⁊ ſi mediuꝫ ponatur in añte cũ ſubiecto concluſionis ibi eſt minor p̃miſſa ⁊ deficit maior. vt hic om̃is homo eſt riſibilis ibi deficit maior. ſ. õe riſibile eſt animal ergo omnis homo eſt aĩal. Et ſi mediuꝫ ponat̃ cum predicato cõcluſionis q̃d eſt maior extremitas ibi eſt maior p̃miſſa et deficit minor. vt hic aĩal currit g̃ omnis hõ currit ibi deficit minor. ſ. omnis homo eſt aĩal. Et ſi tale medium poſſit ſubijci maiori extremitati ⁊ predicari de minori entimema reducitur ad primam figuram. ⁊ ſi predicatur de vtraq; ſic reducitur ad ſecundaꝫ ⁊ ſi ſubcitur vtriq; ſic reducitur ad terciam figuram. Tercio ſciendum ꝙ exẽplum ſic diffinitur. Exemplum eſt progreſſus ab vno particulari ad aliud particulare probandum propter aliquod ſimile in ipſis repertum. vt ſortes eſt riſibilis. ergo plato eſt riſibilis. eo ꝙ vterq; eſt homo: in quo habent ſimilitudinem eſſentialeꝫ. In qua diffinitione ponitur progreſſus loco generis. ⁊ ponitur ab vno particulari ad differentiam entimematis ⁊ ſilogiſmi. ⁊ ponitur ad aliud particulare ad differentiam inductõnis que procedit ad vniuerſale probanduꝫ ⁊ ponitur propter aliquod ſimile in ipſis repertum ad oſtendendum vnde ꝓuenit virtus probationis in exemplo. qꝛ prouenit propter ſimilitudinem duoruꝫ particularium adinuiceꝫ. ⁊ quicquid cõuenit vni ſingulari inquantum eſt ſimile alteri etiã conuenit alteri vt riſibile cõuenit ſorti inquantuꝫ eſt homo iõ riſibile conuenit platoni inquantũ eſt homo.

Quarto ſciendum eſt ꝙ ad reducẽdum exemplum ad ſilogiſmum oportet primo per inductionem imperfectaꝫ oſtendere maiorem extremitatẽ que eſt p̃dicatum concluſionis de illo communi in quo conueniunt illa ſingularia. ⁊ per illud commune oſtenditur ſilogiſtice de alio ſingulari quod eſt minor extremitas vt arguendo ſic. ſortes eſt riſibilis g̃ omnis homo eſt riſibilis. ibi eſt inductio imperfecta. ⁊ vltra omnis homo eſt riſibilis. plato eſt hõ ergo plato eſt riſibilis. in hoc ſilogiſmo homo ponitur ꝓ medio. ⁊ illud commune in quo ſibi aſſimilantur pro maiori extremitate: ⁊ ſuũ ſimile quod eſt plato eſt maior extremitas. ⁊ diffinitur aliter exempluꝫ ab Ariſtotile. Exemplum eſt argumentatõ que per ſimile minoris extremitatis oſtendit maiorem extremitateꝫ de medio et per medium de minori extremitate. ⁊ oportet maiorem extremitatem notõri modo conuenire primo ſingulari quam medio: et ꝙ notius inſit medio q̃ minori extremitati ratõne cuius totus proceſſus exemplaris vocatur: ⁊ per hoc patet quid ſit entimema et exemplum ⁊ q̃ modo reducunt̃ ad ſilogiſmum.

Contra predicta arguitur primo ſic. Entimema ⁊ ſilogiſmus inter ſe opponuntur ⁊ ſunt ſpecies diſtincte ergo entimema non eſt ſilogiſmus. Secundo ſic in primo poſterioruꝫ dicit̃ ꝙ entimema ẽ vere ſilogiſmus ergo entimema non eſt ſilogiſmus imperfectus.

Tercio ſic hic eſt ſilogiſmus imperfectus. omnis aſinus currit: ergo om̃is homo currit. ⁊ poſita illa minore omnis homo eſt aſinus erit ſilogiſmus perfectus: et tamen non eſt bona cõſequentia ergo male dicitur ꝙ in entimemate eſt bona conſequentia. Quarto ſic. vnuꝫ ſingulare ſimile alteri nõ eſt magis notum q̃ aliud. ſed omnis argumentatio procedit a magis noto ad minꝰ notum. ergo in exemplo vnum particulare non probatur per aliud. Quinto ſic non ſequitur. Sortes eſt riſibilis. ergo omnis homo eſt riſibilis: ⁊ tamen ibi arguitur eo modo reducendo exemplum ad ſilogiſmuꝫ oſtendendo maioreꝫ extrmitateꝫ de medio in quo conueniunt plura ſingularia. ergo exempluꝫ non eſt reducibile ad ſilogiſmũ. Ad primuꝫ iſtoruꝫ dicitur ꝙ lꝫ entimema nõ ſit ſilogiſmꝰ ꝑfecte in mõ et in figura for̃aliter

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

tamen eſt bene perfectus virtualiter: et
eſt imperfectus formaliter: eo ꝙ deficit
vna premiſſarum ⁊ eſt perfectus virtua
liter: quia ibi ſunt due premiſſe ſecundū
intellectum arguentis qui tacet vnam
quam preſupponit per ſe eſſe notam. iō
dicitur perfectus ſilogiſmus. Et per hoc
ſoluitur ſecundum argumentum.

Ad tercium dicitur ꝙ in entimema
te requiritur ꝙ illa premiſſa quam pre-
ſupponit ſit vera vel probabilis. ⁊ hoc
non fit in iſto argumēto. omnis aſinus
currit: ergo omnis homo currit. ideo ibi
non eſt entimema. ⁊ licet ibi ſit ſilogiſ-
mus perfectus formaliter: non tamen
eſt perfectus virtualiter quod requiri-
tur ad rationem entimematis. Ad
quartum dicitur ꝙ licet ſecundum rem
vnum ſingulare non ſit notius alio in
eo ꝙ ſingularia ſunt: tamen bene poteſt
eſſe quo ad nos notius alio: ⁊ ſecunduʒ
hoc poteſt probare aliud. Ad quin
tuʒ dicitur ꝙ licet inducendo exempluʒ
ad ſilogiſmum ⁊ illa inductione imper-
fecta non ſit conſequentia neceſſaria. ta
men bene eſt ibi conſequentia probabi
lis. quia probabile eſt ꝙ ſi maior extre-
mitas conueniat vni ſingulari eo ꝙ cō
uenit cum alio ſingulari in tali medio et
illud ſingulare contineatur ſub illo me
dio. ꝙ illa maior extremitas illi medio
vniuerſaliter conueniat.

l

Ocus eſt ſedes argumēti

Poſtquam autor determina-
uit de argumento et argumen
tatione. Hic conſequenter determinat
de loco qui per argumentum diffinitur
ſecundum ꝙ in eo confirmatur ipſum
argumentum ipſuʒ primo ſic diffiniens
Locus eſt ſedes argumēti vel id a quo
ad propoſitaʒ queſtionem conueniens
elicitur argumentum. Cuius ratio eſt
quia locus eſt habitudo neceſſaria ter-
minorū ad inuicē. vel eſt ꝓpoſitio neceſ
ſaria que eſt ꝑ ſe nota propter talē habi
tudinem terminorum inter ſe. ſed in tali
habitudine terminoruʒ inter ſe vel in ꝓ
poſitione per ſe nota que fit ex illis ter
minis confirmatur medium probans et
inferens concluſionem quod dicitur ar
gumentum: et etiam elicitur virtus argu
menti ad propoſitam queſtioneʒ ex illa
habitudine terminorum vel ex aliqua
propoſitione per ſe nota: iō locus bene
dicitur argumentum vel illud a quo eli
citur argumentum. prima autem pars
conuenientius ⁊ principalius conuenit
loco maxime. et ſecunda conuenit loco
differentie maxime quamuis quelibet
pars aliquo modo poſſit competere cui
libet loco: quia in vtroqꝫ confirmatur
argumentum: et etiam ab vtroqꝫ poteſt
elici argumentum ad aliquam propo-
ſitam queſtionem. Primo ſcienduʒ
ꝙ hic non capitur proprie locus pro ſu
perficie corporis continentis que eſt
menſura locati vt capitur in predicamē
tis. ſed capitur tranſumptiue pro habi-
tudine terminoruʒ vel propoſitione per
ſe nota que eſt aliquo modo generati-
ua et conſeruatiua argumenti: ſicut lo-
cus dicitur conſeruatiuus locati. et dici-
tur etiam talis locus dialeticus ſedes
argumenti: non proprie ſed methapho
rice ſiue tranſumptiue: quia ſicut ſedēs
in ſede confirmatur et quieſcit: ita argu
mentatio quieſcit et confirmatur in lo-
co dialetico quia cum intellectus dubi-
tat de virtute probatiua vel illatiua ar
gumenti et reperit habitudinem termi-
norum vel propoſitionem per ſe notam
vbi confirmatur illa habitudo tūc intel
lectus quieſcit ⁊ āplius non dubitat de
illa virtute nec de cōcluſione probata ꝑ
argumnetum. Secundo ſciendum
ꝙ locus diuiditur per locum maximaʒ
et locum differentiam maxie. qui ſic in
ter ſe differunt: quia locus differentia
maxime dicit habitudinem terminoruʒ
in qua fundatur ⁊ confirmatur argumē
tuʒ imcomplete tn̄ ⁊ imperfecte. ⁊ locus
maxima dicit propoſitionem per ſe no-
tam propter illam habitudinem termi-
norum que complete ⁊ explicite termi-
nat argumentum. verbi gracia arguen
do ſic. ſortes eſt homo ergo ſortes eſt
animal. ſi probetur per locum a ſpecie
ad genus eſt locus differentia maxime
⁊ terminat imperfecte argumentuʒ quia
poteſt adhuc dubitari qualis eſt illa ha
bitudo ſpeciei ad genus. ſed cum adue
nit iſta maxima de quocūqꝫ predicatur
ſpecies et ſuuʒ genus. tunc explicite ter
minatur argumentum ⁊ per hoc habe-
tur ſufficientia iſtorum membrorum. qr
omnis locus confirmat argumentuʒ. vl̄
ergo confirmat explicite ⁊ perfecte ⁊ ſic
eſt locus maxima. vel implicite ⁊ imper
fecte ⁊ ſic eſt locus differentia maxime
Ex quibus patet ꝙ locus differētia ma
xime via generatōnis eſt prior ꝙ̄ locus
maxima: tamen via perfectionis eſt po
ſterior. ⁊ dicitur locus maxima per ap-
poſitionem. ⁊ ſic ibi non eſt incongrui-
tas conſtructionis. maxima enim tene
tur ſubſtantiue ⁊ non adiectiue. Ter
tio ſcienduʒ ꝙ locus maxima idem eſt
ꝙ ipſa maxima. ⁊ maxima eſt propoſi-
tio per ſe nota qua non eſt altera prior
neqꝫ notior. vt omne totum eſt maius
ſua parte: ⁊ ratio diffinitionis eſt quia
in tali propoſitione eſt habitudo imme
diata vel per ſe nota terminorum inter
ſe: ideo cognitis illis terminis intellec-
tus ſtatim apprehendit habitudinem il
lorum terminorum ⁊ cognoſcit propoſi
tionem neceſſariam que fit ex illis ter-
minis: et illa non notificatur per aliam
propoſitionem ſed per ſuos terminos:
ideo nulla eſt notior ipſa. ⁊ vocatur ma
xima quia licet ſit parua in quantitate
eſt tamē maxima in virtute: ⁊ in gradu
certitudinis quia poteſt certificare mul
tas alias propoſitiones. Alio nomine
dicitur dignitas quia ſe ipſam dignifi-
cat vt ab intellectu cognoſcit̄. Alio mo
do dicitur communis animi conceptō.
quia ab intellectu multorū faciliter con
cipitur. ideo illam ſic diffinit Boecius.
Communis animi conceptio eſt quam
quiſqꝫ probat auditam. Quarto ſci
endum ꝙ locus differentia maxime eſt
ille per quem vna maxima differt ab
alia vt ſunt termini habentes neceſſari
am habitudinem inter ſe. ex qua proue
nit neceſſitas illius maxime vt iſte ma-
xime de quocunqꝫ predicatur ſpecies
⁊ ſuum genus ⁊ de quocunqꝫ predica-
tur diffinitio ⁊ diffinitum. differunt per
ſuos terminos: ⁊ illi termini inquantuʒ
habent habitudinem neceſſariam ad in
uiceʒ vocantur loci differentie maxime
vnde dicuntur loci inquantum ex ipſis
elicitur argumentum vel in ipſis confir
matur. ⁊ dicuntur differentie maxime in
quantum faciunt vnam maximā differ
re ab alia. Contra predicta arguitur
primo ſic. argumentum eſt medium ar-
gumentationis probās concluſionem.
⁊ locus maxima eſt vna propoſitio ar-
gumentationis. ſed medium non confir
matur in premiſſis argumentationis. er
go locus maxima non eſt ſedes argu-
menti. Secundo ſic argumentum ⁊
locus idem ſunt: vt in iſto argumento
homo currit ergo animal currit. homo
eſt argumentum: quia eſt medium pro
bans concluſionē: et etiam eſt locus in
quantum in ipſo eſt ſpecies: ⁊ dicitur lo
cus a ſpecie. ſed idem non confirmat
ſeipſuʒ: ergo locꝰ male dr̄ ſedes argumē
ti. Tercio ſic. locus differentia maxi

me eſt pars loci maxime et in eo conti
netur ergo membra huius diuiſionis
coincidunt. Quarto ſic. hec eſt vna
maxima: omne totum eſt maius ſua par
te: et tamē aliqua eſt notior ipſa: vt iſta
de quolibet eſſe vel nō eſſe de nullo am
bo ſimul. ergo contra diffinitionem ma
xime. Quinto ſic omnis locus eſt ha
bitudo vt patet in diffinitionibus om-
nium locorum: ſed termini maxime non
ſunt habitudo ergo male dicuntur loci
differentie maxime. Ad primum di
citur ꝙ licet argumentum quantum ad
ſuum materiale quod eſt terminus qui
eſt medium argumentationis non con-
firmetur per maximam: tamen quantuꝫ
ad virtutem probandi concluſionem cō
firmatur in maxima per quaꝫ virtus ar
gumenti perfecte explicatur ⁊ manife-
ſtatur intellectui. Ad ſecundum dici
tur ꝙ licet locus ⁊ argumentum quādo
qꝫ ſint ideꝫ materialiter tamen differūt
formaliter: vt in illo exemplo predicto
homo inquantum habet virtutem pro
bandi concluſionem dicitur argumentū
⁊ inquantum eſt ſpecies ⁊ habet habi-
tudineꝫ ad genus dicitur locus: ⁊ in iſta
habitudine confirmatur virtus que di
citur argumentum. Ad tercium dici
tur ꝙ licet in maxima includatur mate-
rialiter locus differentia maxime tanq̄
pars materialis eius: non tamen forma
liter vt pertinens ad formam maxime
ideo locus maxima ⁊ locus differentia
maxime non coincidunt in idem forma
liter. Ad quartum dicitur ꝙ licet ali
qua propoſitio ſit ſimpliciter notior iſta
omne totum eſt maius ſua parte: nulla
tamen eſt notior in ſuo genere. hoc eſt
que fiat ex eiſdem terminis ⁊ in eodem
generere terminorum. quia ex talibus
terminis nulla conſtituitur immedia-
tior iſta ſcilicet omne totum eſt maius
ſua parte. Ad quintum dicitur ꝙ li-
cet termini maxime ſecunduꝫ voceꝫ nō
ſint habitudines: tamen quantum ad
ſignificata ipſorum important habitudi
nes. quia ſunt termini communes et ta-
les ſignificant habitudines rerum inter
ſe. vt genus ſignificat habitudinem ſu-
perioris ad inferiora ⁊ ſpecies ecōtra.

l Ocus differentia maxie.

Poſtquam autor determina-
uit de loco in conmmuni tam
diffinitiue q̄ diuiſiue. ⁊ poſuit diffiniti-
onem loci maxime et etiam loci diffe-
rentie maxime. Hic conſequenter di-
uidit locum differentiam maxime per
locum intrinſecum extrinſecum ⁊ medi-
um. Cuius diuiſionis ratio eſt quia
omnis locus differentia maxime impor
tat habitudinem termini inferentis ad
terminuꝫ illatum. vel ergo terminus in
ferēs ſimpliciter conuēit cuꝫ tīo illato et
ſic eſt locus intrinſecus. vel diſconuenit
ab eo ⁊ hoc eſt dupliciter. quia vel diſ
conuēit ſimpliciter: vel ꝑtiꝫ conuēit ⁊ ꝑ
tim differt. ſi primum ſic eſt locus extrin
ſecus: ſi ſecundum ſic eſt locus medius

Primo ſciendum eſt ꝙ locus intrin
ſecus eſt quando ſumitur argumentum
ab his que ſunt de ſubſtantia rei. hoc
eſt quādo terminus inferens eſt de ſub
ſtantia vel eſſentia termini illati: vt pro
poſita iſta queſtione vtruꝫ ſortes ſit ani
mal. arguitur ſic ſortes eſt homo ergo
ſortes eſt animal ibi ſumitur argumen-
tuꝫ ab illo termino inferente homo qui
intrinſece conuenit cum termino illato
ſcilicet cum animali. Et dicitur locus in
trinſecus quia quando terminus infe-
rens eſt intrinſecus illato. vel econtra
ibi eſt intrinſeca habitudo inter illos
terminos. eo ꝙ habitudo vnius termi
ni ad alium non diſtinguitur reali-
ter a termino cuius eſt habitudo. nec
ſemper oportet ad talem locum quod
terminus inferens ſit de eſſentia.
vel diffinitione termini illati. ſed ſufficit
ꝙ ſit intrinſecus ſecundum aliquem mo
dum eſſendi in. Secundo ſciendum
ꝙ locus extrinſecus eſt quando ſumitur
argumentum ab his que ſunt omnino ſe
parata à ſubſtantia rei ideſt quando ter-
minus inferens ſimpliciter eſt extrinſecꝰ
et diſconueniens cum termino illato. vt
arguendo ſic. ſortes eſt albus. ergo ſortes
non eſt niger. terminus inferens ſcilicet
albus eſt totaliter extrinſecus termino il
lato ſcilicet nigro et propter hanc cauſam
talis locus vocatur extrinſecus. Et licet
habitudo localis in illo loco ſit quodam
modo intrinſeca in termino inferenti ta-
men eſt extrinſeca in ordine ad terminuꝫ
illatum: et eſt habitudo negatiua tantum
inter illos terminos et non habitudo po
ſitiua ſicut in loco intrinſeco. Tercio
ſciénduꝫ ꝙ locus medius eſt quando ſu
mitur argumentum ab his que partim
conueniunt et partim differunt cum termi
nis in queſtione poſitis. hoc eſt quando
terminus inferens conuenit cum termino
illato. et partim differt. ſicut eſt inter con-
cretum et abſtractum que conueniunt in
re ſignificata: et differunt in modo ſigni-
ficandi: et conueniunt in principio dictio
nis: et differunt in fine. ſicut eſt inter con
iugata et caſus. vt ſi queratur vtrum iu-
ſticia ſit bona et probetur ſic. Juſtum eſt
bonum ergo iuſticia eſt bona: ibi iuſtum
partim conuenit et partim differt a iuſti-
cia. Et dicitur talis locus mediꝰ. quia ter
minus inferens medio modo ſe habet
ad terminum illatum quantum ad hoc
quod eſt conuenire et diſconuenire. ideo
iſte locus quantum ad conuenientiam et
differentiam termini inferentis et termi-
ni illati dicitur aliquo modo medius per
participationem inter terminum intrinſe-
cum et terminum extrinſecum. Quar
to ſciendum ꝙ predicta diuiſio loci per il
los tres modos non eſt diuiſio generis
in ſuas ſpecies. qꝛ locus nō dicitur eq̄
liter de iſtis tribus mēbris: ſed eſt diui
ſio analogi in ſua analogata. qꝛ locus
dicitur de iſtis tribus ſecundū prius et
poſterius: prius enim dicitur de loco in
trinſeco et poſtea de alijs. Et ratio eſt
quia locus eſt habitudo termini inferē
tis ad terminum illatum. ſed in loco in-
trinſeco vbi eſt haditudo poſitiua tan-
tum eſt perfectior habitudo q̄ in loco
extrinſeco vbi eſt habitudo priuatiua
tantum: que ſolum habet cognoſci per
reſpectum ad habitudinem poſitiuam.
ſicut priuatio cognoſcitur per habitum
et etiam locus medius participat ratio
nem vtriuſqꝫ loci. quia habet conueni
entiam cum loco intrinſeco et extrinſe-
co. et ea parte qua cōuenit cum loco in-
trinſeco perfectior eſt loco extrinſeco. et
per hoc patent diffinitiones et compa-
ratio illorum locorum inter ſe.

Sed contra predicta arguitur pri-
mo ſic. Locus maxima multiplicatur ſi
cut locus differentia maxime: ſed locus
maxima non diuiditur per locum intrin
ſecuꝫ et extrinſecuꝫ et medium: ergo ma
le diuiditur hoc modo locus differentia
maxime. Secundo ſic. locus diffe-
rentia maxime habet diuidi ſecundum
diuerſas differentias entis. eo ꝙ dicit
habitudinem termini ad terminuꝫ que
ſe tenet ex parte rei ſignificate. ſed plu-
res ſunt differentie entis quam tres ſi-
cut. idem. diuerſum. actus. potentia. acci
dens et ſubſtantia et ſic de alijs ergo
non ſunt tantum tres modi loci differen
tie maxime. Tercio ſic locus diale-
ticus dicitur ſecundum ſimilitudinem
ad locum realem: ſed omnis locus rea-
lis extrinſecus locato. quia eſt ſubiecti
ue in locante: ergo omnis locus dialeti
cus eſt extrinſecus et nullus eſt intrinſe
cus. Quarto ſic omnis locus eſt ha-
bitudo mediās inter terminū inferēteꝫ

et terminum illatum. ergo omnis locus
eſt mediꝰ. Quinto ſic. arguēdo ſic. ho
mo currit ergo animal curric. terminus
inferens ſcilicet homo partim conuenit
cuꝫ termino illato ⁊ partim ab eo differt
et tamen ibi non eſt locus medius. ſed
locus a ſpecie ad genus. ergo male diffi
nitur locus medius. Ad primum di
citur ꝙ licet non ponatur explicite diui
ſio loci maxime: tamen ſatis ponitur im
plicite. quia poteſt intelligi multiplica-
tio eius per diuiſionem loci differentie
maxime: quia variatis termis qui ſunt
differentie maxime ſecundum diuerſos
locos etiam variantur maxime que for
mantur ſecundum habitudines illoruꝫ
terminoruꝫ. ideo in quolibet loco ſpecia
li fit vna maxia ſpālis. Ad ſecunduꝫ
dicitur ꝙ licꝫ diuiſio loci differentie ma
xime ſumatur ſecundum aliquas diffe-
rentias entis .ſ. ſcdm idem et diuerſum
et partim idem et partim diuerſum non
tamen ſumitur ſecundum omnes diffe-
rentias entis: ideo non oportet ꝙ ſint
tot modi locorum quot ſunt modi entis
Ad tercium dicitur ꝙ licet locus di
aleticus habeat ſimilitudinem cum lo
co naturali in eo ꝙ eſt conſeruatiuus et
generatiuus argumēti ſicut locus natu
ralis eſt conſeruatiuus locati non tamē
ſumitur ſecundum illam ſimilitudinem
que eſt eſſe extrinſecuꝫ quare non opor
tet ꝙ omnis locus differentia maxime
ſit extrinſecus. Ad quartum dicitur
ꝙ negatur conſequentia: et ratio eſt qꝛ
non dicitur locus medius eo ꝙ ſit habi
tudo medians inter illos duos termi-
nos: ſed quia terminus inferens partiꝫ
conuenit cum termino illato et partim
differt ab eo. Ad quintum dicitur ꝙ
licet homo et animal partim conueniāt
et differant: tamen homo ibi non infert
animal in illo argumento inquantum
eſt conueniens ⁊ differens ſimul: ſed ra

tione conuenientie tantum: ideo ibi eſt
locus intrinſecus.

l Ocus intrinſecꝰ diuiditur.
Poſtquam autor poſuit diui-
ſionem loci differentie maxime
et diffinitiones membroruꝫ eius. hic con
ſequenter ſubdiuidit vnum menbrum il
lius diuiſionis ſcilicet locum intrinſecum
dicens ꝙ locus intrinſecus diuiditur per
locum a ſubſtantia et per locum a conco-
mitantibus ſubſtantiam. Cuius ratio eſt
quia in omni loco intrinſeco terminus in
ferens aliquo modo facit vnum cum ter
mino illato. vel ergo dicit conuertibiliter
totam ſubſtantiam termini illati: vel di-
cit aliquid concomitans illam ſubſtantiā
et non dicit conuertibiliter illam ſubſtan
tiam ſecundum ſe totam. Si primum ſic
eſt locus a ſubſtantia. Si ſecundum ſic
eſt locus a concomitantibus ſubſtantiam
et quia terminus dicens conuertibiliter
totam ſubſtantiam alterius perfectiorem
habet habitudinem ad alterum quam il
le qui non dicit conuertibiliter ipſaꝫ. ideo
locus a ſubſtantia eſt perfectior quam lo
cus a concomitantibus ſubſtantiam.

Primo ſciendum ꝙ locus a ſubſtan
tia eſt quando terminus inferens dicit
conuertibiliter totam ſubſtantiam termi-
ni illati vt arguendo a diffinitōne ad dif
finitum: et non oportet ad talem locuꝫ ꝙ
ſemper terminus inferens explicet ſub-
ſtantiam termini illati: quia locus a diffi
nito ad diffinitionem eſt locus a ſubſtan
tia: ⁊ tñ diffinitū non explicat naturaꝫ dif
finitionis nec diſcriptum reſpectu deſcri
ptionis. ideo non ſemper oportet ꝙ ter-
minus inferens dicat explicationem alte
rius: ſed ſufficit ꝙ dicat conuertibiliter to
tam ſubſtantiam eius. et ideo in textu ſic
diffinitur locus a ſubſtantia eſt quando
ſumitur argumentum a ſubſtantia termi-
norū in queſtōne poſitorū quod dꝫ intel
ligi a ſubſtātia hoc eſt ab illo quod dicit

conuertibiliter totam ſubſtantiam rei. Et
nō capitur ibi ſubſtantia generaliter pro
quocunqꝫ eſſe rei: vt ſumitur in diffinitio
ne loci intrinſeci: alꝰs nō differret diffinitō
loci intrinſeci a diffinitōe loci a ſubſtātia
Secundo ſciendum ꝙ locus a conco-
mitantibus ſubſtantiam eſt quando ſu-
mitur argumentum ab his que conueni
unt cum ſubſtantia rei: non tamen dicunt
conuertibiliter totam ſubſtantiaꝫ eius vt
quando terminus inferens conuenit cuꝫ
termino illato: non tamen conuertibiliter
vt arguendo a parte ad totum: vel a toto
ad partem. vel a cauſa ad effectum: vel
econtra: in talibus enim terminis inferēs
ſemper facit aliquo modo idem cum ter-
mino illato non tamen conuertibiliter. et
non oportet in tali loco ꝙ ſemper termi-
nus inferens ſit vnum in eſſentia cuꝫ ter
mino illato. ſed ſufficit ꝙ ſm aliqueꝫ mo
duꝫ eſſendi in includatur in eſſe eius et
facit vnum cuꝫ ipſo in ratione inferentis
et per reſpectuꝫ ad argumentuꝫ quod in
fert terminum illatuꝫ poſituꝫ in queſtio-
ne. Tercio ſciendum ꝙ locus a ſubſtā
tia diuiditur per locuꝫ a diffinitione a de
ſcriptione et a nominis interpretatione.
Cuius ratio eſt quia in loco a ſubſtantia
vnuꝫ terminorum ſemper dicit explicati-
onem alterius. licet non ſemper terminus
inferens dicat explicationem termini illa
ti vt prius dictum eſt: ſed ab ipſo denoīa
tur locus: vel ergo talis explicatio ſumi-
tur a principijs eſſentialibus rei: et ſic eſt
locus a diffinitione: vel a proprietatibus
eius: ⁊ hoc dupliciter. vel ſumitur a pro-
prietatibus rei ſm ſe: vel ab ipſis proprie
tatibus inquantum ab ipſis fit impoſitio
nominis. Si primuꝫ ſic eſt locꝰ a deſcrip
tione. ſi ſecunduꝫ ſic eſt locus a nominis
interpretatione. diffinitio eniꝫ explicat eſ
ſe rei per eſſentialia et deſcriptio idem ex
plicat per accidenralia ipſius: et interpre
tatio explicat ipſum per proprietates a ꝙ̃

bus nomen imponitur. ⁊ quandoqꝫ vo
catur diffinitio quid nominis Quar
to ſcienduꝫ ꝙ̃ diffinitio dupliciter conſi
deratur. vno modo quantuꝫ ad eiꝰ ſub
ſtantiaꝫ prout dicit principia eſſentialia
diffiniti: ⁊ ſic ipſa eſt medium ſilogiſmi
demonſtratiui: ⁊ ab ea ſumitur locus de
mōſtratiuus ⁊ non dialeticus. Alio mo
do conſideratur inquantuꝫ ſumitur ſub
illa intentōe ſecūda que eſt diffinitio: ⁊
hoc dupliciter: quia vel ſumitur per re-
ſpectuꝫ ad predicata que notiori modo
conueniunt diffinito ꝙ̃ diffinitioni ⁊ ſic
ab ea ſumitur locus ſophiſticus ⁊ argui
tur ſecundum fallaciam petitionis prin
cipij. Alio modo ſumitur reſpectu pre-
dicatorum que notiori modo conueni-
unt diffinitioni ꝙ̃ diffinito: ⁊ hoc modo
ab ea ſumitur locus dialeticꝰ: et hoc mo
do hic conſideratur. ⁊ per hoc patet di-
uiſio ⁊ ſubdiuiſio loci intrinſeci. Con
tra predicta arguitur pͥmo ſic. a cauſa ef
ficiente ſumitur locus intrinſecus: et ta
men non eſt locus a ſubſtantia vt patet
in textu nec etiā a concomitantibus ſub
ſtantiam. quia cauſa efficiens non con-
comitatur ſuum effectum: ſed eſt ſibi ex
trinſeca ergo inſufficienter diuiditur lo-
cus intrinſecus in textu. Secundo ſic
arguendo a genere ad ſpeciem ſumitur
argumentū a ſubſtantia terminorum in
queſtione poſitorum: et tamen ibi non
eſt locus a ſubſtantia: ergo contra diffi
nitionem loci a ſubſtantia. Tercio
ſic illa que concomitantur ſubſtantiam
rei ſunt extra ipſam ſubſtantiam: ergo
quando ſumitur argumentum a conco-
mitantibus ſubſtantiam fit locus extrin
ſecus ⁊ non intrinſecus. Quarto ſic
ab eodem non ſumitur locus dialeticus
et ſophiſticus cum inter ſe opponantur
ſed a diffinitione ſumitur locus ſophiſti
cus ergo ab ipſa non ſumitur locus dia
leticꝰ: ꝗ̃ cōtra diuiſioneꝫ loci a ſubſtātia.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quinto ſic locus a diffinito et a de-
ſcripto ſunt loci a ſubſtantia et tamē nō
ponuntur in iſta diuiſione loci a ſubſtā
tia: ergo ipſa eſt inſufficiens. Ad pri
mum iſtorum dicitur ꝙ licet cauſa effi-
ciens ſit extrinſeca effectui ſecunduʒ eſ-
ſe. tamen ſecundum virtutem eſt aliquo
modo intrinſeca et aliquo modo facit
vnum cum ipſo: et ſecundum illam vir-
tutem ſe habet vt terminus inferens re
ſpectu effectus. et etiam reſpectu illoruʒ
duorum predicatorum ſcilicet bonum ⁊
malum. Ad ſecundum dicitur ꝙ licʒ
genus ſit de ſubſtantia ſpeciei per mo-
dum principij: non tamen dicit totam
ſubſtantiam ſpeciei conuertibiliter: ideo
arguendo a genere ad ſpeciem non ar-
guitur a ſubſtantia rei eo modo quo in
telligitur in diffinitiōe loci a ſubſtantia
Ad tercium dicitur ꝙ licet illa que
concomitantur ſubſtantiam non ſint in
trinſeca eſſentialiter. tamen bene ſunt
intrinſeca ſecundum aliquem modum
eſſendi in: et hoc ſufficit ad locuʒ intrin
ſecum. Ad quartum dicitur ꝙ ab eo
dem vno modo capto non ſumitur lo-
cꝰ dialeticus ⁊ ſophiſticus: ſed bene ab
eodem ſumpto diuerſimode. modo ſic
eſt de diffinitione vt dictum eſt in quar
to notabili. Ad quintum dicitur ꝙ
licet in iſta diuiſione loci a ſubſtantia
non ponatur explicite locus a diffinito
tamen ſubintelligitur per locum a diffi-
nitione. et ſimiliter diceretur de loco a
deſcripto: et ab interpretato. quia oīa
iſta correlatiue ſe habent in ordine ad
diffinitioneʒ. deſtriptionem ⁊ interpreta
tionem: et etiam locus qui ſit a diffini-
tione cauſali que datur per cauſas effi-
cientes vel finales ſub loco a deſcriptio
ne comprehenditur: quia illa reducun-
tur ad diffinitionem deſcriptionis.

Sequitur de loco a diffinitiōe.

d

Iffinitio eſt oratio. Poſtꝙ
autor premiſit diuiſioneʒ loci a
ſubſtātia. hic conſequēter deriat
de menbris eiꝰ. et primo de loco a diffini
tione: quia eſt perfectior alijs. et incipit
determinare in ſpeciali de ſilogiſmo diale
tico oſtendendo quo modo in particula-
ri formatur ſecunduʒ diuerſos locos ſpe
ciales: et quia locus a diffinitione preſup
ponit ipſam diffinitionem quia per eam
diffinitur ideo autor prius oſtendit quid
ſit diffinitio dicens ꝙ diffinitio eſt oratio
indicans quid eſt eſſe rei per eſſentialia
et dicitur oratio eo quia eſt quoddam cō
plexum includens diuerſa principia diffi
niti ſcilicet genus et differentiam: quod
quidem complexum eſt oratio imperfec-
ta et ſignificat quid eſt eſſe rei quia ex-
plicat principia eſſentialia ſpeciei ex qui
bus conſtat tota quiditas ſpeciei. ſ. genus
et differentiam: que dicunt totum eſſe eſ-
ſentiale eius a prima potentia vſqꝫ ad vl
timum actum tranſcundo per omnes ac-
tus inter medios. Et ſolum hic diffinitur
diffinitio pro diffinitōne quiditatiua que
eſt ſimpliciter diffinitio: et non pro diffini
tione cauſali que datur per cauſas extrin
ſecas diffiniti. nec pro diffinitiōe deſcrip
tiua nec quid nominis. Primo ſcien-
dum ꝙ locus a diffinitione eſt habitudo
diffinitionis ad diffinitum: et illa habitu
do eſt habitudo idemptatis et conuerti-
bilitatis: quia diffinitio dicit idem eſſen-
tialiter et conuertibiliter cum diffinito. et
inde prouenit ꝙ quicquid affirmatur vel
negatur de diffinitione etiam affirmatur
vel negatur de diffinito. econtra de quo-
cunqꝫ verificatur diffinitio vel negatur ⁊
etiam diffinitum ⁊ econtra: ⁊ continet iſte
locus quatuor argumenta et quatuor ma
ximas primo ſubitiendo diffinitionem af
firmatie. ſecundo predicando. tercio ſubi
ciendo negatiue. et quarto predicādo ne
gatiue quorum exempla et maxime ſatis
patent in textu. ⁊ cauſa illarum maximaꝝ
redditur propter habitudineʒ diffinitio-
nis ad diffinitum. Secundo ſciendū
ꝙ licet diffinitio ſit eadem eſſēcialiter cuʒ
diffinito: tamen differt ſecundum ratio-
nem accidentalem ab eo: quia diffinitio
dicit pricipia diffiniti que naturaliter pre
cedunt diffinituʒ. ⁊ capitur ſub modo plu
rium. diffinituʒ vero ſequitur illa princi-
pia: ⁊ ſe habet per moduʒ vnius cōpoſiti
ex illis principijs. ⁊ arguēdo a diffinitiōe
ad diffinitum oportet arguere ab ipſa eo
modo quo eſt eadem ⁊ conuenit cum dif
finito: ⁊ non ea parte qua differt ab ipſo
quia ſic non argueretur ab ea inquantuʒ
diffinitio eſt: ⁊ ſimiliter arguendum eſt a
diffinito ad diffinitionem. ideo non ſe-
quitur animal rationale eſt oratio ergo
homo eſt oratio. quia ibi arguitur a diffi
nitione ea parte qua differt a diffinito: ⁊
non inquantum ipſa eſt diffinitio. ⁊ com
mittit̄ fallacia accn̄tis. Similiter non ſe-
quitur homo eſt diffinitum ergo animal
rationale eſt diffinitum propter eandem
cauſam ⁊ ſimiliter diceret̄ de multis alijs
Tercio ſciendum ꝙ locus a diffini-
to eſt habitudo diffiniti ad diffinitioneʒ:
et tenet quatuor modos ſicut locus a dif
finitione: primo ſubiciendo diffinitum af
firmatiue. ſecundo predicādo diffinitū af
firmatiue tercio ſubiciendo diffinituʒ ne
gatiue. quarto predicando diffinituʒ ne-
gatiue: quorum modorum exempla ⁊ ma
xime ſatis patēt in textu. Ratio aūt quare
locus a diffinito ſimiliter tenet ſicut lo-
cus a diffinitione eſt: qꝛ ſicut diffinitō di
cit eſſentialiter ⁊ conuertibiliter idem cuʒ
diffinito ita diffinitum cum diffinitione.
et quia propter illam idemptitatem capi
untur modi quatuor arguēdi a diffinito
ad diffinitioneʒ ſicut etiam capiuntur q̄-
tuor modi arguendi a diffinitione ad dif
finitū eo ꝙ vtrumqꝫ habet ad aliud ſimi
lem habitudinem. Quarto ſciendū
ꝙ locus ſemper denomiatur a termino
inferente ⁊ non a termino illato. Cuius
ratio eſt quia locus eſt habitudo confir
matiua argumenti per quam accipitur
probatō conſequentis: ⁊ termini illati. ſʒ
illa habitudo confirmatiua argumenti
⁊ virtus probatiua ipſius conſequentis
eſt in ipſo termino inferente ſcilicet in
medio ⁊ non in termino illato: ideo locꝰ
ſemper denominat̄ a termino inferente
⁊ non a teīo illato ⁊ ꝓpter hoc qn̄ in an
tecedēte ponitur diffinitio dicitur locus
a diffinitione: ⁊ quando ponitur diffini
tum dicitur locus a diffinito. tamen locꝰ
non denominatur a termino inferente
materialiter accepto: ſed a termino infe
rente accepto formaliter. ſ. ſub illa inten
tione et ratione qua eſt terminus infe-
rens. ideo cuʒ dicitur ſor. eſt homo: igit̄
ſortes eſt animal. quaʒuis homo ſit quō
dam diffinitum. tamen non dicitur ibi
eſſe locus a diffinito vel ab homine: qꝛ
homo non eſt terminus inferens ſub ra
tione diffiniti ſiue hominis ſed ſub ra
tione ſpeciei ideo dicitur locus a ſpecie
et per hoc patent loci a diffinitione et a
diffinito. Contra predicta arguitur p̄
mo ſic. vnumquodqꝫ capit denomina-
tionem a ſuo vltimo actu: ſed differen-
tia eſt vltimus actus diffinitionis: ⁊ ab
ipſa diffinitio redditur conuertibilis cū
diffinito. ergo differentia cum predice-
tur in quale tota diffinitio debet predi-
cari in quale. ⁊ ſic diffinitio non ſignifi-
cat quid eſt eſſe rei. Secundo ſic. ar
guendo ſic animal rationale currit ergo
homo currit eſt petitō principij ergo ibi
inconuenienter arguitur a diffinitione
ad diffinitum nec ille tenet ſubiciendo
affirmatiue diffinitionem. Tercio ſic
hec eſt demonſtratio homo eſt animal
rationale. ergo homo eſt riſibilis: ergo
predicando diffinitioneʒ affirmatiue de
diffinito non eſt locus dialeticus ſed de

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

mõſtratiuus. Quarto ſic eadem eſt habitudo medians inter diffinitionem et diffinitum et econtra ſicut eadem eſt via de ſurſum ad deorſuꝫ ⁊ econtra ergo cum locus ſit habitudo termini ad terminuꝫ ſequitur ꝙ locus ad diffinitionem ⁊ a diffinito non diſtinguntur.

Quinto ſic vnumquodqꝫ capit denominationem a fine vt habetur in ſecundo de anima. ſed termin⁹ illatus in loco ſe habet per modũ finis: ergo denominatio loci debet fieri ab ipſo ⁊ nõ a termino inferente. Ad primum dicitur ꝙ licet differentia predicetur in quale non tamẽ diffinitio: ⁊ eſt ratio q̇a ſolum illud predicatur in quale qđ dicit actum qualificantem ⁊ determinantem potentiaꝫ precedentem ipſum. ſicut differentia qualificat genus quod determinat ſed diffinitio cum dicat totuꝫ eſſe ſpeciei a prima potẽtia vſqꝫ ad vltimũ actum non preſupponit aliquam potentiam quam qualificet. ideo non predicatur in quale: nec differentia eſt proprie vltimus actus diffinitiõis: ſed eſſe aggregatuꝫ ex genere ⁊ differentia ideo

Ad ſecunduꝫ dicitur ꝙ ſi in illo argumento conſequens ſit notius reſpondenti quaꝫ añs: tunc ibi eſt petitio principij. hoc eſt ſi illud predicatum currit notius dicatur de diffinito q̃ de diffinitiõe in ordine ad ipꝫ ſed ſi econtra in ordine ad reſpondenteꝫ añs ſit notius cõſequente ibi eſt bonus locus dialeticus quia ad locum dialeticum non oportet ſemper procedere a notõribus ſimpliciter: ſed a notioribus reſpectu reſpondẽtis. ⁊ in eodem argumento reſpectu diuerſorum reſpondentiuꝫ poteſt eſſe locus dialeticus ⁊ petitio principij: ſecundũ ꝙ vni antecedens erit notius ⁊ conſequens alteri. Ad tercium dicitur ꝙ ſi in illa argumẽtatiõe oſtendatur cõcluſio propter habitudinẽ ipſorum p̄ncipiorum hominis animal rationale ad illam paſſionẽ que eſt riſibile ibi eſt bona demõſtratio et oſtẽditur propria paſſio ſubiecti per propria principia eius ſꝫ ſi oſtendatur illa concluſio virtute habitudinis diffinitõis ad diffinitũ. ſ. inquantũ animal rõnale eſt diffinitio iſtius diffiniti quod eſt homo et vt illa habitudo fundatur in illa intentiõe communi que eſt diffinitio ibi eſt locus dialeticus.

Ad quartum dicitur ꝙ licet a diffinitione ad diffinitum ⁊ econtra ſit eadem habitudo materialiter. eſt tamen differens formaliter inquantum virtus probatiua ſumitur a diffinitione vel a diffinito. Ad quintum dicitur ꝙ licet in his que dicunt cauſalitatem finis ſemꝑ a fine fiat denominatio: non tamen in his que dicunt cauſalitatem efficientis: ſed ibi ſumitur denominatio ab efficiente: modo locus dicit cauſalitatem efficientis ⁊ illud efficiens eſt terminus inferens: ideo habet denominari a termino inferentte ⁊ non a termino illato.

Eſcriptio eſt oratio. Poſtꝙ̃ autor determinauit de loco a diffinitione ⁊ diffinito. hic conſequenter detiat de loco a deſcriptõe ⁊ diffinito. primo diffiniens deſcriptioẽꝫ. cui⁹ cognitio requiritur ad cognitionem loci a deſcriptione dicens. deſcriptio eſt oratio ſignificans quid eſt eſſe rei per accidentalia: ⁊ dicitur oratio qꝛ deſcriptio cõponitur ex pluribus quorum vnum contrahit aliud et eſt quoddam complexum vt animal riſibile. ⁊ ponitur hic oratio loco generis. deinde ponitur ſignificans quid eſt eſſe rei per accidentalia: ad differentiam diffinitionis que ſignificat eſſe rei per eſſentialia: ⁊ ratio huius aſſignari poteſt: qꝛ illud quod ſignificat eſſe rei per ea que conſequuntur ens in ſpecie completum explicat ipſum per accidentalia cum omnia conſequẽtia eſſe rei in ſpecie completuꝫ ſint accidentalia: ſed đſcriptio explicat eſſe rei per illa que conſequntur ens in ſpecie completuꝫ. iđ explicat ipſum eſſe per accidentalia.

Primo ſciendꝫ ꝙ duplicia ſunt accidentalia: quedã ſunt cõmunia que conſequntur principia indiuidui. Alia ſunt propria que fluunt a principijs ſpeciei. đſcriptio autem habet dari per accidentia propria ⁊ non cõmunia niſi inq̄tum plura accidentia communia capiuntur loco vnius proprij ſecundum ꝙ vltimum illorum reſtringit alterum: ⁊ per hoc faciunt vnum conuertibile cum deſtripto verbi gratia: greſſibile bipes ſunt ambo accidẽtia communia reſpectu hominis: ⁊ tamẽ hoc aggregatum greſſibile bipes eſt vnum conuertibile cum homine eo ꝙ vnuꝫ contrahit aliud ⁊ econtra. ⁊ ideo illud aggregatuꝫ equipollet vni accidenti ꝓprio quamuis ſint ibi plura accidentia cõmunia. Et debet ſic itelligi diffinitio. deſcriptio eſt oratõ ſignificans eſſe rei per accidentalia. hoc eſt per accidentia propria vel communia appropriata. Et melius dicitur per accidentalia q̃ per accidẽtia. quia quandoqꝫ deſcriptio datur per inferiora alicuius ſuperioris. et quandoqꝫ ꝑ modos eſſendi ſubiecti: et iſta non ſunt vera accidentia ſed bene dicuntur accidentalia quia habent moduꝫ accidẽtiuꝫ

Secundo ſciendum ꝙ aliter ſic diffinitur deſcriptio. deſcriptio eſt oratio conſtans ex genere ⁊ proprio vt animal riſibile eſt deſcriptio hominis et includit genus ⁊ proprium eius. aliter tamen ponitur genus in diffinitione ⁊ deſcriptiõe quia genus conſideratum vt eſt principium formale et eſſentiale ſpeciei. ponit̃ in diffinitione quiditatiua: ſed vt eſt p̄ncipium effectiuum proprij quod cauſat̃ effectiue a genere et differentia. ponitur in deſcriptione vnde deſcriptio dupliciter capitur. vno modo generaliter ꝓ quacumqꝫ oratione que explicat eſſe rei ꝑ accidentalia ſiue ſint propria ſiue appropriata: ſiue ſint cauſe extriſece ex q̂bus fit diffinitio cauſalis: et ſic capitur deſcriptio in prima diffinitiõe. Alio modo capitur ſpecialiter ſolum pro illa oratione que fit ex genere ⁊ proprio accidẽte: ⁊ hoc modo capitur deſcriptõ in hac diffinitione eius. ideo hee diffinitiones diuerſimode dantur de deſcriptione.

Tercio ſciendꝫ ꝙ deſcriptio cauſat locum a ſubſtantia. quia dicit idem realiter ⁊ conuertibiliter cum deſcripto: et quicquid verificatur de vno verificat̃ etiam de alio. ⁊ de quocunqꝫ verificat̃ deſcriptio ⁊ deſcriptum. ⁊ econtra propter conuertibilitatem eorum adinuicem ⁊ licet deſcriptio explicet eſſe rei per accidentalia que concomitantur ſubſtantiam rei. tamẽ ipſa accipitur ⁊ ſupponit pro eodem in ſubſtantia cuꝫ ſuo deſcripto. vt dicendo animal riſibile currit. ergo homo currit ibi animal riſibile ſupponit pro eiſdem ſuppoſitis ⁊ pro eodẽ in ſubſtantia ſicut homo. ideo facit locũ a ſubſtantia. Quarto ſciendum ꝙ locus a deſcriptione eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum. que quidem eſt habitudo conuertibilium adinuicem. ⁊ continet quatuor argumenta ⁊ quatuor maximas. primo ſubiciendo affirmatiue deſcriptioneꝫ. ſecundo predicando eam affirmatiue. tercio ſubiciendo negatiue. quarto predicando negatiue: exempla ⁊ maxime eodem modo hic accipiũtur ſicut in loco a diffinitione mutando ſolum diffinitionem in deſcriptionem et capiendo deſcriptuꝫ loco diffiniti. Sed locus a deſcripto eſt habitudo deſcripti ad deſcriptionem. ⁊ habet quatuor argumenta ⁊ quatuor maximas vt precedens ſcilicet ſubiciendo affirmatiue et predicando affirmatiue. ⁊ ſubiciendo et predicando negatiue. et eodem modo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

formando argumenta ⁊ maximas ſicut in loco a diffinito. ⁊ ſic patet de loco a deſcriptione ⁊ deſcripto. Contra predicta arguitur primo ſic. ſi deſcriptiõ diffiniatur hoc erit per aliaꝫ deſcriptionem cum ipſa non habeat diffinitioneꝫ quiditatiuaꝫ cum ſit quoddam complexum ⁊ iterum illa deſcriptio per quam deſcriberetur haberet aliam deſcriptionem eadem ratione ⁊ ſic eſſet proceſſus in infinitum quod eſt inconueniens ergo deſcriptio non poteſt diffiniri.

Secundo ſic quod ſignificat accidẽtia rei nõ ſignificat eſſe rei. ſed deſcriptiõ ſignificat accidentia rei: quia datur ſolũ per accidentalia: ergo nõ ſignificat eſſe rei. Tercio ſic omnis deſcriptio debet dari per accidentalia ſpeciei: ſed genus et proprium ambo ſuut eſſentialia ſpeciei. q2 genꝰ eſt de eſſentia eius ⁊ proprium immediate conſequitur eius eſſentiam ergo nulla deſcriptio datur per genus ⁊ propriuꝫ. Quarto ſic dicẽdo homo eſt animal riſibile ergo homo non eſt lapis ibi eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum ⁊ econtra. ⁊ tamen ibi non eſt locus a deſcriptione nec a deſcripto: ſed a diſperatis. ergo cõtra diffinitiones illorum locorum. Quinto ſic. non ſequitur animal riſibile componitur ex genere ⁊ ꝓprio: ergo homo cõponit̃ ex genere et ꝓprio ⁊ tñ ibi arguit̃ a dẽſcriptione ad deſcriptuꝫ ſubiciendo deſcriptioneꝫ affirmatiue. ergo iſte locꝰ a deſcriptione non eſt bonus. Ad primum dicit̃ ꝙ deſcriptio accepta ſub intentione incõplexa diffinitur ꝑ aliam deſcriptioneꝫ: ⁊ illa deſcriptio non habꝫ vlterius diffiniri per aliaꝫ eo ꝙ eſt qdͦdam cõplexum cum hoc quia talis deſcriptio eſt ꝑticularis modo ꝑticulariuꝫ non eſt diffinitio nec deſcriptio ideo nõ oportet ꝓcedere in infinituꝫ in deſcriptionibus. Ad ſecunduꝫ dicit̃ ꝙ licꝫ deſcriptio que datur ſolum per accidentalia de ſuo formali ſignificato: tantum ſignificet accidentia rei tamen de ſuo materiali ſignificato importat eſſe eſſentiale rei: quod per illa accidentia explicatur a poſteriori. ⁊ etiam ſupponit pro eſſentia rei. Ad tercium dicitur ꝙ licet genus ⁊ proprium ſint eſſentialia ſpẽi inquantũ reſpiciunt eſſentiam eius: tamen poſſunt dici accidentalia inquantuꝫ genus eſt cã effectiua proprij ⁊ proprium conſequitur totum eſſe completum ſpeciei. quia etiaꝫ genus ⁊ differentia non cauſant ipſum ꝓprium niſi poſt eſſe completum ſpeciei: iõ genus aliquo modo conſequitur eſſe ſpeciei inquantum eſt cauſa proprij. Ad quartum dicitur ꝙ licet in illo argumento ſit habitudo deſcriptionis et deſcripti inter terminos antecedentis: non tamen inter terminum inferentem ⁊ terminuꝫ illatum quia animal riſibile eſt ibi terminꝰ inferens cum ſit medium. ⁊ lapis eſt terminus illatus. ⁊ inter ipſos non eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptuꝫ nec ecõtra. Ad quintum dicitur ꝙ ibi non arguitur a deſcriptione ea parte qua conuenit cuꝫ deſcripto ſed ea parte qua differt ab ipſo ideo ibi committitur fallacia accidentis nec bene arguitur per locum a deſcriptione.

Interpretatio eſt duplex.

1 Poſtquam autor determinauit de loco a deſcriptiõe ad deſcriptum ⁊ econtra. hic conſequenter determinat de loco ab interpretatione ad interpretatum: primo diſtinguendo modos interpretationis. quia quedaꝫ eſt interpretio non conuertibilis cum interpretato et hec eſt duplex: quia quedam eſt in plus ⁊ excedit interpretatum vt ledens pedeꝫ eſt interpretatio lapidis ⁊ de pluribus verificatur ꝙ̃ lapis. Alia eſt exceſſa ab interpretato que de pautõribus verificatur ꝙ̃ interpretatum ſicut perfectũ ⁊ perfecte factum. nam perfectum dicitur de deo et creaturis ſed perfecte factum ſolum dicit̃ de creaturis. Alia eſt interpretatio conuertibilis cum interpretato: vt amator ſapientie eſt interpretatio huius nominis philoſophus ⁊ conuertitur cuꝫ ipſo: dicit̃ enim philoſophus a philos qdͦ eſt amor et ſophos ſapientia q̃ſi amator ſapiẽtie.

Primo ſciendu ꝫ ꝙ ab interpretatõe non conuertibili non ſumit̃ locus a ſubſtãtia eo ꝙ nõ dicit idẽ cõuertibiliter cũ interpretato: quod tamẽ requitur in loco a ſubſtantia ſed ab ea ſumitur locus ſophiſticus ſi ſit cõior ipſo interpretato. Iꝫ ab interpretatione conuertibili ad interpretatum tantum ſumitur locus dialeticꝰ qui eſt locus ſubſtantia: quia talis interpretatio dicit idem cõuertibiliter ⁊ realiter cum ſuo interpretato et de ipſa ſoluꝫ eſt hic ad ꝓpoſituꝫ ⁊ diffinitur ſic. Interpretatio eſt expoſitio vnius nois minus noti per aliud nomen magis notum.

Causa eſt ad cuius. Poſt ꝙ auctor ſuperius determiat de locis a toto ⁊ a pte: hic cōſequenter determinat de locis a cauſa et ab effectu. Et quia locꝰ a cauſa in cōi eſt habitudo cāe ad effectuꝫ. ⁊ locus ab effectu eſt habitudo effectus ad cām:ideo pus ꝙ auctor determinet de locis a cā in ſpeciali detiat de cauſa in generali diffinitiue ⁊ diuiſiue ipſaꝫ primo ſic diffiniēs Cauſa eſt ad cuiꝰ eſſe ſequitur aliud ſm naturaꝫ. In qua diffinitione intelligitur ens pro genere. ens enim diuiditur per cauſaꝫ ⁊ effectuꝫ ⁊ eſt ſuperiꝰ ad vtrunqꝫ ſm moduꝫ. Deinde ponit ad cuius eſſe ſequit aliud ad drñaꝫ effectus qui ſequit ad eſſe alterius ⁊ ad cuius eſſe nō ſequitur aliud ſub rōe effectus. Et ponitur ſm naturā ad explicanduꝫ modū quo effectus ſequit ſuaꝫ cām. Et econtra pōt diffiniri effectus ꝙ eſt ens cuius eſſe ſequitur ad aliud per naturā:vel eſt partita ſimilitudo ſue cāe. Primo ſciënduꝫ ꝙ ſeq̄tur capit dupliciter. Uno modo vt dicit ordinē tñ. vt cuꝫ dr̄ vnꝰ dies ſequit aliū. Alio modo vt dicit ordinem et dependentiaꝫ vniꝰ ab alio:⁊ hoc mō iterum dupliciter:vno mō vt ſoluꝫ dicit ordinem ⁊ dependētiaꝫ ſiue conſequentie ſiue illationis vniꝰ ab alio:ſicut conſequēs ſeqnit illatiue ad antecedens ⁊ dependet ex ipſo ſm illatōeꝫ. Alio mō vt dicit dependētiaꝫ in ēe vniꝰ rei ab alia: ſicut quilꝫ effectus ſm ſuuꝫ eſſe dependet a ſua cauſa. Et hoc mō capitur in iſta diffinitōe vt dicit ordinē dependentie vnius rei ab alia ſecunduꝫ ſuum eſſe:⁊ non ſolum vt dicit ordinem prioris ⁊ poſterioris.neqꝫ vt ſoluꝫ dicit depēdentiam cōſequentie:quia in argumentatiōe antecedens non ſemp eſt cauſa conſequētis:licꝫ ſemp ſit cauſa illationis eius. Secundo ſciendum ꝙ ad rationeꝫ cauſe non requiritur ꝙ cā ſemp precedat ſuum effectuꝫ ſm tempus ſed quandoqꝫ pcedit ipſum ſm tempus vt domificator pcedit domum ſm tempꝰ qñqꝫ vero precedit ipſum ſm naturam tantum ⁊ ſimul eſt tpe cum ipſo ſicut hō eſt cā riſibilis ⁊ tñ precedit ipſum ſecunduꝫ naturam tantuꝫ et ſimul eſt tpe cum eo:ideo ad explicanduꝫ q̊modo effectus debet ſequi cām ⁊ cauſa pcedere effectuꝫ in diffinitione cauſe ponitur ſm naturaꝫ Et etiaꝫ ad drīam illoruꝫ quoꝝ eſſe vniꝰ ſequit ad eſſe alterius ſm ordineꝫ:⁊ tamē non dependet ex alio ſm naturaꝫ:vt eſſe vnius diei non dependꝫ naturalr ad eſſe alterius. Tercio ſciendum ꝙ cauſa diuiditur per cauſam efficienteꝫ materialem formalem ⁊ finalem. Cuius diuiſionis ſic hētur ſufficientia.q̄a ad omnem cauſam ſequitur effectus:vel ergo talis cauſa eſt intrinſeca effcūi vel extrinſeca. Si intrinſeca hoc eſt duplr:quia vel ipa eſt actus dans eſſe:⁊ ſic ē cā formalis vel potentia recipiens eſſe:⁊ ſic eſt cauſa materiał. Si eſt extrinſeca hoc ē dupliciter quia vel ipſa eſt id a quo res fit:⁊ ſic eſt efficiens cā.vel illud propter qd̄ res fit ⁊ ſic eſt cauſa finalis. Et ſumitur iſta diuiſio non ſm diuerſitatem rerum: ſed ſcdm diuerſos modos formales:quia ideꝫ realiter ſcdm diuerſos mōs cāndi ⁊ reſpectu diuerſoruꝫ qñqꝫ habet rationem pluriuꝫ cauſaruꝫ ⁊ nō eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies:ſed diuiſio analogi q̄a cauſa ſm priꝰ ⁊ poſterius dicit de iſtis q̄tuor cāis

Quarto ſciënduꝫ ꝙ cāe poſſunt quatuor modis conſiderari. Uno modo ſm rōeꝫ cauſandi ⁊ ſic finis eſt prior: ſcdo efficiēs:tercio materia:et quarto forma. qr in cauſando reꝫ finis mouet intellectuꝫ agētis ad producendū effectū ⁊ efficiens motus a fine mouet materiaꝫ qua diſpoſita vltimo introducit forma. Secundo mō conſiderātur cauſe put cōcurrūt ad compoſitōeꝫ effectꝰ ⁊ ſic materia prior eſt:ſecundo forma:tercio efficiens ⁊ vltimo finis. Tercio mō conſiderant vt dant eſſe actuale effectui ⁊ ſic forma eſt prior.deinde efficiēs:tercio finis: q̄r materia. Quarto modo conſiderant ſm ꝙ hēnt eſſe exiſtentie per quod nobis notificant.⁊ ſic cā efficiens eſt prior: ſecundo materia.deinde forma:et vltimo finis. Et qr hic conſiderant ſm ꝙ nob̄ notificant ⁊ ab ipſis ſumunt loci dialetici:ideo iſto mō ordinantur in textu et prius determinatur de cā efficiēte ꝙ de alijs. Sed contra predicta arguitur primo ſic aliud dicit diuerſitatem eſſentialem cuꝫ ſit relatiuuꝫ diuerſitatis ſubſtantie: ſed effectus non ſemper differt eſſentialiter a ſua cā qr conuenit eſſentialiter cū ſua cauſa formali.ergo male dicitur ꝙ ad eſſe cauſe ſequit aliud.ſ.effectus. Secundo ſic cauſa totaliter poſita ponitur ſimul ſuus effectus: ergo cauſa non precedit effectuꝫ:⁊ ſic ad eſſe cāe non ſequitur aliud. Tercio ſic cauſa ⁊ effectus ſunt ſimul natura cum ſint relatiua:ergo effectus non ſequit ſuā cauſaꝫ ſm naturaꝫ. Quarto ſic forma ⁊ finis coincidunt vt dicit ſecundo phiſicoruꝫ:ergo forma non eſt cauſa diſtincta a fine nec membra huius diuiſionis ſunt oppoſita. Quinto ſic omnis cauſa pcedit ſuuꝫ effectuꝫ. ſꝫ finis non precedit ſuuꝫ effectum ſed ſequit.ergo finis non eſt cauſa.⁊ ſic male ponunt quatuor cāe

Ad primū dr̄ ꝙ lꝫ aliud pprie ſumptuꝫ vt eſt relatiuuꝫ diuerſitatis ſubſtātie dicat diuerſitateꝫ eſſentialeꝫ. non tamē

aliud cōiter acceptū vt dicit quamcūqꝫ
diuerſitatem ſiue eſſentialem ſiue acci-
dentalem vt ſumit in diffinitiōe cauſe.

Ad ſecunduꝫ dicitur ꝙ licet poſita
cauſa totali ponatur eius effectꝰ ſimul
tempore non tamen ponitur ſimul ſm
naturam q̄a naturaliter cauſa prius hꝫ
eſſe ⁊ intelligi q̄ꝫ effectus et hoc ſufficit
ad rationem cāe ꝙ p̄cedat effectum ſm
naturam. Ad tercium dicitur ꝙ lꝫ
cauſa ⁊ effectus ſcd̄m intentiones cauſe
⁊ effectꝰ dicantur correlatiue tñ materialr
et ſecundum id quod ſunt non dicunt
correlatiue: ideo ſm id qd̄ ſunt non ſunt
ſimul ſcd̄m naturam. Ad q̄rtum
dicit ꝙ licet forma et finis q̄nqꝫ coinci-
dant materialiter et ſm rem in idem nō
tamen coincidunt in idem formaliter q̄n-
tum ad ſuos modos formales cāndi: et
hoc modo ponunt cāe ad inuicem diſ-
tincte. Ad quintum dr̄ ꝙ licet finis
ſcd̄m ſuum eſſe reale ſequatur ſuum ef-
fectum tamē ſm intentionale in itentōe
agentis ſub quo ſibi conuenit ratio cāe
finalis precedit ſuum effectum: ideo eo
modo quo eſt cauſa naturaliter p̄cedit
ſuum effectum.

Cauſa efficiens eſt a qua
Poſtq̄ꝫ autor determinauit de
cauſa in cōi tam diffinitiue q̄ꝫ
diuiſiue: hic conſequenter in ſpāli vult
determiare de locis a cauſa et primo de
loco a cauſa efficiente eo ꝙ cauſa effici-
ens ceteris eſt nobis notior: ratiōe cuiꝰ
ipſam primo ſic diffinit. Cauſa efficiens
eſt a qua primo fit motus. In qua diffi
nitione primo ſubītelligitur cā loco ge-
neris diffiniti. ⁊ ponitur a qua primo fit
motus ad dr̄iam aliarum cauſaꝝ quaꝝ
nulla primo cāt motuꝫ ſiue cōductioneꝫ
effectus ſed efficiens tm̄tum ſicut patet
in productione effectus. Finis enim rōe
ſue bonitatis per deſiderium mouet et
attrahit appetituꝫ agētis ad ꝓducendū
effectuꝫ: ⁊ efficiēs ſic motū ⁊ tractuꝫ a fine
diſponit materiaꝫ ad introductioneꝫ for-
me: ⁊ ſic primo cauſat motuꝫ quo produ-
citur effectus. Primo ſcienduꝫ ꝙ locꝰ
a cā efficiente eſt habitudo ipſius ad ſuuꝫ
effectuꝫ. ⁊ tenꝫ affirmatiue ⁊ negatiue. Affir
matiue ſic domificator eſt bonꝰ: ergo do-
mus eſt bona. Maxima. Cuius cauſa effi
ciens eſt bona: ip̄m quoqꝫ bonuꝫ eſt: que
maxima dꝫ intelligi de bonitate efficien-
tis inquantū efficiens. ⁊ non de bonitate
moris vel de bonitate eius ſm ſe. ⁊ ſimili
ter dꝫ intelligi de bonitate forme effectus
ita ꝙ ſi efficiens ſit bonuꝫ in ratione cau-
ſe efficientis: ⁊ vt producit effectuꝫ ſequit
ꝙ effectus erit bonus bonitate forme eiꝰ:
non auteꝫ loquendo de bonitate finis et
totiꝰ compoſiti: qr ſi domificator ſit bonꝰ
artifex ⁊ operetur perfecte ſm artem eius
⁊ careat bona materia tunc domus non
erit bona bonitate finis: ſed tantummodo
bonitate forme que prouenit ab efficiēte
Negatiue tꝫ ſic domificator non eſt bonꝰ
ergo domus non eſt bona. Maxima. Cu
ius efficiens maluꝫ eſt: ip̄m quoqꝫ maluꝫ
eſt. Secundo ſcienduꝫ ꝙ cauſa effici-
ens eſt duplex. ſ. cā efficiens in actu ⁊ cau
ſa efficiens in potentia: vt reſpectu domꝰ
domificator eſt cauſa efficiens in potētia
⁊ domificans eſt cā in actu reſpectu fieri
domꝰ. Et quelꝫ iteꝝ diuidit. qr quedā eſt
cā vniuoca que producit effectū ſibi ſimi
leꝫ in ſpē vt homo generans hoieꝫ eſt ef
ficiens vniuocū. Aliud eſt efficiens eq̄
uocuꝫ quod producit effectuꝫ ſibi diſſimi
leꝫ in ſpē vt ſol generans hoieꝫ eſt agens
equiuocuꝫ. Unde arguendo a cā efficiēte
in potentia ad ſuuꝫ effectū dꝫ argui ab ēe
cauſe ad eſſe in potētia reſpectu effectus
⁊ non ad eſſe in actu vt domificator eſt: ḡ
domus eſt in potentia. ⁊ arguendo a cau
ſa efficiente in actu dꝫ argui ab eſſe eius
ad fieri ipſius effectus. Et arguendo a cā
vniuoca tenꝫ iſte locus reſpectu omniuꝫ
predicatorum q̄ conueniunt ipſi cauſe a
tota ſpecie vt plato eſt riſibilis: ḡ ſortes
ab eo genitus eſt riſibilis. Sed arguen-
do a cauſa equiuoca ſoluꝫ tenet reſpectu
horum predicatoꝝ bonum ⁊ malum eſſe
et fieri. Tercio ſcienduꝫ ꝙ locus ab effec
tu cauſe efficientis eſt habitudo eius
ad ſuam cām: ⁊ tenet affirmatiue ſic. do-
mus eſt in fieri: ergo domificans eſt.
Maxima. poſito effectu ꝓpinquo cauſe
efficientis: ponitur ip̄m efficiens. Poteſt
etiam argui reſpectu horum predicatorū
bonum ⁊ maluꝫ eſſe ⁊ fieri. ⁊ tenet nega-
tiue ſic: domus non eſt bona. ergo domi
ficator non eſt bonus. Maxima. Cuius
effectus non eſt bonus. ip̄m quoqꝫ non
eſt bonum et debet intelligi ꝙ ſi effectus
non ſit bonus quantum ad perfectioneꝫ
forme eius efficiens non eſt bonuꝫ inq̄n
tum efficiens vel producens talem effec
tum ſicut prius dictum eſt in loco a cauſa
efficiente. Quarto ſciendū ꝙ effici-
ens dupliciter ſe habet ad ſuum effectuꝫ.
Quandoqꝫ enim efficiens requiritur tm̄
quantum ad fieri ipſius effectus et non
quantuꝫ ad eſſe: vt domificator reſpectu
domus ſolū requiritur quo ad fieri ⁊ nō
quantum ad eſſe. Sed q̄nqꝫ requiritur
⁊ quātum ad fieri ⁊ q̄ntum ad eſſe et ad
conſeruationeꝫ in eſſe vt dici ſol eſt cau-
ſa quo ad fieri ⁊ quo ad ēe: ⁊ deꝰ reſpcū
omnium creaturarum. Et arguendo ab
effectu cauſe efficientis que requirit quo
ad fieri tātum et nō quo ad eſſe effectus
non ſequitur eſſe cauſe in preſenti ſed in
preterito tantum: ſed ad fieri effectus ſe-
quitur eſſe illius cauſe. Sed arguendo
ad efficiens requiſitum ad eſſe ⁊ fieri ſi-
mul ſemper ſequit affirmatiue eſſe cāe ad
eſſe effectus: vt bene ſequit dies eſt ergo
ſol eſt. Et q̄n eſt habitudo neceſſaria cāe
ad effectum etiam ſequitur negatiue a
negatione effectus negatio cauſe. Sed
quādo habitudo eſt cōtingens non tenꝫ
nagatiue vt non ſequit ſor. non eſt: ergo
deus non eſt. Sꝫ iſti diuerſi mōi arguē
di non ſumunt ab efficiente inquantum
efficiēs eſt: ſꝫ ab efficiente inquantū tale
vel tale efficiēs eſt. Contra predicta
arguit primo ſic cā efficiens eſt de conſi
deratōe phiſici cum ſit cauſa motꝰ: ergo
non eſt de conſideratōe logici: ⁊ ſic hic
male diffinit. Secundo ſic efficiēs nō
mouet niſi prius moueat a fine: ergo fi
nis eſt a quo prīo fit motꝰ ⁊ non a cā ef
ficiens. Tercio arguit ſic cauſa effici
ens eſt extrinſeca ſuo effectui: ergo in lo
co a cā efficiente terminꝰ inferens eſt ex
trinſecus terio illato. ⁊ ſic erit locus ex-
trinſecus. ⁊ per conſequens male diffi-
nit inter locos intriſecos. Quarto ar
guit ſic non ſequit deus eſt bonꝰ: ergo
latro eſt bonꝰ. ergo locꝰ a cā efficiēte nō
tenꝫ affirmatiue. Quinto ſic non ſequi
tur domus eſt ergo domificator eſt. cuꝫ
an̄s ſit veꝝ ⁊ conſequēs falſuꝫ. ḡ locus
ab effectu cāe efficientis non tenꝫ con-
ſtructiue. Ad primū iſtoruꝫ dr̄ ꝙ lꝫ cā
efficiens inquantuꝫ eſt cā motꝰ ⁊ reꝝ na
turaliū ⁊ principium cognoſcendi ipſas
ſit de conſideratōe phiſici. tñ inquantū
ab ipſa ſumit locus dialeticus ꝑ habitu
dinē ad ſuuꝫ effectū ipſa eſt de conſide
ratōe logici. Ad ſecundū dr̄ ꝙ lꝫ a fi
ne fiat motꝰ intentōalis ⁊ ſpūalis in effi
ciente. tñ ab ipſo non fit primꝰ motꝰ rea
lis de quo hic ſoluꝫ intelligit. finis eniꝫ
non mouet intentōeꝫ agentis motu ꝓp̄e
dicto. ſꝫ tantū ꝑ ſimilitudinē ſicut pomū
apprehenſuꝫ intentōaliter mouet appe
titū pueri ad ꝓſecutōeꝫ eius. Ad ter
ciuꝫ dr̄ ꝙ lꝫ cā efficiens ſm eſſe ſit extri
ſeca effectui. tñ ſm virtutē ⁊ ſimilitudieꝫ
eius eſt aliquo mō ſibi intrinſeca. ⁊ hoc
ſufficit ad cānduꝫ locuꝫ intrinſecum. qr
hic ſumit argumētuꝫ a cā efficiente ea ꝑ
te qua cōuenit cuꝫ effectu. Ad quar
tuꝫ dr̄ ꝙ ibi non arguit a cauſa efficiēte

ad ſuum effectum: eo ꝙ latro nominat viciuꝫ cuius vicij deus non eſt cauſa lꝫ enim deus ſit cā efficiens hominis:tam̄ non eſt cauſa viciorꝫ eius:⁊ bene ſequit̄ deus eſt bonus:ergo hō latro quantuꝫ ad humanitatē eius eſt bonꝰ.ſ.bōitate entis:licet non bonitate morꝫ. Ad quintū dicitur ꝙ ibi non ſequitur quia arguitur ab eſſe effectus ad eſſe cauſe q̄ requirit̄ quātum ad fieri tm̄ ⁊ non quo ad eſſe:⁊ reſpectu talis cāe non tꝫ iſte locus ab effectu arguendo reſpectu iſtius predicati eſt.

m Ateria eſt ex. Poſtquam auctor determiauit de loco a cā efficiente: hic conſeq̄nter determiat de loco a cauſa materiali. Rōe cuius ſic primo diffinit materiaꝫ. Materia eſt ex qua cum aliquo fit aliquid que diffinitio ſic debet intelligi:materia eſt cauſa ex qua .cum alio.i.cum forma fit aliquid.ſ.totum cōpoſitum. Et ponit̄ ibi cauſa loco generis:⁊ totum reſiduuꝫ ad differentiam aliarum cauſarꝫ. Unde ex fine ⁊ efficiente nō fit totū cōpoſituꝫ cum ille cauſe ſint extrinſece:⁊ etiam ex forma non fit totum compoſitum tanq̄ ex materia ex q̄ ſicut intelligitur de materia in iſta diffinitiōe.ipſa enim materia eſt prima potentia ex q̄ primo originatur totū cōpoſitum. Et aliter ſic diffinitur. Materia eſt que tm̄ eſt ens in potentia: quia materia de ſua natura non habꝫ eſſe in actu ſed in potentia tātum.

Primo ſciendū ꝙ materia dupliciter accipit̄:vno mō ſpecialiter put eſt primuꝫ ſubiectū forme ſubālis: ⁊ eſt ps compoſiti de genere ſubſtātie. Alio mō capitur cōiter pro omni illo ex quo per modum potētie cōponitur aliq̄d:ſiue p omni illo quod cōcurrit ad cōpoſitōneꝫ alteriꝰ tanq̄ potētia recipiens ēe ⁊ ſic reperit̄ tā in rebꝰ naturalibꝰ q̄ actualibꝰ:⁊ taꝫ in rebꝰ corpalibus q̄ ſpualiaꝰ:⁊ hoc mō capitur hic. Et ſic diuiditur qꝛ quedā eſt materia permanēs ⁊ alia tranſiens: Permanens eſt illa que ſub ppria forma ⁊ ſpē permanet in ſuo effectu. vt ferruꝫ in cutello. Tranſiens eſt illa que ſub propa ſpē ⁊ ratione non pmanet in ſuo effectu: ſed de vna ſpecie tranſit in aliaꝫ in conſtituendo effectuꝫ. vt in pane eſt farina.filix in vitro.⁊ lutuꝫ in lateribus. Secundo ſciènduꝫ eſt ꝙ locꝰ a cā materiali eſt habitudo ipſius ad ſuuꝫ effectuꝫ. Et ſemper tenꝫ affirmatiē in qualꝫ materia tranſeunte ⁊ pmanēte. vt aqua ⁊ farina ſunt ergo panis pōt eſſe. Maxima. poſita cā materiali ponitur eiꝰ effectus ſm potentiaꝫ eo ꝙ materia dicit eſſe potētiale ipſius effectus.cū ſit in potentia ad ſuuꝫ effectū. Sꝫ iſte locus tꝫ deſtructiē in materia pmanēte. vt ferruꝫ non eſt.ergo arma ferrea non ſunt. Maxima. remota materia pmanēte remouet̄ eius effectus. ſꝫ in materia tranſeunte non tꝫ negatiue. vt non ſequit̄ filix non eſt ergo vitrū non eſt.eo ꝙ talis effectus pōt eſſe non exiſtente illa materia: q̄ nō eſt permanēs in ſuo effectu. Si tm̄ deſtruat̄ materia tranſiēs pro toto tp̄e preſenti ⁊ p̄terito ſequeret̄ deſtructio effectꝰ. vt dicēdo filix non eſt nec fuit ergo vitrū non eſt. Tercio ſciendū ꝙ iſte locus a cā materiali ſoluꝫ tenet conſtructiē ab ēe materie ad poſſe eſſe ipſius effectus.⁊ nō ad eſſe ipſius in preſenti. Cuius rō eſt qꝛ arguendo a cā ad effectū ab eſſe cauſe debet inferri eſſe effectus eo mō quo ponit̄ in tali cauſa. ſꝫ eſſe effectus materie ponit̄ in potētia tantuꝫ ⁊ non in actu.eo ꝙ materia eſt ens in potentia tantū. iō arguendo affirmatiē a materia arguit̄ ab eſſe eiꝰ ad poſſe eſſe in futuro ipſius effectus. Et hoc poteſt argui non ſoluꝫ a materia ex q̄ ſꝫ a materia in qua ⁊ circa quā.qꝛ generaliter oīs materia ponit potentialiter eſſe ſui effectus. vt bene ſequit̄ corpus eſt ergo album poteſt eſſe. vel ſcibile ergo ſcia poteſt eſſe. Quarto ſciendum eſt ꝙ locus ab effectu cāe materialis eſt habitudo ipſius ad materiaꝫ eius. Et in qualibet materia tenet cōſtructiue. ſed in materia permanēte arguitur ab eſſe effectus ad eſſe cauſe in preſēti vt cultellus eſt g̊ ferruꝫ eſt. Maxima poſito effectu materie per manentis neceſſario ponitur illa materia que remanet in ſuo effectu. Sꝫ in materia tranſeunte tenet arguendo ab eſſe effectus non ad eſſe ipſius cāe in preſenti ſed ad fuiſſe in preterito. vt vitrum eſt ergo filix fuit. Sed iſte locus non tenet deſtructiē qꝛ deſtructo poſteriori nō oportet prius deſtrui ſꝫ effectus eſt poſterior ſua cā materiali ideo d̄ſtructo effectu non oportꝫ deſtruere illam materiam.

Sed contra predicta primo ſic hec diffintio materie conuenit forme. quia ex forma cuꝫ materia fit aliquid.ſ.totum cōpoſitum:ergo non cōuenit ſoli diffinito.

Secūdo ſic. om̄is materia eſt ī actu per formaꝫ cum materia ſit ſub fořa:ergo materia non eſt ens inpotētia tantum.

Tercio ſic materia requirit̄ ī cōpoſito tā ad eſſe q̄ ad fieri:ergo oīs materia remanet in eſſe ſui effectus. et per conſequens oīs materia eſt permanens.⁊ nulla eſt tranſiens. Quarto ſic. non ſequitur ligna et lapides ſunt g̊ domus poteſt eſſe. quia ad poſſibilitateꝫ domꝰ non ſufficit poſſibilitas materie eius. ſed requirit̄ poſſibilitas efficiētis eiꝰ. iō ſi non eſſet domificator. primuꝫ aňs poſſet eſſe verum conſeq̄nte exiſtente falſo. g̊ locus a cauſa materiali non tenet affirmatiue.

Quinto ſic. non ſequit̄ cultellus eſt: ergo ferruꝫ eſt. qꝛ cultellus poteſt eſſe ex alio metallo ergo locus ab effectu cauſe materialis per manentis non tenet affirmatiue. Ad primuꝫ dicit̄ ꝙ ſi capiatur ex generalr̄ vt dicit habitudinē cuiuſlꝫ cāe ſic cū ex fořa materia fit totuꝫ cōpoſitum ſed ſi capiatur ſpēaliter vt dicit habitudinē potētie ex qua primo fit cōpoſituꝫ ſic compoſitū non dr̄ fieri ex forma:⁊ ſi capiat̄ in diffinitōe materie.

Ad ſm dr̄ ꝙ lꝫ materia ſm ꝙ eſt actuata per formā ſit ens in actu:tm̄ ſm eſſentiaꝫ eius eſt ens in potētia tantuꝫ. qꝛ de ſua natura nō includit aliqueꝫ actū.

Ad tercium dr̄ ꝙ lꝫ oīs materia aliquo mō remaneat in effectu ſm ſuam eſſentiam confuſaꝫ. non tm̄ ſemp remanet ſub propria ſpē ⁊ rōe quaꝫ hēbat anteq̄ faceret compoſituꝫ. quod tm̄ requirit̄ ad hoc ꝙ dicat̄ materia pmanēs. Ad quartuꝫ dicitur ꝙ ad eſſe materie non ſequit̄ poſſibilitas effectus que attenditur in ordine ad ōes ſuas cauſas. ſꝫ benē ſequit̄ poſſibilitas effectus que ſe tenet ex parte cauſe materialis. iō poſita cauſa materiali ponit̄ eius effectus ſm potentiā paſſiuaꝫ materie. Ad quintuꝫ dr̄ ꝙ ibi nō arguit̄ a cauſa materiali ad ſuuꝫ effectum. qꝛ cultellus in cōi non eſt effectus ferri: ſꝫ cutellus ferreus et tunc ſemp ſequit̄: cultellus ferreꝰ eſt. ergo ferrum eſt.

f Orma eſt que. Poſtq̄ determiatuꝫ eſt de loco a cā materiali. hic conſequenter detiatur de loco a cauſa formali. que quideꝫ forma ſm eſſe ⁊ via generatōis ſequit̄ materiā. Ratōe cuius ipſaꝫ primo ſic diffinit. Fořa eſt que dat eſſe rei ⁊ conſeruat reꝫ in eſſe. vbi intelligitur cauſa loco generis dffiniti. Et ponit̄ que dat eſſe rei ad drn̄aꝫ materie que non dat eſſe ſimpliciter ⁊ in actu ipſi rei:materia eniꝫ eſt recipiens eſſe cōpoſiti.⁊ forma eſt dans ⁊ influens ip̄m eſſe. ⁊ ſi ſit forma ſubſtātialis dat eſſe ſubſtātiale. ⁊ ſi ſit accidētalis dat eſſe accidentale. deinde ponit̄ ⁊ cōſeruat reꝫ in eſſe. ad differentiā cauſe efficiētis ⁊ finalis. que quandoqꝫ ſoluꝫ requirunt̄ quantuꝫ ad fieri ipſiꝰ rei. et non quantuꝫ ad eſſe:ſed forma ſemp

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

requirit ad eſſe rei. Primo ſciendū
eſt ꝙ q̄daʒ eſt forma partis: que actuat
partem cōpoſiti. ſ. materiaʒ rōe cuius dr̄
forma ptis. alia eſt forma totius: que ē
actus totius cōpoſiti reſultās ex vniōe
forme ptis ⁊ materie. ⁊ dicit̄ forma totiꝰ
eo ꝙ infoꝛat ipſum totuʒ quantum ad
oēs ptes cōponētes ipm̄ ſicut in aniato
anima eſt forma partis: qui infoꝛat ipʒ
corpus quod eſt materia aiati ⁊ eſſe ani
matum reſultās ex vnione anime cum
corpore eſt foꝛa totius eius: et quelibet
iſtaꝝ iterum diuidit̄ q2 quedaʒ eſt foꝛa
cōmunis ⁊ quedaʒ ꝓpria: vt reſpectu
hominis foꝛa totius cōis eſt aialitas:
⁊ humanitas eſt forma propria ſʒ foꝛa
partis communis eſt aia: ⁊ anima rōna
lis eſt forma partis ſibi propria. Et de
qualibet harum formaruʒ poteſt intelli
gi diffinitio forme prius poſita. licet per
fectius conueniat forme proprie q̄ꝫ cōi
⁊ forme totius q̄ꝫ forme ptis. Secun
do ſciunduʒ ꝙ locꝰ a cauſa formali eſt
habitudo ipſius ad ſuuʒ effectuʒ. Et te-
net affirmatiue ſic arguendo albedo eſt
ergo albuʒ eſt. Maxima. poſita cauſa
formali ponitur eius effectus. Cuius rō
eſt: quia cauſa formalis habet idem ēe
cum ſuo effectu: ⁊ per idem eſſe ſemper
exiſtunt cauſa formalis ⁊ ſuus effectus.
vt homo ⁊ aia eius habent vnuʒ ⁊ ideʒ
eſſe. iō poſita cauſa formali in ēe opor-
tet ponere ſuuʒ effectuʒ: ⁊ econtra poſi-
to effectu ponitur forma eius: ⁊ etiaʒ de
ſtructa forma deſtruit̄ effectꝰ: et econtra
ideo etiaʒ tenet negatiue vt albedo nō
eſt ergo albū non eſt. Maxima. Remo
ta cauſa formali remouetur eius effectꝰ.

Tercio ſciunduʒ ꝙ locus a cauſa for
mali tenet tam in ſubſtantiali q̄ꝫ in acci
dentali. ⁊ tam in forma partis q̄ꝫ in for-
ma totius. dum tamen arguatur a cauſa
formali propria. ſed arguendo a cauſa
formali communi non tenet conſtructi-
ue. vt non ſequitur anima eſt ergo homo
eſt. Et licet bene ſequatur: non eſt animal
ergo non eſt homo. tamē hoc non eſt ꝓp
ter habitudinem forme ad ſuum effectuʒ
ſed per locuʒ a toto vniuerſali. Et tʒ etiaʒ
iſte locꝰ reſpectu huius predicati eſſe vel
non eſſe. ⁊ non reſpectu predicatoruʒ par
ticularium. quia licet forma conuertatur
in eſſe cuʒ ſuo effectu: non tamen ſemper
ſuſcipit eandem denominationeʒ cuʒ ſuo
effectu: nec econtra. effectus ſemper ſuſci-
pit denominationes conueniētes ipſi for
me. Quarto ſciunduʒ ꝙ locus ab effec
tu cauſe formalis eſt habitudo ipſius ad
ſuaʒ cauſam formalem. Et tenet conſtruc
tiue ⁊ deſtructiue. ⁊ eodeʒ mō formantur
in ipſo argumenta ⁊ maxime ſicut in lo-
co a cā formali: ponendo tm̄ effectū ꝓ ter
mino inferēte ⁊ cām pro termino illato.
Et arguendo ꝑ iſtuʒ locuʒ oportet eo mō
attribuere ēe cāe formali. ſicut ſuo effectui
ita ꝙ ſi effectus hēat eſſe ꝑmanens ⁊ cō-
pletuʒ debet etiaʒ inferri eſſe cōpletuʒ de
ipſa forma ⁊ ſi ſoluʒ ſit in eſſe ſucceſſiuo
⁊ ſolū in tranſitu. ſicut aliquis dicit̄ rubeꝰ
ex verecundia in tranſitu ſoluʒ: debet eo-
dem mō poni cā eius. ⁊ ſimiliter de alijs
mōis eſſendi in: Et tunc ſemper tenet iſte
locus ab effectu cāe formalis ad ſuaʒ cāʒ

Sed contra predicta arguit̄ primo ſic.
prima cā dat eſſe om̄i creature ⁊ eaʒ con-
ſeruat in eſſe: ⁊ tm̄ non eſt cā formalis ſed
efficiēs creature ergo diffinitio foꝛe cōue
nit alijs a diffinito. Secundo ſic quāti
tas poteſt ēe ſine quāto ⁊ albedo ſine al-
bo vt in ſacramēto altaris quātitas eſt ſi
ne ſubiecto: ergo non ſequit̄ quātitas eſt
ergo quantū eſt. ergo locꝰ a cauſa forma-
li non tenet conſtructie. Tercio ſic non
ſequit̄ generatio nō eſt ergo genituʒ non
eſt: ⁊ tamen generatio eſt forma denomi-
nans aliquid eſſe genitum ergo locus a
cauſa formali non tenet deſtructiue.

Quarto ſic non ſequit̄ ſol eſt calidus
ergo in ſole eſt caliditas: quia antecedēs
eſt verum ⁊ conſequens falſum: ergo lo-
cus ab effectu non tenet conſtructiue.

Quinto ſic. non ſequitur homo non
eſt ergo anima rationalis non eſt: q2 ho
mine mortuo anima ratiōalis remanet in
eſſe. ⁊ tm̄ ibi arguitur ab effectu cauſe for-
malis ad ſuam cauſaʒ. ergo iſte locus nō
tenet negatiue. Ad primuʒ iſtoruʒ dr̄
ꝙ licet prima cauſa debet eſſe extrinſece
⁊ effectiue omni creature. non tm̄ formali
ter ⁊ intrinſece ſicut intelligitur hic de cā
formali. Ad ſecunduʒ dicitur ꝙ ſi po-
natur quantitas ſine quanto vel albedo
ſine albo. vt in ſacramento altaris. vbi ac
cidentia ſubſiſtunt ſine ſubiecto tūc quā-
titas non eſt cauſa formalis ipſius quan
ti. nec albedo albi: et iō ibi nō arguit̄ tunc
a cauſa formali ad ſuuʒ effectuʒ. vnde q̄n
titas iſta non habet ſuuʒ effectum qui eſt
dare eſſe quantuʒ. Ad terciuʒ dicitur
ꝙ licet generatō quantuʒ ad denominati
onem habeat moduʒ forme reſpectu ge-
niti. non tamen eſt ſm̄ reʒ forma dans ſi
bi eſſe: ſed eſt mutatio aut via ad eſſe ge-
niti. ideo ibi non arguit̄ a cauſa formali.

Ad quartum dicitur ꝙ licet ſol ſit cali
dus effectiue eo ꝙ efficit calorem in iſtis
inferioribus: non tm̄ eſt calidus formali-
ter. ⁊ eo modo quo eſt calidus. ſ. effectiue
bene ſequitur ꝙ in eo eſt caliditas vt in
cauſa efficiente. Ad quintuʒ dicitur ꝙ
quando anima eſt ſeꝑata a corpore non
exiſtens in hoīe tunc ipſa non eſt cauſa
formalis hoīs in actu ſʒ in potentia tan-
tum. q2 non dat ſibi eſſe in actu. ideo ibi
non bene arguitur ab effectu ad ſuaʒ cau
ſaʒ formaleʒ inquantum eſt cā formalis.

Finis eſt gracia cuius. Poſt
q̄ꝫ autor determinauit de loco a
cauſa formali. hic conſequenter
determīat de loco a cauſa finali. eo ꝙ cā
finalis in ſuo ēe reali mediāte foꝛa acqui
ritur. rōe cuius primo ſic diffinit finem di
cens. ꝙ finis eſt gracia cuiꝰ aliquid fit
Cuiꝰ ratō eſt q2 illud quod trahit ⁊ mo
uet intentōeʒ agentis ad producenduʒ
effectuʒ eſt gracia cuius aliquid fit. ſed
finis trahit ⁊ mouet appetituʒ agentis
ad producenduʒ effectuʒ. ratione cuius
dicit̄ finis. q2 finit ⁊ terminat intentōeʒ
agentis ideo finis eſt gracia cuius ali-
quid fit. ⁊ in hoc differt ab alijs cauſis.
quia nulla aliaruʒ terminat intentioneʒ
agentis ſʒ ſoluʒ illud quod habet rōem
finis. Primo ſciunduʒ ꝙ finis dupli
citer capitur. vno modo pro termino du
rationis alicuius rei. vt mors quādoqʒ
dicitur finis hominis: quia finit durati
oneʒ eius vel terminus tempeſtatis di-
citur finis eius. et hoc modo finis non
eſt cauſa. nec iſto modo hic accipitur.
Alio mō capitur finis pro illo quod fi-
nit intentōeʒ agentis in producendo ef
fectuʒ ⁊ eſt bonuʒ conſequens ad ipſuʒ
effectum. ⁊ hoc modo eſt cauſa. ⁊ etiam
hoc modo accipitur hic. Et diuiditur q2
quidam eſt finis quo. ſ. qui ordinatur
ad vlterioreʒ finem proſequendum. et
reſpectu precedentiū dicitur finis. ⁊ re-
ſpectu ſequentium: que mediante ipſo
acquiruntur dr̄ finis quo. vt peccunia
acquiſita ꝑ multa media dr̄ finis eoꝝ. ⁊
vt valʒ ad alios fines dr̄ finis quo Ali
us ē finis gr̄a cuiꝰ. ⁊ eſt finis acquiſitꝰ
in rōe vltimi. ⁊ inquantuʒ eſt cauſa me-
diorum precedentium. vtriqʒ iſtoruʒ fi-
nium conuenit diffinitio finis ſm̄ tamē
ꝙ vterqʒ eſt gratia cuius reſpectu me-
diorum precedentium. Idem. n. mate-
rialiter poteſt dici finis quo: ⁊ finis gra
cia cuius reſpectu diuerſoꝝ. Secū
do ſciendum ꝙ locus a cauſa finali eſt
habitudo ipſius ad ſuum effectum. Et
tenet affirmatiue ſic. beatitudo eſt bona
ergo virtus eſt bona. Materia. Cuius
finis bonus eſt: ipſum quoqʒ bonuʒ eſt
Et ratō eſt quia bonitas rei ſumitur ex

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS

bonitate finis ⁊ eadeꝫ eſt bonitas finis
⁊ mediorum ordinatorum ad finem. iō
ſi finis ſit bonus media in finem ordi-
nata ſunt bona. Negatiue tenet ſic. in-
terfectio hominis eſt mala: ergo gladiꝰ
eſt malus. Maxima. Cuius finis malꝰ
eſt ipſum quoqꝫ malum eſt. Et econtra
locus ab effectu cauſe finalis eſt habitu
do ipſius ad ſuam cauſam. Et tenꝫ affir
matiue ⁊ negatiue. ⁊ poſſet argui per ipꝫ
conuertendo argumenta ⁊ maximas ꝑ
us poſitas. Tercio ſciendum ꝙ finis
poteſt dupliciter cōſiderari. vno modo
materialiter ſecundum id quod eſt non
per reſpectum ad media quorum eſt fi
nis. Alio modo conſideratur formali
ter ⁊ in ratione finientis ⁊ ſic importat
reſpectum ad media que finit. ⁊ hoc mo
do bonitas finis in ratione finis inclu-
dit bonitatem mediorum que ordinanẗ
in ipſum. Et arguendo per locum a cau
ſa finali non ſufficit ꝙ finis ſm ſe ſit bo
nus ad inferendum bonitateꝫ effectus:
ſed requiritur ꝙ ſit bonus in ratione fi-
nientis. quia ſolum illo modo habet ra
tionem cauſe finalis. Quarto ſcien-
dum ꝙ effectus cauſe finalis eſt mediū
ordinatum ad aliquem finem acquiren
duꝫ ſicut virtus ordinatur ad beatitudi
nem. Sed duplicia ſunt media ordina-
ta in fineꝫ. qꝛ quedā ſunt media ordina
ta per ſe: ⁊ alia ſunt media ordinata ſo-
lum per accidens. Media per ſe ordi-
nata ſunt illa ſine quibus finis non pōt
acquiri. ſicut eſt virtus reſpectu beatitu
dinis. Sed media per accidens ſunt il-
la ſine quibꝰ finis poteſt acquiri. vt eſt
inebriatio reſpectu ſanitatis. que quan
doqꝫ eſt accidentaliter medium quo ſa
nitas acquiritur. Et locꝰ ab effectu cāe
finalis ſoluꝫ tenet in medijs per ſe ⁊ nō
in medijs per accidens. quia non ſequi
tur inebrietio eſt mala ergo ſanitas eſt
mala. Sed contra predicta argui-
tur primo ſic. nullum malum eſt finis: qꝛ
finis habet rationem boni cum ſit appe-
tibilis ab efficiente. ⁊ tamen aliquod ma-
lum eſt gracia cuius aliquid fit vt quādo
qꝫ interfectio innocentis eſt gracia cuius
aliquid fit: ergo iſta diffinitio conuenit a-
lijs a diffinito. Secundo ſic non ſe-
quitur elemoſina eſt bona: ergo furari ad
dandum elemoſinam eſt bonum: et tamē
ibi arguitur a cauſa finali conſtructiue. er
go iſte locus non tenet affirmatiue.

Tercio ſic non ſequitur ſectio non eſt
ergo ſecuris non eſt. quia antecedens po
teſt eſſe verum conſequente exiſtente fal
ſo: ergo locus a cauſa finali non tenet ne-
gatiue. Quarto ſic bonitas finis non
dependet a bonitate mediorum ſed econ
tra. ergo a bonitate mediorum non ſequi
tur bonitas finis. ergo locus ab effectu
cauſe finalis non tenet affirmatiue reſpec
tu huius predicati bonum. Quinto ſic
non ſequitur aliquis homo non eſt bonꝰ
ergo beatitudo non eſt bona. vel homo
eſt malus ergo felicitas eſt mala. ⁊ tamen
ibi arguitur ab effectu cauſe finalis ad ſu
am cauſam. homo eniꝫ productus eſt ꝓp
ter beatitudinem acquirendam. ergo locꝰ
ab effectu cauſe finalis non tenet negati
ue. Ad primum iſtorum dicitur ꝙ licꝫ
malum ſub ratione mali non ſit finis: in-
quantum tamen eſt apparens bonuꝫ pōt
habere rationem finis. ⁊ hoc modo malū
ſub ratione boni apparentis eſt gracia cu
ius aliquid fit. ⁊ iſto modo eſt finis. ideo
iſta diffinitio non conuenit alijs a diffini
to. Ad ſecundum dicitur ꝙ licet elemo
ſina ſm ſe ſit bona tamē elemoſina ex fur
to non eſt bona in ratione finientis. quia
non eſt finis acquiſitus per bona media.

Ad terciuꝫ dicitur ꝙ locus a cauſa fi-
nali non tenet reſpectu huius predicati eſ
ſe ſed ſolum reſpectu hoꝝ predicatorum
bonum et malum: eo ꝙ finis et effectus
eius nō habent conuenientiaꝫ in eſſe: ſed
quantū ad eſſe finis extrinſecꝰ ſuo effec-
tui. ſed habent conuenientiaꝫ quantū ad
bonitateꝫ: qꝛ eadeꝫ eſt bonitas finis et ef
fectus eius. iō ibi non bene arguiẗ per lo
cuꝫ a cā finali. Ad quartuꝫ dr̄ ꝙ licet
bonitas finis non dependeat ex ꝑte me-
dioꝝ in genere cauſe finalis tn̄ dependet
ab ipſis effectiue ⁊ dato ꝙ non cauſeẗ ab
ipſis adhuc poſſet ſequi illatiue ex boni
tate medioruꝫ bonitas ipſius finis: eo ꝙ
media capiunt bonitateꝫ ex ꝑte finis.

Ad quintū dicitur ꝙ lꝫ aliquis hō ſit
malus hoc nō eſt ex effectu beatitudinis
qꝛ nō diſpōit ſe ad talē finē ꝑ liberū arbi
triuꝫ ſꝫ deuiat a tali fine ⁊ priuat ſe bono
ad quod erat ordinatus. iō ibi nō arguiẗ
ab effectu cāe finalis. ⁊ ſic patet de locis a
cauſa ⁊ ab effectu.

Eneratio eſt progreſſus.

g Poſtꝙ autor determinauit de locis
a cauſa: ⁊ effectu. hic conſequēter
detīat de locis a generatōe ⁊ corruptione
Et priꝰ de loco a generatōe: qꝛ ipā ſe ha-
bet vt habitus. corruptio vero vt priuatō
rōe cuius primo diffinit generatōeꝫ dicēs
Generatio eſt progreſſus de non eſſe ad
eſſe: ⁊ capitur ibi progreſſio generaliter ꝓ
mutatione in cōi ⁊ non ſpecialiter ꝓ motu
progreſſiuo. iō ibi progreſſio ponitur loco
generis. Et ponitur a non eſſe ad eſſe ad
explicanduꝫ terminos generatōis: qꝛ nō
eſſe eſt terminus a quo ipſius: eſſe vero
eſt terminus ad queꝫ. Unde omnis mo-
tus ⁊ mutatio habent cognoſci per ſuos
terminos ⁊ ꝑ ſuuꝫ terminū ad queꝫ acci-
pit ſpēm ⁊ differentiā ab alijs: iō iſti termi
ni ponunẗ in iſta diffinitōe ad drn̄aꝫ ōim
aliaruꝫ ſpēꝝ motus. Primo ſciendum
ꝙ gn̄atio dupliciter accipiẗ. Uno mō ſpā
liter prout eſt mutatio de non eſſe ſubſtā
tie ad eſſe ſubſtantie: ⁊ ſic ſoluꝫ reperiẗ in
ſubſtantijs. Alio mō accipitur pro quacū
qꝫ mutatōe de non eſſe ad eſſe ſiue ſit ad
eſſe ſubſtantie ſiue accidētis. ⁊ hoc mō ge
neratio conuēit tam ſubſtātijs ꝙ accidē
tibꝰ ⁊ generatio ſubſtantie eſt generatō
ſimpliciter dicta generatio vero acciden
tis eſt generetō ſm quid ⁊ imꝑfecta. hic
auteꝫ ſumitur cōiter generatio taꝫ ꝓ ge-
neratōe ſubſtantie ꝙ pro generatōe ac-
cidentis. qꝛ ad vtrūqꝫ tenet locum a ge
neratione. et etiaꝫ vtriqꝫ conuenit diffi-
nitio generationis prius poſita licet per
prius conueniat generationi ſubſtantie

Secundo ſcienduꝫ ꝙ locus a gene
ratione eſt habitudo ipſius ad genera-
tum. Et tenet affirmatiue. vt generatio
domus eſt bona: ergo domus eſt bona.
Maxima. Cuius generatio eſt bona ip
ſum quoqꝫ bonum eſt. Cuius ratio
eſt quia generatio intrinſece terminatur
ad eſſe geniti. ideo generatio dicit vnuꝫ
⁊ idem eſſe cum ipſo genito. ideo ſi ge-
neratio ſit bona bonitate que eſt ex par
te geniti ad quod terminatur: oportet
genitum eſſe bonuꝫ. ⁊ ſi ſit mala erit ma
lum ⁊ econtra. eo ꝙ dicunt vnum ⁊ ideꝫ
eſſe ſed generatio importat ipſum in fie
ri ⁊ genitum in facto eſſe: Et tenet iſte
locus negatiē ſic. generatio furis eſt ma
la ergo fur eſt malus. Maxima. Cuius
generatio eſt mala ipſum quoqꝫ maluꝫ
eſt. Et proportionaliter poteſt diffiniri
locus a generato ad generationem. Et
tenet affirmatiue ⁊ negatiue. ⁊ forman-
tur argumenta ⁊ maxime ſimiliter ſecun
dum ipſum ſicut ſecundum locum a ge-
neratione. Tercio ſciendum eſt ꝙ ꝓ
greſſio ab eſſe ad non eſſe. vt corruptio
ſortis eſt progreſſio a ſuo eſſe ad non eſ
ſe eius. Et capitur progreſſio pro muta
tione in communi loco generis. Dein-
de poniẗ ab eſſe ad nō eſſe. quia eſſe eſt
terminus a quo corruptionis et non eſ-
ſe eſt terminus ad quem. et ab illo non
eſſe capit corruptio ſpeciem ⁊ differen-
tiam a generatione ⁊ ab alijs motibus.
Et qꝛ nō eſſe rei eſt oppoſitū ipſi ēe rei

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ideo corruptio que eſſentialiter importat non eſſe rei eſt quodaꝫ mō oppoſita rei que corrumpitur. ⁊ inde eſt ꝙ a corruptōe ad corruptuꝫ arguitur reſpectu diuerſoruꝫ predicatoꝝ: ⁊ econtra lꝫ in loco a generatione ſemꝑ arguatur reſpectu eiuſdeꝫ predicati in aītecedente ⁊ conſequente: Quarto ſciendū eſt ꝙ locꝰ a corruptōe eſt habitudo ipſius ad ſuuꝫ corruptū. Et tenet affirmatiē ſic. Corruptio antixp̄i eſt bona ergo antixp̄us ē malus. Maxima. Cuius corruptio eſt bōa ipſuꝫ quoqꝫ maluꝫ eſt. Cuius rō eſt: qꝛ corruptio ⁊ corruptū opponunt̄ inter ſe ſicut eſſe ⁊ non eſſe: qꝛ corruptō dicit nō eſſe corrupti in fieri: ſed ſi vnū oppoſitoruꝫ fuerit bonū alterū erit maluꝫ. iō cuꝫ corruptio ſit bōa ip̄ꝫ corruptū erit malū ⁊ econtra ſi corruptū ſit bonuꝫ corruptio erit mala. Et tenet negatiē vt corruptio domus eſt mala: ergo domus eſt bona. Maxima. Cuius corruptio eſt mala ip̄ꝫ quoqꝫ bonuꝫ eſt: qꝛ corruptio non dicit̄ mala niſi inquantū opponitur bono et eſt corruptia boni. Et locus a corrupto eſt habitudo ipſius ad ſuaꝫ corruptōeꝫ ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue ⁊ formantur argumenta ⁊ maxime eius ſimiliter ſicut in loco a corruptōe. Contra predicta arguit̄ primo ſic. generatō domus poteſt eſſe domo non exiſtente ꝙ̄ ſi illa generatio ſit bona domus non erit bōa cū domus nondū ſit. ergo non ſequitur affirmatiue ꝑ locuꝫ a generatōe. generatio domus eſt bona: ergo domus eſt bona. Secundo ſic. non ſequit̄ latro eſt malus. ergo generatio eius eſt mala. qꝛ pōt ſtare ꝙ hūeru ꝑfectaꝫ generatōem: ergo locus a generato non tenet negatiue. Tercio ſic corruptio opponit̄ corrupto ⁊ ita tꝫ locus a corruptōe rōne diſconueniētie corruptōis ad corruptuꝫ ⁊ non gr̄a conuenientie. ꝙ̄ ille locus eſt extrinſecus cuꝫ terius inferēs ſit extrinſecꝰ tio illato. ⁊ ita hic male ordinat̄ inter locos intrinſecos. Quarto ſic non ſequit̄ corruptō xp̄i fuit bona ergo xp̄us fuit malus: qꝛ aīs eſt veruꝫ ⁊ conſequēs falſum ergo locus a corruptōe non tꝫ conſtructiē

Quinto ſic non ſequit̄ antixp̄us non ē bonus ergo corruptio eiꝰ eſt bona. cuꝫ antecedēs ſit veꝝ ⁊ conſequens falſum. ⁊ tn̄ ibi arguit̄ negatiē a corrupto ad corruptioneꝫ: ꝙ̄ ille locus non tꝫ negatiē. Ad p̄muꝫ dr̄ ꝙ quando gn̄atio cuiuſcūqꝫ rei p̄cedit ip̄m genituꝫ ipſa nō eſt bona bonitate finis niſi aptitudīe tantuꝫ: qꝛ ſolū hꝫ bonitatē in actu: qn̄ genituꝫ hꝫ bonitateꝫ in actu: ⁊ eo mō quo ipſa eſt bōa. ſ. ſm aptitudineꝫ. etiaꝫ genitū quod in ipſa includit̄ in fieri: dr̄ eſſe bonuꝫ ſm aptitudineꝫ ⁊ ſimiliter qn̄ eſt genituꝫ in actu ⁊ trāſiuit gn̄atio eius: ſi genitum ſit bonum in actu etiaꝫ gn̄atio eius pōt dici bona in actu eo ꝙ genitū includit eſſe: qꝺ eſt terminꝰ intrinſecus ⁊ eſſentialis generatōis rōe cuiꝰ ip̄a pōt dici bona. Ad ſm dr̄ ꝙ lꝫ hō malꝰ poſſit hr̄e bonaꝫ generatōeꝫ ⁊ ꝑfectaꝫ q̄ntuꝫ ad bonitatē forme ⁊ originis tn̄ nunꝙ̄ hꝫ bonā generatōeꝫ bonitate finis que q̄deꝫ bonitas eſt bonitas ipſius geniti. et de illa. ſoluꝫ hic intelligit̄. Ad tercium dr̄ ꝙ locꝰ a corruptōe ſimpliciter eſt extrinſecus. qꝛ tꝫ cā diſconueniētie teri inferentis cuꝫ tio illato: qꝺ ſufficit ad locū extrinſecū: ⁊ hꝫ reduci ad locū cōtradictorie oppoſitoꝝ. Sꝫ ꝓpter conueniētiaꝫ generationis ⁊ corruptōis. iſte locꝰ hic enumerat̄ inter locos intrinſecos. ⁊ etiā a multis ponit̄ locus intrinſecꝰ ſm hitudineꝫ tioruꝫ ſi ſumeret̄ hitudo extrīſeca teri illati. Ad q̄rtuꝫ dr̄ ꝙ lꝫ corruptō xp̄i fuerit bōa quo ad nos: tn̄ fuit mala ſm ſe. ⁊ inq̄ntuꝫ fuit deſtructiā vite xp̄i. iō ī rōe corruptōis ⁊ ꝑ reſpectū ad nō eſſe ſeu ad corruptuꝫ non fuit bōa. ⁊ in iſtis locis ſemꝑ dꝫ argui de bonitate vel malicia que cōuenit ꝑ ſe corruptioni et corrupto. et non de bonitate per accidens. Ad quintuꝫ dr̄ ꝙ conſequentia non valet. qꝛ non ponitur ipſum corruptuꝫ in antecedēte. qꝛ illa negatiua de ſe nihil ponit eſſe ſed bene ſequeretur antixp̄us eſt malus: ergo corruptio eius eſt bona in aptitudine.

Sus eſt operatiō. Poſtquā autor determinauit de loco a generatione et corruptione. Hic conſequenter determinat de locis ab vſibus: ⁊ communiter accidentibus. ratione cuius primo diffinit vſum dicens. ꝙ vſus eſt operatio ſiue excercitiuꝫ ipſius rei. Cuiꝰ ratio eſt: qꝛ vſus eſt illud quo vtēs vtitur re vſitata vel inſtrumento eius: iō dicitur vſus de vtōr vteris. ſed operatio ſiue excercitiuꝫ ipſius rei eſt illud quo agens principale vtitur ſuis inſtrumentis. vt ſecare eſt illud quo homo vtitur ſecuri. ⁊ equitare quo vtitur equo: ergo vſus conuenienter dicitur operatio ſiue excercitium ipſius rei. Et poteſt capi dupliciter vno mō ſpecialiter ſolum pro operatione rei que agens principale vtitur rebꝰ ſibi ſubordinatis. Alio mō generaliter ꝓ quacunqꝫ operatione rei ad quaꝫ res ip̄a eſt ordinata ⁊ iſto mō hic accipitur Primo ſciendum eſt ꝙ vſus duplr̄ pōt conſiderari. Vno mō per reſpectuꝫ ad vtentē. Alio mō per reſpectuꝫ ad reꝫ vſitataꝫ cuius dicitur vſus. vt ſecare qui eſt vſus ſecuris poteſt comparari ad hoīeꝫ qui ipſa ſecuri vtitur. ⁊ ad ipſaꝫ ſecuriꝫ. ⁊ ꝑ comparationeꝫ vſus ad reꝫ vſitataꝫ ſumit̄ locus dialeticus qui dicitur ab vſibus: ⁊ nō ꝑ comparationeꝫ eius ad ipſuꝫ vtentē eo ꝙ vſus maioreꝫ habet conuenientiā ⁊ habitudineꝫ cuꝫ vſitato ꝙ̄ cuꝫ vtente. non enim ſequit̄. equitare eſt bonuꝫ: ergo equitās eſt bonus. nec econtra. Secundo ſciendū ꝙ locꝰ ab vſibꝰ eſt habitudo ipſius vſus ad vſitatū. Et tenet affirmatiue ſic. ſecare eſt bonuꝫ: ergo ſecuris eſt bona. Maxīa. Si vſus ſit bonꝰ ⁊ vſitatuꝫ eſt bonuꝫ. Cuius ratio eſt qꝛ omne ens ꝓductum eſt ꝓpter ſuaꝫ operationeꝫ ⁊ denoīatur bonuꝫ propter bonitatē ſui oꝑis. qꝛ illa eſt bonitas ſui finis in executōe. ideo ſi vſus eſt bonus vel operatio rei. ſit bona: ip̄m vſitatuꝫ erit bonuꝫ. Et ten ꝫnegatiue ſic occidere eſt maluꝫ: ergo occiſor eſt malus. Maxima. Si vſus eſt malus vſitatuꝫ eſt maluꝫ. Et vocatur iſte locus ab vſibus in plurali ⁊ non ab vſu in ſingulari: eo ꝙ eodeꝫ argumēto poteſt argui a pluribus vſibus. vt dicendo: equitare eſt bonuꝫ trahere aratruꝫ eſt bonū. ⁊ ſic de alijs vſibus equi. ergo equus eſt bonus. non tn̄ ſemper oportet in quolibet argumento ponere plures vſus. Et ſimiter tenet locus ab vſitato ad ipſuꝫ vſuꝫ affirmatiue ⁊ negatiē ſicut lous ab vſu

Tercio ſciẽduꝫ ꝙ duplicia ſunt cōmuniter accidētia. quedā eniꝫ ſunt que contingenter ⁊ non ſemꝑ ſe inuiceꝫ conſequuntur. vt in hoīe magnus et fortis: ⁊ pulcher ⁊ bonus. Alia ſunt que ſemꝑ ⁊ neceſſario ſe conſequuntur. eo ꝙ hēnt inter ſe neceſſariaꝫ habitudineꝫ: et iſta ſunt duplicia quedam enim ſunt que ſe conſequuntur conuertibiliter vt in hoīe riſibile ⁊ flebile. ⁊ in brutis habere cornua ⁊ habere duos dentes vel non habere duos dentes ſuperiores: Alia vero ſunt que ſe conſequuntur neceſſario ⁊ non conuertibiliter vt ſunt delinquere ⁊ penitere. vel non mingere ⁊ habere plumas. vnde dicuntur talia cōmuniter accidentia quia ſimul plura talia vni accidunt. Et a cōiter accidentibꝰ q̄ neceſſario ſe conſequuntur ſumitur locꝰ dialeticus non autem ab alijs que ſe cōſequuntur contingenter ſed ab ip̄is ſumitur locus ſophiſticus. Quarto ſciendum eſt ꝙ locus a communiter accidentibus eſt habitudo vnius communiter accidentium ad reliquum

Et in accidentibus que ſe conſequun:

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

conuertibiliter tenet tam affirmatiue ꝙ
negatiue ab vtroqꝫ latere ad alteruꝫ. vt
riſibile eſt ergo flebile eſt. Maxima. po
ſito vno cōiter accidentiuꝫ ſe conſequē
tium conuertibiliter. ponitur reliquū ꝓp
ter conuertibilitatem eorum. Et etiaꝫ de
ſtructo vno deſtruitur reliquum. Sed
in his que conſequuntur ſe inuicem ne
ceſſario ⁊ non conuertibiliter arguendo
a poſteriori ad prius iſte loc⁹ tenet affir
matiue tantum ⁊ non negatiue. vt peni
tet. ergo peccauit. vł auis habꝫ plumas
ergo nō mingit. Maxima. Si cōiter ac
cidentiuꝫ poſterius ineſt neceſſe eſt pri
muꝫ infuiſſe. Sed arguendo a priori ad
poſterius non tenet affirmatiue. qꝛ po-
ſito priori vel communiori non opor-
tet ponere poſterius. Sed tenet negati
ue ſic non deliquit ergo non penitet.
Maxima. priori cōmuniter accidentiuꝫ
deſtructo remouetur poſterius. Sꝫ
contra predicta arguitur primo ſic. intel
ligere vel velle eſt operatio hoīs. et tñ
non eſt vſus. qꝛ in tali operatione nihil
vtiẗ ipſo hoīe. ergo diffinitio vſus non
conuenit ſoli diffinito. Secundo ſic
vſus vel operatō eſt cā finalis ipſius rei
qꝛ eſt gracia cui⁹ res fit. eo ꝙ vnūquod
qꝫ productū fit propter ſuaꝫ operatōeꝫ
ḡ arguēdo ab vſib⁹ eſt locus a cā finali
⁊ per conſequens male ponitur iſte loc⁹
ab illo diſtinctus. Tercio ſic non ſeq̄
tur equitare eſt bonuꝫ: ergo equus clau
dus vel cecus eſt bonus. ⁊ tñ ibi arguiẗ
ab vſu ad vſitatuꝫ affirmatiue: ergo iſte
locus non tenet affirmatiue. Quarto
ſic non ſequitur deum penitet: ergo pec
cauit: qꝛ antecedens eſt verum ⁊ conſe-
quens falſuꝫ: cuꝫ ipſe dixerit penitet me
feciſſe hoīem: ergo locus a communiter
accidentibus non tenet affirmatiue.

Quinto ſic: nō ſequitur beata virgo
non peccauit ergo ipſam non penituit. ⁊
ſimiliter de multis ſanctis: ergo locus a
cōiter accidentibus non tenet negatiue a
priori ad poſterius. Ad primū dicitur
ꝙ ſi capiatur vſus proprie pro operatōne
qua vtens vtitur re vſitata: ſic intellectus
hominis vel velle non eſt vſus eius ſed
ſi capiatur generaliter pro quacūqꝫ ope-
ratōe rei ad quaꝫ ipſa ordinatur: tunc ali
quo mō poteſt dici vſus ⁊ hoc mō hic ca
pitur. Ad ſecūduꝫ dr̄ ꝙ lꝫ vſus rei ſm
eſſe in intentōne agētis ſit cā finalis ipi⁹
rei: non tñ ſm ꝙ eſt in executōe: ſꝫ eſt ef-
fectus ⁊ operatio rei vſitate. ⁊ hoc mō ab
ipſo ſumitur locus ab vſu qui cōiter diſti
guitur a cā finali. Ad terciuꝫ dr̄ ꝙ eq̄-
tare in cōi nō eſt vſus equi claudi vel ce
ci: ſꝫ eſt vſus equi in cōi. ideo ibi non bñ
arguitur ab vſu ad vſitatuꝫ: ſꝫ ſic debet ar
gui equitare equi claudi eſt bonuꝫ ergo
equus claudus eſt bonus. ⁊ ſicut conſe-
quens eſt falſuꝫ ita ⁊ antecedens. Ad
quartuꝫ dr̄ ꝙ ſi capiaẗ ꝓprie penitere vt
eſt penitentiā agere pro peccato cōmiſſo
voluntarie ſic deuꝫ non penituit. ſed ſi ca
piatur ſm ſimilitudineꝫ prout eſt ſimilitu
dinarie dolore de aliquo. ſic deū penituit
⁊ hoc modo non ſumiẗ hic ſed primo mo
do. Ad quintuꝫ dicitur ꝙ licet beata
virgo ⁊ multi ſancti in propria ꝑſona nō
peccauerint. tamen primi parentes pecca
uerunt ratione cuius ipſi penituerunt.

Equitur de locis extrīſecis

Poſtꝙ autor determiauit de lo
cis intrinſecis. hic conſequenter
detiat de locis extrinſecis. Cuius ratō eſt
qꝛ loc⁹ eſt hītudo termini inferētis ad ter
minū illatuꝫ ſꝫ locus intrinſecus dicit per
fectōreꝫ habitudinē illoꝝ termioꝝ ꝙ loc⁹
extrinſecus: iō locus extrinſeus poſtponiẗ
loco intrinſeco. Et qꝛ oppoſita iuxta ſe po
ſita magꝭ eluceſcūt. ⁊ de vno hētur clarior
cognitio ꝓpter cognitōeꝫ alteri⁹. ⁊ loc⁹ in
trinſec⁹ ⁊ extrinſec⁹ opponunẗ. iō poſt lo
cos intrinſecos conueniēter autor imme
diate determinat de locis extrinſecis.

Et preſuppoſita diffinitione loci extrinſe
ci primo diuidit locuꝫ extrinſecū per locū
ab oppoſitis. a maiori a minori. a ſimili. a
proportione. a tranſumptōe. ⁊ ab auctori-
tate. quaꝝ ſpērũ diffinitōes ⁊ differentie
ſatis patebunt inferius. Primo ſcien-
duꝫ ꝙ locus extrinſecus eſt qñ terminus
inferēs eſt extra ſubſtantiā termini illati
⁊ rōe differētie illoꝝ terminorum ſumitur
virtus probatiua argumenti. ſꝫ in loco ab
oppoſitis veriori mō terminus inferens
eſt extra ſubſtantiā termini illati. iō inter
locos extrinſecos autor pri⁹ determiat de
loco ab oppōitis. qꝛ ille verius participat
rationē loci extrinſeci. Et locus ab oppoſi
tis eſt habitudo vnius oppoſitoruꝫ ad re
liquū: iō diuidi hꝫ ſm diuiſiōeꝫ oppōitoꝝ
⁊ rōne ipoꝝ oppōitoꝝ hic diuidit oppoſi
tōeꝫ ꝑ q̄tuor ſpēs. ſ. ꝑ oppoſitōeꝫ relatiuā
contrariaꝫ. priuatiuā ⁊ contradictoriā. Cu
ius diuiſionis ſufficientia ⁊ diffinitiones
mēbroruꝫ ſatis patent in poſtpredicamen
tis. et eodem mō ſumuntur quatuor ſpēs
oppoſitoꝝ. quia quedam ſunt relatia alia
contraria. alia priuatiua ⁊ alia contradic-
toria. ⁊ inter iſta prius determinaẗ de re-
latiuis ⁊ de loco ſumpto ab ipſis. Se
cundo ſciendum ꝙ relatiua ſunt quorum
totuꝫ eſſe eſt ad aliud ſe habere: ⁊ ēe vni⁹
totum refertur ad aliud ⁊ econtra. Et poſ
ſunt hec relatiua dupliciter conſiderari.
Uno modo inquantum referuntur inter
ſe ⁊ ſimul ponuntur in eſſe: ⁊ ſub forma re
lationis. ⁊ hoc modo ſunt ſimul natura. et
ſic ab ipſis ſumitur locus a relatiuis ⁊ nō
a relatiue oppoſitis. Alio modo conſide
rantur inquantum habent inter ſe repug
nantiam ad ſimul eſſe in vno ſubiecto re
ſpectu eiuſdem. ⁊ hoc modo dicuntur re-
latiue oppoſita. ⁊ ab ipſis hoc modo ſumi
tur locus a relatiue oppoſitis. Tercio
ſciendum eſt ꝙ locus a relatiuis eſt habi
tudo relatiuorum ad ſua correlatiua. Et
tenet iſte locus affirmatiue ⁊ negatiue.
Affirmatiue ſic. pater eſt ergo filius eſt
Maxima. poſito vno relatiuorum nec-
ceſſario pōitur reliquuꝫ. Cuius ratō eſt
quia totuꝫ eſſe relatiui eſt ſe habere ad
aliud. ergo ad hoc ꝙ vnum relatiuoruꝫ
habeat eſſe oportet ſuum correlatiuum
eſſe ad quod refertur. ideo poſito vno
relatiuoruꝫ necceſſario ponitur ſimul re
liquum. Sed negatiue tenet ſic. pater
non eſt. ergo filius nō eſt. Maxima. de
ſtructo vno relatiuorum deſtruitur reli
quum. relatiua enim poſita ſe ponunt et
perempta ſe perimunt. Quarto ſcien
duꝫ ꝙ locus a relatiue oppoſitis eſt ha
bitudo vnius relatiue oppoſitorum ad
reliquuꝫ. Et tenet affirmatiue ſic ſor. eſt
pater platonis ergo non eſt filius eius.
Maxima. poſito vno relatiue oppoſito
rum in vno ſubiecto ab eodem remoue
tur reliquuꝫ eo ꝙ relatiue oppoſita nū
quam permittunt ſe in eodem ſubiecto
reſpectu eiuſdem: ⁊ inquantum oppoſi-
ta ſunt. Sed iſte locus non tenet nega-
tiue a negatōe vni⁹ relatiue oppoſitorū de
vno ſubiecto ad affirmatōeꝫ alterius qꝛ
non ſequitur. ſortes non eſt filius plato
nis ergo eſt pater eius. Et iſte locus
a relatiue oppoſitis eſt ſimpliciter extri
ſecus. quia ibi ſumitur virtus probati-
ua ratione diſconuenientie termini inſe
rentis cum termino illato. Et locus a re
latiuis ſm aliquos ponitur extrinſecus
eo ꝙ vnum relatiuorum ſm eſſe eſt ex-
trinſecuꝫ alteri. Sꝫ ſm alios ponitur in
trinſecus. qꝛ terminus inferēs infert ter
minuꝫ illatuꝫ rōe conuenientie eoruꝫ in
eſſe ⁊ ſub forma relationis. et hꝫ reduci
ad locuꝫ a deſcriptōe qꝛ vnuꝫ relatiuoꝝ
eſt de diffinitione alterius: et vt dicunt
ſoluꝫ ponitur hic inter locos extrīſecos
cauſa conuenientie relatiuoruꝫ ⁊ relati-
ue oppoſitoꝝ: et vtraqꝫ pars eſt ſatꝭ pro
babilis. Sed contra predicta. ar
guitur primo ſic. in omni loco dialetico

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

terminus inferens debet inferre termi-
nuz illatuz ſed vnum oppoſitorum nun
quam infert aliud: ſed ſemper infert et
importat negationem ⁊ deſtructionez al
terius. ergo nullus locus eſt ab oppoſi-
tis: quod eſt contra diuiſionem loci ex-
trinſeci. Secundo ſic maius dicitur
correlatiue ad minus ⁊ econtra: ⁊ etiam
ſimile ad ſuum ſimile relatiue opponiẗ
ergo locus a maiori. a minori. ⁊ a ſimili
ſunt relatiue oppoſita. ergo male ponū-
tur illi loci diſtincti ab alijs: ergo predic
ta diuiſio non valet. Tercio ſic in ōi
loco dialetico eſt habitudo anteceden-
tis ad conſequens. ⁊ termini inferentis
ad terminum illatum ſed antecedens et
conſequens ſunt relatiua inter ſe. ergo
ōnis locus eſt a relatiuis. ⁊ ſic male po
nitur vnus locus ſpālis. Quarto ſic
non ſequitur pater ſortis eſt ergo filius
ſor. eſt. ⁊ tm̄ ibi arguiẗ ab vno relatiuoꝝ
ad reliquum. ergo iſte locus non tenet
affirmatiue. minor patet qꝛ pater in cōi
⁊ filius dicuntur correlatiue ergo pater
⁊ filius eius dicuntur correlatiue. et ſic
ibi arguiẗ a relatiuis. Quinto ſic non
ſequitur ſortes eſt pater hoīs ergo non
eſt filius hoīs ⁊ tamen ibi arguitur a re
latiue oppoſitis affirmatiue ergo ille lo
cus non tenz affirmatiue. Ad primū
dicitur ꝙ vnuz oppoſitorum non poteſt
inferre aliud affirmatiue ſz bene infert
aliud negatiue. eo ꝙ negationez alteriꝰ
includit. ideo poſito vno in aliquo ſub-
iecto deſtruitur reliquuz in eodem ſub-
iecto. Ad ſecundum dicitur ꝙ lz ma
ius dicatur correlatiue ad minꝰ ⁊ ſimile
ad ſimile. tamen in locis a maiori mi-
nori ⁊ a ſimili non ſumitur virtus proba
tiua ratione relatiue oppoſitōnis. ſed ra
tione maioritatis ⁊ minoritatis. ⁊ ſimili
tudinis. ideo illi loci diſtinguntur a lo-
co a relatiue oppoſitis. Ad tercium
dicitur ꝙ antecedens ⁊ conſequens ſm

illas intentiones dicuntur correlatiue in-
ter ſe. ſed non ſemper dicuntur correlatiue
ſm id quod ſunt. quod tamen requiritur
in loco a relatiue oppoſitis. ideo nō ōis
locus debet dici a relatiuis. Ad quar
tū diciẗ ꝙ pater ſortis non dicitur correla
tiue ad filium ſortis. ſed tantum dicitur
correlatiue ad filium ſuuz. ⁊ licet pater in
communi dicatur correlatiue ad filiuz in
communi: tamen non dicitur correlatiue
ad filium acceptum cum determinatione
ſpāli. ſicut pater in communi ⁊ iſte filius
non dicuntur correlatiue inter ſe: ideo ibi
nō arguitur per locum a relatiue oppoſi-
tis. Ad quintum dicitur ꝙ ibi non ar-
guitur per locū a relatiue oppoſitis. quia
ſor. in antecedente ⁊ conſequente non di
citur pater ⁊ filius reſpectu hominis ac-
cepti pro eodem ſuppoſito determinato
Et tamen in relatiue oppoſitis oportet
ꝙ ſemper fiat comparatio reſpectu eiuſdē
ideo bene ſeq̄retur a relatiue oppoſitis.
ſor. eſt pater hominis ergo non eſt filius
eiuſdem hominis.

Ontrarietas eſt cōtra. Poſt
quam autor determinauit de re
latiue oppoſitis. hic conſequēter
determinat de loco a contrarijs. ⁊ conſe-
quenter de loco a priuatiue oppoſitis. Et
pro cognitione loci a cōtrarijs primo dif
finit contrarietatem ⁊ deinde contrariam
vnde contrarietas eſt contrariorũz oppo
ſitio vel repugnantia vt repugnantia albi
⁊ nigri. Contraria vero ſunt forme ſub eo
dez genere maxime repugnātes. que mu
tuo ab eodez ſubiecto ſe expellunt cui vi
ciſſim inſunt: niſi alterum inſit a natura.
vnde duplicia ſunt contraria: quedā ſunt
mediata inter que cadit medium eiuſdez
generis participans rōez vtriuſqꝫ extre-
morum. vt inter album ⁊ nigrum ſubit ru
beuz ⁊ alij medij colores. Alia ſunt imme
diata inter que non cadit mediuz eiuſdē
generis. ⁊ neceſſe eſt ſemper ꝑ. alterū coꝝ

verifcari de proprio ſubiecto ipſorum. vt
ſanum ⁊ egrum ſunt contraria imediata
per carentiaz medij per ꝑticipationem lz
bene habeāt medium per abnegatōnem.
quia de lapide pōt vtrunqꝫ vere negari.
Et ab vtriſqꝫ illoruz contrarioꝝ ſumitur
locus dialeticus. Primo ſciendum
ꝙ locus a cōtrarijs eſt habitudo vnius
contrarioꝝ ad reliquum. Et tz affirmatiē
ſic: ſortes eſt ſanus g̊ ſortes nō eſt eger.
Maxima poſito vno contrarioꝝ in aliq̄
ſubiecto ab eodez remoueẗ alterum. Cuiꝰ
ratio eſt quia contraria deſtruunt ſe mu
tuo et ſe expellunt ab eodem ſubiecto: eo
ꝙ vnum importat negationē alterius iō
poſito vno in vno ſubiecto neceſſario re
mouetur reliquū. Et non ſoluz valet af-
firmatiue iſte locus arguēdo tm̄ ab vno
contrarioꝝ: ſed etiaz a pluribus cōtrarijs
ponendo plura cōtraria in cōſequente. vt
iuſticia eſt virtus g̊ iniuſticia eſt vicium
⁊ propter hoc iſte locus vocaẗ a cōtrarijs
in plurali numero. Secundo eſt ſciē
dum ꝙ iſte locus in cōtrarijs immedia-
tis tenet negatiue duabus conditōnibus
obſeruatis. prima eſt ꝙ ponaẗ conſtantia
ſubiecti. deffectu cuius non ſequiẗ. Adaz
non eſt eger: ergo eſt ſanus. Secunda cō
ditio eſt ꝙ arguaẗ reſpectu ſubiecti dter
minati. defectu cuius non ſequitur iſte
lapis eſt ⁊ nō eſt ſanus g̊ eſt eger. qꝛ non
eſt detīatum ſubiectuz illoꝝ cōtrariorum
ſed poſita cōſtantia ſubiecti determinati
ſꝑ valet negatiue vt arguendo ſic aīal eſt
⁊ non eſt ſanuz ergo eſt egruz. Maxima.
Deſtructo vno cōtrarioꝝ imediatoruz in
ſubiecto determinato exiſtente ponitur
reliquum. eo ꝙ reſpectu illius ſubiecti ne
ceſſe eſt ſꝑ eſſe aliquod illoꝝ cōtrarioruz
Sed in contrarijs mediatis iſte locꝰ nō
tenet negatiue niſi poſita conſtantia ſub-
iecti determinati cum abnegatōne vnius
contrariorum ⁊ oīm intermedioꝝ. vt hic
corpꝰ mixtū eſt: ⁊ non eſt albū nec medio

colore coloratuz. ergo eſt nigruz. Maxi
ma. Remoto vno contrarioruz ⁊ oībus
intermedijs a ſubiecto detīato neceſſe ē
ponere reliquuz. Tercio ſciendum ꝙ
priuatiue oppoſita ſunt que hñt fieri cir
ca idez ſubiectuz ordine irregreſſibili et
tempore detīato a natura: vt viſus ⁊ ce
citas circa oculum. ⁊ intelligiẗ hec diffi-
nitio de priuatiue oppoſitis ꝑfecta pri
uatione: in quibus priuatio negat habi
tuz ⁊ principia habitꝰ ſimul. ⁊ non de ill'
que opponunẗ priuatiue priuatōe impꝑ-
fecta in quibus priuatio negat habituz
tantuz: ⁊ relinquit principia habitus. vt
motus ⁊ quies ſciencia ⁊ ignorantia. qꝛ
in illis poteſt eſſe regreſſus de priuatōe
in habituz vt de quiete fit regreſſus in
motuz. Sed priuatiue oppoſita accep-
ta cōiter diffiniunẗ ſic. priuatiue oppoſi
ta ſunt quoruz vnū dicit negatōez alte-
rius cum aptitudine ad ipſuz. Cuius rō
eſt: qꝛ priuatiue oppoſita ſunt habitus
⁊ priuatio. priuatio aūt dicit negatōem
habitꝰ cū aptitudie ad ipſuz: vt cecitas
reſpectu viſus. Quarto ſciendū eſt
ꝙ locus a priuatiue oppoſitis eſt habi-
tudo priuatōis ad habituz ⁊ econtra.
Et tenet affirmatiue ſic. ſor. eſt vidēs g̊
non eſt cecus. Maxima. poſito habitu
in ſubiecto remouetur priuatio eius ab
eo. eo ꝙ vnū illorū iportat ſemꝑ deſtru
ctōnez alterius ⁊ remotiōez. Et tenet ne
gatiue poſita conſtantia ſubiecti detīati
⁊ detīato tempore in quo dz eſſe habitꝰ
vt ſor. eſt: ⁊ non eſt videns. ergo eſt cecꝰ
Maxima. Deſtructo vno priuatiue op-
poſitorum in ſubiecto apto nato et tp̄re
detīato neceſſario poniẗ reliquuz. Sed
non ſequiẗ antixp̄us non eſt videns: er
go eſt cecus. qꝛ non poniẗ conſtātia ſub
iecti. nec ſequiẗ: lapis eſt ⁊ nō eſt vidēs
ergo eſt cecus qꝛ non arguitur reſpectu
ſubiecti detīati: quod aptuz natuz ſit ad
ſuſcipienduz habitū vel priuatōem. nec

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſequiť puer nouiter natus eſt et non hꝫ dentes ğ eſt edētulus. qꝛ ibi non poniť tempus deťiatuꝫ ipſius hitus. que tam̄ conditōes requirunť ad debite arguenduꝫ negatīe per locū a priuatīe oppoſitiſ

Sed cōtra predicta arǵ p̄mo ſic. aliquod animal eſt medio mō ſe hn̄s inter ſanū ⁊ egrum. qđ diciť corpꝰ neutꝝ ergo inter ſanuꝫ ⁊ egrū eſt corpus mediū per ꝑticipationeꝫ. ğ male diciť ꝙ cōtraria inmediata ſunt ſanum ⁊ egrū Secūdo ſic. poſito ſcuto ꝑ media ꝑte albo. ⁊ pro media ꝑte nigro: non ſeq̄tur hoc ſcutuꝫ eſt album ergo non eſt nigrum quia ſimul eſt album, et nigrum. ergo locus a cōtrarijs non tenet affirīatiue. Tercio ſic. non ſeq̄tur. hoc lignū eſt et nō eſt egrum ğ eſt ſanum: ⁊ tam̄ eſt ſubiectum deťiatum: cum ſit vnum ens in numero ergo locꝰ a cōtrarijs īmediatis nō tenet negatīe. Quarto ſic. nō ſequitur hō mouetur: ğ non quieſcit. qꝛ hō motus in naui moueť ⁊ quieſcit ⁊ tm̄ ibi arguitur a priuatīe oppoſitis affirīatiue ergo ille locus non tꝫ cōſtructiue. Quinto ſic. non ſeq̄tur dormiēs eſt nō videns ergo eſt cecus: dato ꝙ ponanť oēs conditiones ꝑus poſite. ergo locꝰ a ꝑuatiue oppoſitis non tꝫ negatiue: poſitis illis circunſtātijs. Ad primuꝫ iſtoꝝ. dř ꝙ ſi conſiderenť ſanū ⁊ egruꝫ q̄ꝑtuꝫ ad diſpoſitiōes precedētes ſanitatē ⁊ egritudinē vel q̄ꝑtum ad oꝑationes ſeq̄ntes ſic īter ſimpliciter ſanū ⁊ ſimpliciter egrū datur mediuꝫ qđ diciť neutrū ſed illud nō eſt eiuſdem generis ꝓprij cuꝫ extremis ſed ſi conſiderenť ſanuꝫ ⁊ egruꝫ formaliter vt ſanū dicit adeq̄tioneꝫ humoꝝ ⁊ egꝝ inadeq̄tiōem inter ipſa non eſt mediū q̄ꝛ inter eq̄le et in equale non pōt dari medium iō ſunt cōtraria inmediata.

Ad ſecundū diciť ꝙ ſcutū pro media ꝑte album ⁊ ꝑ media parte nigrum: nec eſt ſimpl'r album nec ſimpliciter nigrum. qꝛ nō eſt vnū coloratum ī eſſe colorati. iō añs argumenti eſt falſuꝫ ſicut ⁊ cōſequēs. Ad terciuꝫ dř ꝙ ibi non arguitur reſpectu ſubiecti deťiati. qꝛ lꝫ hoc lignuꝫ ſit ſubiectum deťiatum in numero: tm̄ non eſt ſubiectuꝫ deťiatū illoꝝ contrarioruꝫ. ſ. ſani ⁊ egri. Ad quartuꝫ dř ꝙ licꝫ hō motus in naui moueať ſm̄ motuꝫ alterius ⁊ per accidens: non tm̄ moueť motu ꝓprio ⁊ ꝑ ſe ſꝫ quantū ad motuꝫ propriū quieſcit ⁊ eo mō quo moueť motu alterꝰ non quieſcit quiete oppoſita motui alterius. Ad quituꝫ dř ꝙ ſi capiať non videns vt negat actuꝫ videndi ſic dormiēs eſt non videns. ſꝫ ſic videns non opponitur priuatīe ceco. ſꝫ ſi capiať vt negat habituꝫ viſus vt oppoŋť ceco ſic dormiens nō eſt non videns: qꝛ hꝫ habitū potentie viſiue. ideo antecedens eſt falſum ſicut ⁊ conſequens.

Contradictio eſt oppoſitio

Poſtq̄ꝫ autor ſuꝑius deťiauit đ locis a contrarijs ⁊ priuatiuis. hic conſequenter. deťiat de locis a contradictorijs ⁊ cōſequenter de locis a diſperatis. ⁊ ad cognoſcenduꝫ locuꝫ a contradictorijs primo ſic diffinit contradictōeꝫ dicens ꝙ. Contradictio eſt oppoſitio cuius ſm̄ ſe nō eſt dare mediū. ⁊ rō eſt qꝛ cōtradictio eſt oppoſitio cōtradictorioꝝ: ſed in contradictorijs vnum eſt ens ⁊ aliud ſimpl'r non ens. qꝛ vnuꝫ īportat ſimpliciter negatōeꝫ alterius: vt hō ⁊ non hō. ſed inter ens ⁊ non ens non poteſt dari mediuꝫ. qꝛ omne qđ eſt. vel apprehendiť vl' eſt ens vel aliud ab ente. iō in contradictōe non pōt dari mediuꝫ. ⁊ hoc conuenit ſibi ſm̄ ſe inquantū eſt prima oppoſitōm ⁊ non participatōe ab aliqua oppoſitōne priori. ideo per hoc ipſa differt ab alijs.

Primo ſciendum ꝙ duplex eſt contradictio quedam eſt cōtradictio propoſitionuꝫ. et de ꝓpōibus contradictorijs ſatis deťiatuꝫ eſt in primo tractatu. Alia eſt cōtradictio ťioꝝ de qua deťiatuꝫ eſt in poſtpredicamentis ⁊ ſunt termini cōtradictorij quoꝝ vnū dicit ſimplicē negationeꝫ alterius vt hō ⁊ nonhomo ſedet ⁊ non ſedet ⁊ ſic de ſilibus. ⁊ ſm̄ vtrāqꝫ cōtradictionē ſumiť locus dialecticꝰ. ⁊ vtriqꝫ cōuenit diffinitio ꝑus poſita. ſꝫ in contradictione ꝓpōnum debꝫ argui reſpectu horuꝫ p̄dicatoꝝ verū et falſuꝫ. in alia aūt ab affirīatione vniꝰ cōtradictoriorum ab negatōe alteriꝰ de aliq̄ ſubiecto vl' ecōtra

Secūdo ſciendū ꝙ locꝰ a cōtradictorijs eſt hitudo vnius cōtradictorioꝝ ad reliquū. Et tꝫ affirīatiue ſic ſorteꝫ currere eſt verū: ergo ſortē non currere eſt falſuꝫ. Maxima. Si vnum cōtradictorioꝝ eſt veruꝫ reliquū eſt falſū. Et in termis contradictorijs ſic. ſor eſt homo ğ ſortes. nō eſt nonhō. Maxīa. poīto vno cōtradictorioꝝ ī aliquo ſubō: neceſſario rēouetur reliquū. quia vnū importat ſimplicē negatōeꝫ alteriꝰ. iō nō pn̄t de eodē verificari. Et tꝫ negatīe iſte locꝰ forīando argumēta ⁊ maxīas per oppoſitū ad p̄cedentes. Et non ſoluꝫ valꝫ iſte locꝰ in ſimplici cōſeq̄ntia ſed etiā velet ī conſeq̄ntia econtrario. que eſt qn̄ in aliq̄ conſequētia ex añcedente ſequiť cōſeq̄ns et ex oppōito conſeq̄ntis inferť oppoītum añcedentis. vt hic ſi hō eſt: aīal eſt ergo ſi nō eſt aīal non eſt hō. Sed ſecundū iſtuꝫ locū non valet conſeq̄ntia ī ipſo. q̄ eſt q̄ndo in aliqua cōſequentia ex oppoſito añcedentis inferť oppoſitū conſeq̄ntis ſꝫ iſta conſeq̄ntia ſoluꝫ tꝫ in alijs oppoſitis a cōtradictorijs: vt bene ſeq̄tur ſi iuſticia eſt v̄tus eſt. ergo ſi iniuſticia eſt viciū eſt. Tercio. ſciendū ꝙ diſparata ſunt illa q̄ de ſe inuiceꝫ non pn̄t verificari vt hō ⁊ aſinus ⁊ dicūtur diſparata de dis qđ eſt diuiſuꝫ ⁊ ſeparatꝰ. ta. tum: q̄ſi diuerſa entia ad inuicē ſeparata: rōe cuius non pn̄t de ſe inuiceꝫ uerificari: qꝛ in vera p̄dicatōe req̄ritur predicatū ineſſe ſubiecto: ⁊ oīa generaliter ea mō quo non pn̄t verificari de ſe inuicē dicuntur diſperata: ⁊ ſi aliqua vno mō verificentur et alio mō non: vt quātitas ⁊ qualitas in concreto de ſe inuiceꝫ varificanť. vt dicēdo quale eſt q̄ntuꝫ ⁊ in abſtracto non verificanť ſꝫ ſolū ſunt diſparata eo mō quo de ſe inuiceꝫ non verificanť. ſ. in abſtracto: ⁊ non ſunt diſparata in cōcreto. qꝛ nō ſunt hoc mō ſeparata ſm̄ predicatōeꝫ. Quarto ſciënduꝫ ꝙ locꝰ a diſparatis eſt habitudo minꝰ diſperatoꝝ ad reliquū. Et tꝫ affirmatiue ſic. ſortes eſt hō ergo ſortes non eſt aſinus. Maxima. Cuicūqꝫ conuenit vnū diſparatoꝝ ab eodeꝫ remoueť reliquuꝫ. Cuius rō eſt. qꝛ diſparata nō poſſunt de ſe inuiceꝫ verificari. iō non pn̄t de eodē tercio vere predicari. qꝛ ſi vere predicareť de aliquo tercio poſſent aliquo mō de ſe inuiceꝫ p̄dicari. ſꝫ non tꝫ iſte locꝰ negatiue: qꝛ nō ſequiť ſortes nō eſt aſinus ğ eſt equus. Sꝫ contra p̄dicta: arguiť primo ſic. inter eſſe ⁊ non eſſe que ſunt cōtradictoria eſt contradictio media ⁊ etiaꝫ relatio illoꝝ extremoꝝ. ğ inter contradictoria pōt dari medium ⁊ ſic male dř ꝙ in contradictōe nō eſt daŕ mediū. Secūdo ſic non ſequiť pluuiaꝫ eſſe cras nō eſt veꝝ ğ pluuiam cras non ēe eſt falſuꝫ qꝛ nullū illoꝝ cras pluet ⁊ cras non pluet eſt veꝝ vel falſum ğ locus a cōtradictorijs non tꝫ negatīe. arguēdo in propoſitōibus cōtradictorijs.

Tercio ſic non ſequiť hō eſt aīal ergo hō non eſt aīal. ⁊ tm̄ ibi arguiť in terminis cōtradictorijs. ğ iſte locus non tꝫ affirmatīe in ťis cōtradictorijs. Quarto ſic oīa oppoſita continenť ſub aliquo gn̄e oppoſitōis. ſꝫ nihil eſt in gn̄e quin ſit in aliqua eius ſpē. ſꝫ diſpata ſunt oppoſita. ğ continenť ſub alijs oppoſitis et ſic male hic ſeparanť ab alijs. Quinto ſic non ſequiť hō eſt pater ğ non eſt dominus. ⁊ tm̄ ibi arguiť a diſparatis affi-

matie. qꝛ pr̄ ⁊ dn̄s ſunt ſpēs relatōis ab
inuiceʒ ſeparate ꝰ ille locꝰ non tʒ affira
tiue. Ad primū iſtoꝝ dr̄. ꝙ lʒ inter eſſe
et non eſſe ⁊ inter alia cōtradictoria ſit
mediū ſm rōeʒ vt eſt cōtradicto vl' rela
tio medians: tn̄ inter ipſa nulluʒ eſt me
dium ſm rem. ⁊ de q̄ non verificet̄ vnū
extremorū. Ad ſecunduʒ dicitur ꝙ
eodem mō quo ponitur non eſſe veruʒ
cras pluuiam eſſe: eo modo ſeq̄tur cras
pluuiam non eſſe non eſſe verum quia
nullum illoꝝ eſt determiate veruʒ eo ꝙ
ſunt de futuro contingēti ſed ſi vnū po-
natur falſum detiate aliud pōt poni ve
ruʒ determinate ⁊ ſic ibi pōt valere locꝰ
a cōtradictorijs. Ad terciū dicit̄: ꝙ
ibi termini cōtradictorij ſubiciunt̄. ⁊ ar-
guendo ꝑ iſtum locū debēt ſemꝑ predi
cari. ideo ibi non debite arguit̄ per locū
a cōtradictorijs. Ad quartū dicit̄ ꝙ
licet diſparata v̄tualiter includant aliq̄ʒ
oppoſitionē eo ꝙ ſunt diuiſa. et omnis
diuiſio ⁊ diſtinctio ſm boeciū in oppo-
ſitione fundat̄: tamē non ſunt oppoſita
fo꞉aliter quantū ad ſuas ꝓ̄pas fo꞉as. iō
aliter ſumit̄ locꝰ ab ipſis q̄ꝫ ab alijs op-
poſitis. Ad quintū dicitur ꝙ lʒ dn̄s
⁊ pater in abſtracto et ſcd̄m ſuas eſſen
tias ſint ſpēs ſeparate. tamē i cōcreto et
ſecūduʒ eſſe in ſubiecto non ſunt adinui
cem diſparata. qꝛ illo modo nō ſemper
inter ſe ſeparantur.

Maius eſt quod alteri.

m Poſtq̄ꝫ autoꝛ determinauit de
locis ab oppoſitis. hic conſeq̄n
ter determinat de locis a maioꝛi. a mi-
noꝛi. a ſimili ⁊ a propoꝛtōne. qui habēt
inter ſe conuenientiaʒ. ⁊ ad cognoſcen-
duʒ locū a maioꝛi ⁊ a mioꝛi primo expli
cat quid ſit maius ⁊ minus. vnde maiꝰ
poteſt capi dupliciter. vno mō proprie
pro illo quod ſupponitur alteri in potē
tia vel virtute quantuʒ ad aliquā ope-
rationeʒ vt rex ſupponitur militi ⁊ econ
tra. Minꝰ eſt quod ſuppo nit̄ alteri in po
tētia vel virtute quantuʒ ad aliquaʒ ope
rationem vt comes regi. Alio mō dicitur
maius quod excedit alteꝝ in potentia et
virtute quantuʒ ad verificatōeʒ locutōis
eo ꝙ hʒ maioꝛē hitudineʒ ad aliud extre
mum propoſitionis quod maius ſibi vi
detur conuenire q̄ꝫ alteri. E econtra. Mi
nus eſt quod ſupponitur alteri in poten-
tia ⁊ virtute quantuʒ ad verificatōeʒ lo-
cutōis eo ꝙ minus videtur conuenire cū
altero extremo propoſitionis q̄ꝫ ipſuʒ ma
ius. ſicut miles minus conuenit cum illo
accidente debellare caſtrum q̄ꝫ rex. ⁊ hoc
vltimo mō ſumuntur hic maius ⁊ minus

Primo ſciendum eſt ꝙ locus a maio-
re eſt habitudo maioꝛis ad minus. Et tʒ
negatiue tantuʒ et non affirmatiue. vt rex
non poteſt debellare ciuitates. ergo nec
miles. Maxima. Si illud magis videtur
ineſſe non ineſt: nec illud quod minus.
Et econtra. locus a minoꝛi eſt habitudo
ipſius ad maius. Et tʒ affirmatiue tantuʒ
⁊ non negatiue: vt comes poteſt vincere
ciuitatem ergo ⁊ rex. Maxima. Si illud
quod minus videtur ineſſe ineſt: ⁊ illud
quod magis. Et in iſto loco poteſt argui
tripliciter. vno mō comparando duo ſub
iecta ad vnum predicatuʒ vt in exemplo
dato. Secundo mō comparando vnum
ſubiectuʒ ad duo predicata. vt rex poteſt
debellare ciuitateʒ: ergo poteſt debellare
caſtruʒ. Tercio mō comparando duo ſub
iecta ad duo predicata. vt miles poteſt d̄
bellara ciuitatem ergo rex poteſt debella
re caſtrum. Et ſimiliter variantut argumē
ta tripliciter in locis a maioꝛi: a ſimili: et
a propoꝛtione. Secundo ſcienduʒ eſt
ꝙ ſimilitudo eſt rerum differentiuʒ eadeʒ
qualitas: ⁊ non ſufficit ad ſimilitudinem
eadem qualitas in genere. qꝛ ſic album ⁊
nigrum eſſent ſimilia. nec requiritur cadē
qualitas in numero: quia res differentes
in numero ſemper habent diuerſas qua-
litates in numero: qꝛ accidens variat̄ ſm
numerum ſui ſubiecti: ſed requirit̄ eadeʒ
qualitas i ſpē. ſicut duo alba dicunt̄ ſilia.
Et non capitur hic ſilitudo proprie ſoluʒ
ꝓ ſilitudine accidētali: q̄ eſt rerū drn̄tium
vna q̄litas accidētalis. ſʒ capitur gn̄aliter
tā pro ſilitudine accn̄tali q̄ꝫ eſſētiali vnde
ex diffinitiōe predicta pʒ ꝙ vbicunqꝫ eſt
ſilitudo ibi eſt diſſimilitudo. q̄a ſilitudo
eſt rerum drn̄tiuʒ. ⁊ res differētes ſemper
habent diſſilitudineʒ in ter ſe. Tercio
ſcienduʒ ꝙ locus a ſimili eſt hitudo vniꝰ
ſimiliū ad reliquuʒ. Et tenet affiꝛatiue ⁊
negatiue. Affiꝛatiue ſic. ſicut aīal ineſt
homini: ſiliter ineſt eq̄. ſed ieſt hōi vt ge
nus ꝰ ineſt equo vt genus. Maxima de
ſimilibꝰ ſimile eſt iudiciū et rō eſt. quia
quicq̄d cōuenit vni ſimilium inq̄ꝫtum eſt
ſimile: etiā conuenit alteri. qꝛ ſi non ſibi
cōueniret in hoc eſſet diſſilitudo. ⁊ ꝑ iſtū
locum dʒ argui ſꝑ a ſimilibꝰ inq̄ꝫtuʒ ſilia
ſunt ⁊ non inq̄ꝫtuʒ diſſimilia. ⁊ negatīe ſic
tenet ſoꝛ. non eſt hinibilis ꝰ plato nō eſt
hinnibilis. maxima quicq̄d remouet̄ ab
vno ſimiliū inq̄ꝫtum ſunt ſimilia ⁊ a reliq̄

Quarto ſciendū ꝙ ꝓpoꝛtio eſt rerum
differentiū alicuius eadeʒ compatio vel
habitudo: ſicut cōparatio duoꝝ ad qua-
tuoꝛ ⁊ trium ad ſex eſt ſilis compatio q̄a
vtrobiqꝫ cōparat̄ medietas ad ſuuʒ totū
⁊ locus a ꝓpoꝛtōe eſt hitudo vnius pro-
poꝛtionabiliū ad reliquuʒ. ⁊ tʒ affiꝛatiue
ſic: ſicut ſe hēnt q̄tuor ad duo ita ſex ad
tria ſed q̄tuor ſunt dupla duoꝝ ergo ſex
ſunt dupla triū. maxīa de ꝓpoꝛtiōabilibꝰ
idem eſt iudiciū. ⁊ tenet negatīe ſic: ſicut
ſe hēnt duo ad tria ita q̄tuor ad ſex ſed
duo non ſunt dupla trium: ꝰ q̄tuoꝛ non
ſunt dupla ad ſex. ⁊ per iſtū locuʒ pōt ar-
gui a trāſmutata ꝓpoꝛtione hoc mō ſicut
ſe habent duo ad q̄tuor ita tria ſe habent
ad ſex: ꝰ tranſmutādo ꝓpoꝛtioneʒ ſicut ſe
habent duo ad tria ita q̄tuor ad ſex. ſed
duo excedunt medietatē triuʒ ꝰ q̄tuor eſt
plus q̄ꝫ medietas ſenarij. Sed con
tra predicta arguitur primo ſic. deus nō
poteſt peccare. ergo homo non poteſt
peccare ⁊ tamen ibi arguitur per locum
a maioꝛi negatiue ergo ille locus non tʒ
negatiue. Secundo ſic. non ſequitur
ſoꝛtes poteſt poꝛtare deceʒ libꝛas. ergo
poteſt poꝛtare centum vel poteſt trahe
re paruam nauem ergo ⁊ magnam ⁊ tn̄
ibi arguitur a minoꝛi ad maius affirma
tiue ergo ille locꝰ non tenet affirmatiue

Tercio ſic ſimilitudo non eſt q̄
litas ſed relatio ergo non eſt rerum dif
ferentium eadem qualitas. Quarto
ſic non ſequitur ſicut oculus eſt in coꝛ-
poꝛe ita intellectus in anima: ſed oculꝰ
eſt pars integralis coꝛpoꝛis: ergo intel-
lectus eſt pars integralis anīe: et tamē
ibi arguitur per locum a ſimili affirmati
ue ergo iſte locus non tenet affirmatīe.

Quinto ſic non ſequitur ſicut ſe ha-
bet ſonus ad audituʒ ita coloꝛ ad viſuʒ
ſed ſonus ab auditu percipitur in tene
bꝛis: ꝰ coloꝛ a viſu percipit̄ in tenebꝛis
⁊ tamen ibi arguitur per locuʒ a propoꝛ
tione affirmatiue ergo ille locus nō va
let affirmatiue. Ad primum dicitur
ꝙ ibi non arguitur a maioꝛi negatiue.
quia licet deus excedat hominem quā
tum ad virtutem operandi non tamen
excedit ipſum quantum ad conuenien-
tiam ⁊ habitudinem illo extremo locu-
tionis quod eſt peccare. ideo non eſt
maius in v̄tute q̄ntuʒ ad verificatōem
locutōis reſpectu illiꝰ extremi. quia non
ſibi magis videt̄ ineſſe q̄ꝫ homini. qꝛ
ſibi nullo modo conuenit. Ad ſecun
duʒ dicitur ſimiliter ꝙ ibi non arguitur
a minoꝛi. quia nō arguitur ab illo quod
minus videtur ineſſ. vel quod habet
minoꝛem apparentiam veritatis

Ad tercium dicitur ꝙ licet ſimilitu
do non ſit foꝛmaliter qualitas tamen di
citur qualitas materialiter: quia quali-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

tas eſt materiale fundamentum eius et
vnitas ſpecifica qualitatis eſt eius proxi
mum fundamentum. Ad quartum
dicitur ꝙ ibi non arguitur a ſimilibus
inꝙtum ſilia ſunt:ideo non aꝛ per locuз
a ſimili in hoc eniз cōueniunt ocul⁹ ꝛ in
tellectus qꝛ vterqꝫ diciꝛ pars:ſed in hoc
drn̄t ꝛ habent diſſilitudiem:quia ocul⁹
eſt pars ꝙtitatiua ꝛ itegralis: intellect⁹
vero pars poteſtatia :vnde non ſeqtur
habēt ſimilitudineз in aliq̄ ergo habent
ſilitudineз in iſto niſi arguaꝛ ſēper ma-
nēdo in rōe ſimilitudinis. Ad quin
tum diciꝛ ꝙ ibi nō arguitur a ꝓportiōa-
bilibus inꝙtuз habēt ꝓportionē.ſed in
ꝙtum hn̄t diſꝓportiōem qꝛ color ꝛ ſo-
nus in hoc hn̄t proportōem ꝙ vterqꝫ
eſt obiectū vnius ſēſus:ſed hn̄t diſpro
portioneз ꝛ diſſilitudiem in mō quo ſē-
tiūtur ab ipſis ſenſib⁹:qꝛ color non diffū
ditur ad viſiū niſi per mediū illumia-
tum. Sonus vero diffūditur ſine lumi
ne per mediū quod pōt faciliter moue-
ri ꝛ ratefieri ſicut per aerē vel per ignē.

Ranſumptio eſt duplex.

t Poſtꝙ autor prius detiauit
de locis a maiori a miori a ſili
et a ꝓportione. hic cōſequēter detiat de
locis a tranſūptione ꝛ ab autoritate. ꝛ ꝓ
cognitōe loci a tranſumptōe. hic autor ṗ
mo diuidit tranſumptionē dicens ꝙ du
plex eſt trāſumptio. vna eſt qñ dictō vl
oratio prope vnuз ſignificās tranſumiꝛ
ad ſignificandū aliud propter aliquam
ſimilitudinē in ipſis repertā vt ridere ꝓ
prie ſignificat actuз oris ꝛ trāſumiꝛ per
q̄ndaз ſimilitudiē ad ſignificandū flo-
ritionē prati qꝛ vtrobiqꝫ eſt ſilitudo le-
ticie. Alia eſt qñ res ſignificata ſub no-
mine min⁹ noto iteꝝ ſumitur ſub nomie
magis noto vt ſi ponaꝛ ſapiēs pro phi-
loſopho:ꝛ drn̄t iſte due trāſunptiones
qꝛ in pria ſumiꝛ vna vox pro diuerſis
rebus in ſecunda vero ſumūtur diuerſe
voces pro vna re tm̄:ꝛ a pria tranſumpti
one ſumiꝛ locus ſophiſticus ꝛ a ſecunda
dialeticus. ꝗ iō de ſecunda eſt ſoluз hic ad
propoſituз. Ubi primo ſcienduз ꝙ lo-
cus a tranſumptōe eſt hitudo vnius no-
minis magis noti ad aliud nomē minus
notuз:ꝛ tз quatuor mōis primo ſubciēdo
nomen magꝭ notuз affirmatiē vt ſapiens
currit ergo philoſoph⁹ currit. maxima q̄c
quid conuenit alicui ſub noīe magꝭ noto
ſibi cōuenit ſub noīe minus noto. Cuius
rō eſt qꝛ nomē magꝭ notuз ꝛ min⁹ notum
in tranſumptione dicunt idem realiter et
conuertibiliter. iō quicquid verificaꝛ de
de vno etiā verificaꝛ ꝺ alio:ꝛ de quecūqꝫ
p̄dicaꝛ vnū ſiue affirmatiue ſiue negatiue
etiaз ꝛ reliquuз. Secundo mō tenet pre-
dicando affirmatiē. Tercio ſubiciēdo ne-
gatiue. quarto predicando negatiue. Et
poſſunt formari argumēta ꝛ maxime vt ṗ
us dictuз eſt Secundo ſcienduз ꝙ ſm
aliquos locus a tranſumptione poniꝛ lo
cus intrinſecus. Cuius ratio eſt. qꝛ nomē
maius notuз ꝛ nomē minus notuз in trā
ſumptione dicūt ideз realiter conuertibi-
liter ꝛ propter illaз vnitateз ꝛ idemptateз
rei ſignificate valet conſequētia ab vno
ad reliquuз. iō terius inferēs in iſto loco
rōne conuenientie ꝛ non rōe diſconueni
entie habet virtuteз inferendi terminum
illatuз. Sзſm boetiuз ꝛ petruз hiſpanuз
hic ponitur locus extrinſecus. qꝛ licet in
tranſumptione nomen magis notuз ꝛ no
men minus notuз eandeз reз importent
tamē ſumiꝛ probabilitas ex parte nomis
magis noti inquantum eſt magis notum
ꝛ ꝙ ſit magis notuз alio non eſt ex parte
rei ſignificate. ſed ex parte modi. iō termi
nus inferens ſm ꝙ ab eo ſumiꝛ virt⁹ pro
batiua eſt extrinſec⁹ termino illato. quia
terminus inferens vt eſt magis notus ꝙ
terminus illatus ſub tali rōe differt ab ip
ſo. et ſibi eſt extrinſecus. et vtraqꝫ opinio
ſatis videtur probabilis. Terio ſcien-
dum:ꝙ auctoritas eſt iudiciuз ſiue dictū
ſapientis in ſua ſcientia experti. vt cum
aſtronomus iudicat ſolem eſſe maiorem
tota terra. hec propoſitio ſic iudicata vel
dicta ab aſtronomo diciꝛ auctoritas ei⁹.
ſic ꝙ eſſe dictū vel iudicatū a tali ſapien
te: qꝺ relinqtur in tali ꝓpoſitōe eſt for-
male auctoritatis. vnꝺ ꝓpter excellentiā
ſapientie vel cognitiōis alicuius ſapine-
tis ꝓpoſitio ab eo dicta vel ꝓbata accipit
quādaз euidentiā veritatis ſue ratione
cuius magis crediꝛ ab alijs ꝙ ſi nō eſſet
dicta a tali ſapiēte. Et talis credulitas vl
apparentia veritatis in propōe nominat
auctoritatē. Dupliciter tamē acciptur
auctoritas. Uno mō pro excellētia ſciētie
aut cognitiōis ſapientis. Alio mō pro ex
cellētia apparentie veritatis quaз ſumit
propoſitō ꝓ hoc ꝙ dicitur vel iudicatur
eſſe vera a ſapiēte. et hoc vltio mō ſumiꝛ
hic auctoritas. Quarto ſciendum ꝙ
locus ab auctoritate eſt hitudo ipſi⁹ auc
toritatis ad ꝓpoſitōeз cui conuēit aucto-
ritas. Et tenet affirꝛatiue tm̄: vt aſtrono-
mus dicit ſoleз eſſe maiorē tota terra er-
go ſol eſt maior tota terra. Maxia: Cui
libet experto in ſua ſciētia credenduз eſt.
Cuius rō eſt qꝛ ſi ſapiens dicat aliꝙ pro
pōem inquantū ſapiēs eſt expert⁹ in ſua
ſcientia: tūc oportet illā propōeз eſſe ve-
ram qꝛ ſi diceret aliquaз propōem falſaз
in hoc. non eſſet ſapiens vel expertus.
Sed non tз iſte locus negatiē qꝛ non ſe-
quitur. Ariſtotiles nō dixit eſſe decē or-
bes celeſtes. g̊ nō ſūt ponēdi decē orbes.

Sed cōtra p̄dicta arguitur primo ſic
ab vnitate ſignificati ſūitur vnitas ſigni:
ergo vni⁹ rei ſignificate nō ſunt multa ſig
na: ergo in tranſūptiōe non ſunt plura no
mina eiuſdē rei:ꝛ ſic male poniꝛ ſecūdus
mod⁹ tranſūptionis. Secūdo ſic nō
ſequitur hō eſt animal ergo humanitas
eſt anial et tam̄ ibi arguiꝛ a tranſumptōe
quia hō et hūatas idem ſignificat et hō
eſt nomen magis notū. ergo locus a trā
ſumptione non tenet affirmatiē. Ter
cio ſic propoſitio non capit veritatē ab
hoie dicente vel iudicante ipſaз eſſe ve
raз qꝛ propter noſtruз affirmare vel ne-
gare nihil mutaꝛ in re: ergo propter auc
toritateз dicentis non datur veritas pro
poſitōnis: ergo a tali auctoritate non ſu
mitur locus dialeticus. Quarto ſic
non ſequiꝛ philoſophus dicit mundum
eſſe eternuз ꝛ nunꝙ incepiſſe: ergo mun
dus non incepit: ergo locus ab auctori-
tate non tenet affirmatiē. Quinto ſic
bene ſequitur ariſtotiles dicit tp̄us non
fuiſſe ante motuз: ergo tempus non pre
ceſſit motuз. ꝛ tamen ibi arguiꝛ ab auc-
torite negatiue. ergo ille locus tenet ne-
gatiue. Ad primuз iſtoruз dicitur ꝙ
lз ab vnitate ſignificati ſumatur vnitas
in ſpē ipſius ſigni. non tamen numeral
vnitas. iō vnius ſignati poſſunt ēe plu-
ra ſigna in numero lз non in ſpē. iō vni⁹
rei poſſunt eſſe plura noīa ſignificatiua

Ad ſecunduз diciꝛ ꝙ lз homo ꝛ hu-
manitas ſignificent idem ſm eſſentiam
non tamen ſub eodem mō eſſendi quia
humanitas ſignificat eſſentiam homis
abſtractiue ꝛ non per reſpectum ad ſup
poſita. iō inter ipſa duo nomina nō eſt
tranſumptio. qꝛ in tranſumptione opor
tet ꝙ duo nomina habeant idem ſigni-
ficatum ſub eodem eſſe. quare ibi nō ar
guitur per iſtum locum. Ad terciuз
dicitur ꝙ licз oratio dicta a ſapiente nō
capiat ab eo veritatem. tamen capit ab
eo apparentiā ꝛ cōfirmationem ſue veri
tatis et ratione cuius apparentie efficiꝛ
probabilis ꝛ apparens vera alijs homi
nibus. quare ab ipſa ſumitur locus dia-
leticus. Ad quartum dicitur ꝙ ibi nō
arguitur ab auctoritate. quia hoc ariſto
tiles non dicit inquantum fuit expertus
in ſua ſcientia. nec in hoc tenetur. ideo
non arguitur affirmatiue per locum ab

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

auctoritate. Ad quintum dicitur ꝙ ibi non arguitur per iſtum locum: quia hoc verbuꝫ dicit importat ibi auctoritatē et ad hoc ꝙ negeť auctoritas oportet negare ipſum verbum ad arguendum negatiue per locum ab auctoritate quod tamē non fit in illo argumento: ſed ibi arguitur affirmatiue ⁊ eſt bona conſequentia.

Equitur de locis mediis.

Poſtquam auctor determinauit de locis intrinſecis et extrinſecis. hic conſequenter determinat de locis mediis. Cuius ordinis ratio eſt quia medium per particicipationem preſupponit cognitionem ſuorum extremorum quia ſine illis faciliter cognoſci non poteſt: ſed locus medius eſt medium per participationem reſpectu loci intrinſeci ⁊ extrinſeci: ideo conuenienter poſt determinationem de locis intrinſecis ⁊ extrinſecis auctor hic determinat de locis mediis. Et p̄ſuppoſita diffinitione loci medij prius poſita auctor hic diuidit locum medium: q̄r alius eſt a coniugatis. alius a caſibus. et alius a diuiſione: inter quos primo determinat de loco a coniugatis. Ubi primo ſciendum eſt ꝙ coniugata ſunt concretum ⁊ abſtractum eius: vt iuſticia ⁊ iuſtuꝫ Et dicuntur coniugata quaſi ſub vno iugo ſignificationis poſita: quia concretum ⁊ abſtractum conueniunt in re ſignificata eo ꝙ eandem formam important vt albedo ⁊ album: ſed differunt in modo ſignificandi quia abſtractum ſignificat illam formam ſine cadentia ad ſubiectum ⁊ cuꝫ preſciſione ſubiecti. concretum vero ſignificat eam cum cadentia et inherentia ad ſuum ſubiectum ⁊ de iſtis ſatis dictuꝫ eſt circa diffinitionem denominatiuorum.

Secundo ſciendum ꝙ locus a coniugatis eſt habitudo vnius coniugatorum ad reliquum: et tenet affirmatiue ſic iuſticia eſt virtus: ergo iuſtus eſt virtuoſus Maxima. ſi abſtractū predicetur de abſtracto et concretum de concreto. Cuius ratio eſt quia concreta realiter idem ſignificant cum abſtractis: ideo ſi vnuꝫ abſtractum verificetur de alio: oportet etiam concretum eius verificari de concreto alterius. non tm̄ pōt in iſtis argui reſpectu eiuſdem predicati: quia abſtractum ⁊ concretum partim conueniunt ⁊ partim differunt ideo non oportet ideꝫ predicatum ſub eodem modo ſignificandi de vtroq̄ꝫ verificari: vt non ſequitur iuſticia eſt virtꝰ: ergo iuſtuꝫ eſt virtꝰ Et tenet etiam iſte locus negatiue ſic iniuſticia non eſt virtus: ergo iniuſtus nō eſt virtuoſus. Maxima: ſi abſtractum negetur de abſtracto et concretum negatur de concreto. Tercio ſciënduꝫ ꝙ caſus dicuntur adiectiuum nominis cū ſuo aduerbio vt iuſtuꝫ et iuſte: et dicuntur caſus a cado cadis quia ambo ſimľ cadunt a principali ſcilicet ab abſtracto vt iuſtus et iuſte a iuſticia: ⁊ licet in coniugatis vnum cadat ab alio non tamen ambo cadunt ab vno tercio ſicut in caſibus. et licet etiam adiectiuum et ſuum aduerbium poſſent dici coniugata: quātuꝫ ad id a quo ſumitur nomen ſiue q̄ntum ad rationem impoſitionis nominis: quia ſunt ſub vno iugo ſignificationis poſita: tamen quantuꝫ ad id cui nomen imponitur ſeu attribuitur nō dicuntur coniugata ſed magis proprie caſus nominantur. Quarto ſciendum ꝙ locus a caſibus eſt habitudo vnius caſuum ad reliquum. et tenet affirmatiue ſic. Juſtus eſt virtuoſus: ergo quod iuſte fit virtuoſe fit. Maxima. ſi concretum affirmetur de concreto: et aduerbiuꝫ de aduerbio. Negatiue ſic fortis nō eſt debilis: ergo quod fortiter fit nō debiliter fit. Maxima. ſi concretum negetur de concreto: ⁊ aduerbiū de aduerbio eo ꝙ concretuꝫ ⁊ aduerbiuꝫ ideꝫ ſignificant lꝫ diuerſimode. Et vocatur iſte locus a caſibus in plurali quia arguendo per iſtuꝫ locū ponuntur plures caſus tā in antecedente q̄ꝫ in cōſequente vt priꝰ patuit. ⁊ etiaꝫ ſimiliter eſt de loco a coniugatis. Sꝫ contra predicta arguiť p̄mo ſic abſtractuꝫ eſt cā formalis concreti: ergo arguendo a coniugatis eſt locꝰ a cauſa formali ⁊ intrinſecus: ⁊ per conſequens locus a cōiugatis nō eſt locus medius. Secundo ſic non ſequiť hō eſt aīal: ergo humanitas eſt animalitas cuꝫ antecedēs ſit veruꝫ ⁊ conſequēs falſuꝫ: ergo locus a coniugatis non tenet affirmatiue. Tercio ſic non ſequitur cecitas eſt inſēſibilitas: ergo cecꝰ eſt inſenſibilis cum añs ſit veruꝫ ⁊ cōſequēs falſuꝫ: ergo iſte locus non tꝫ affirmatiue.

Quarto ſic no ſequiť q̄ꝫtitas non eſt qualitas. ergo q̄ꝫtum nō eſt q̄le: vel albedo non eſt dulcedo: g̊ albū non eſt dulce: ergo iſte locus non tenet negatiue.

Quinto ſic non ſeq̄tur iuſtus eſt liberalis: g̊ qđ iuſte fit liberaliter fit quia añcedens poteſt eſſe verū conſequente exiſtente falſo: g̊ locus a caſibus non tꝫ affirmatiue. Ad primuꝫ iſtoꝝ dicitur ꝙ ſi conſideretur abſtactum inq̄ꝫtum eſt forma cōcreti tantuꝫ ⁊ ſibi dat eſſe ſic eſt cauſa foꝛ̄alis eius ⁊ facit locū intrinſecum. Sed ſi cōſideretur vt ꝑtiꝫ cōuenit cum eo ⁊ ꝑtim differt ſic facit locuꝫ medium. Ad ſcđm diciť ꝙ duplex eſt abſtractuꝫ quoddā eſt qđ abſtrahitur a ſuis inferioribus vt aīalitas hūanitas ⁊ ſic de aliis. Aliud eſt qđ abſtrahiť a ſuo ſubiecto tm̄ ⁊ non a ſuis inferioribꝰ vt color ⁊ albedo et tale p̄dicatur đ ſuis inferioribꝰ lꝫ non de ſuo ſubiecto: et arguendo ꝑ locuꝫ a cōiugatis ſemꝑ debꝫ argui reſpectu abſtracti qđ abſtrahitur a ſuo ſubiecto tantuꝫ ⁊ non a ſuis inferioribus quia illud non poteſt predicari de ipſis: ideo non debite arguitur homo eſt animal: ergo hūanitas eſt aīalitas. animalitas enim deſignatur cum preſciſione ſubiecti ⁊ ſuorum inferioꝝ ratione cuius non verificatur de humanitate. Ad tercium dicitur ꝙ ſi inſenſibile neget ſenſibilitatem cuiuſlibet ſenſus ſic non ſeq̄tur cecus eſt inſenſibilis: ſꝫ ſi negat tantū ſenſibilitatē ſenſus viſus ſic cecus poteſt dici inſenſibilis ⁊ iſto modo bene valet iſta conſequentia. Ad quartuꝫ diciť ꝙ arguendo per locuꝫ a cōiugatis negatiue a duobus abſtractis oportet illa abſtracta eſſe diuerſa tam ſecundū eſſentiaꝫ q̄ꝫ ſecūdum eſſe: modo q̄ꝫtitas ⁊ qualitas non ſunt diuerſa ſcđm eſſe licet bene ſm̄ eſſentiaꝫ quia cōueniunt in ſubiecto ideo ibi non bñ arguiť ꝑ illuꝫ locuꝫ nec econtra argui poteſt affirmatiue: quantuꝫ eſt quale. ergo q̄ntas eſt qualitas. Ad quintuꝫ dicitur ꝙ locus a caſibus ⁊ etiaꝫ a coniugatis ſoluꝫ tenet in p̄dicatōibus per ſe ⁊ nō in p̄dicationibus ꝑ accidens modo dicendo ſic iuſtus eſt liberalis eſt predicatō per accidens quare ibi non arguitur debite per illum locum.

Diuiſionum.

Poſtq̄ꝫ auctor determinauit de locis a coniugatis et a caſibꝰ hic conſeq̄nter determinat de loco a diuiſiōne: ratiōe cuius primo diſtinguit ſpecies ſeu mōs diuiſionis ipſam diuiſioneꝫ ſic diuidendo dicens ꝙ diuiſionum quedam fit per negationem vt lapis eſt homo vel non homo. Alia vero per affirmationem vt aīaliuꝫ aliud ē ratōale aliud irrationale. Iſte diuiſiōes ſic inter ſe differūt q̄r diō que fit ꝑ negatōeꝫ ſēper fit ꝑ duo mēbra tm̄ ⁊ ꝑ immediata q̄r dať ꝑcōtradictoria

inter que nulluʒ eſt medium. ſed diuiſio
que fit per affirmationeʒ quandoqʒ daꝛ
per duo mēbra tantuʒ: quandoqʒ vero
per plura: neqʒ ſemp fit p oppoſita ſim
pliciter ⁊ proprie lʒ mēbra diuiſionis in
ter ſe includant aliquaʒ oppoſitionem.
nec ſemper fit per īmediata quod patet
dicendo: coloratoruʒ aliud albuʒ: aliud
nigruʒ: aliud medio colore coloratum.

Primo ſcienduʒ ꝙ diuiſio facta per
affirmatōeʒ iteruʒ diuiditur: qꝛ quedaʒ
eſt diuiſio per ſe. alia vero per accidēs
⁊ diuiſio per ſe fit tribus mōis: qꝛ que-
daʒ eſt diuiſio generis in ſuas ſpēs vel
differentias. vt aīalium aliud hō aliud
brutuʒ. vel aīaliuʒ aliud rōale aliud irra
tōale. Secunda eſt totius integralis in
ſuas partes integrales. vt domus alia
pars eſt tectuʒ alia paries ⁊ alia funda-
mentū. Tercia diuiſio eſt vocis multi-
plicis in ſuas ſignificationes vt canis
alius latrabilis alius ſidus celeſte aliꝰ
belua marina. Secundo ſcienduʒ ꝙ
diuiſio per accidens eſt triplex. prima ē
ſubiecti in accidentia vt aīalium aliud
ſanuʒ aliud egruʒ. Secunda eſt diuiſio
accidentis in ſubiecta vt ſanoruʒ aliud
homo aliud brutuʒ. Tercia eſt acciden
tis in accidētia vt ſanoruʒ aliud calidū
aliud frigiduʒ. Et dicunꝛ iſte diuiſiones
per accidens qꝛ mēbra diuidentia non
per ſe diuidunt ipm̄ totuʒ ſʒ habent di
uidere ipm̄ inquantuʒ accidunt ſuis p
tibus per ſe: et licet diuiſio ſubiecti ſm
naturaʒ non ſequaꝛ cauſaliter ex diuiſi
one accidentis: ſʒ magis econtra ex diui
ſione ſubiecti cauſaꝛ diuiſio accidentis
tm̄ quandoqʒ quo ad nos ex diuiſione ⁊
diſtinctione accidentium ſubiecti ſumiꝛ
diuiſio ⁊ diſtinctio partiuʒ totius ideo
ſubiectuʒ poteſt diuidi per ſua acciden-
tia ⁊ accidentia per ſua ſubiecta vel acci
dens per alia accidētia que accidūt ſub
ſuo ſubiecto. Tercio ſcienduʒ ꝙ locꝰ
a diuiſione eſt hitudo vnius diuidentiuʒ
ad reliquū ⁊ in diuiſiōe que fit p duo m̄
bra imediata tm̄ tenet affirmatie ab affir
matōe diuiſi cuʒ poſitiōe vnius mēbroꝝ
ad negatōeʒ alterius. vt ſortes eſt hō vel
non hō: ſʒ ſortes eſt hō: ergo ſortes non ē
non hō. Maxima. poſito vno diuidētiuʒ
imediatoruʒ in aliquo ſubiecto: ab eodeʒ
remoueꝛ reliquuʒ: ⁊ cā eſt qꝛ talia mēbra
ſunt oppōita. Et tʒ etiā negatie a negatōe
vnius ad negatiōeʒ alterius vt ſortes eſt
rōalis vel irratōalis. ſed non eſt irratōna
lis: ergo eſt ratōalis. Maxima. deſtructo
vno mēbroꝝ diuidentiū imediatoꝝ: ne-
ceſſario poniꝛ reliquuʒ. Sʒ in diuiſione
que daꝛ p plura mēbra iſte locꝰ ſemper tʒ
affirmatie ab affirmatōe vnius ad nega
tōeʒ alterius: non ſimpliciter tm̄ tenʒ nega
tiue niſi arguaꝛ a negatōe oīm alioꝝ men
broruʒ diuidentiū ab illo quod oportet p
bari: vt hec pars domus eſt tectuʒ paries
vel fundamentuʒ: ſʒ nō eſt paries vel fun
damentuʒ: g̊ eſt tectuʒ. Quarto ſciendū
ꝙ mēbra diuidētia alicuiꝰ diuiſionis pn̄t
dupliciter conſiderari. vno mō ſm propri
as rōes eoꝝ ⁊ iſto mō ſemp ſunt oppōita
⁊ ſepata ⁊ ſic ab ipſis ſumiꝛ locꝰ extrinſe-
cꝰ. ſ. locꝰ ab oppoſitis vel diſpātis. Alio
mō conſideranꝛ inquātuʒ ptiʒ conueniūt
cuʒ diuiſo ⁊ parti differerūt. ⁊ iſto mō hic
conſideranꝛ ⁊ ſic faciūt locuʒ mediuʒ qui
vocaꝛ a diuiſione. Et qn̄qʒ in argumētis
iſtius loci poniꝛ explicite. diuiſio alicuius
totius: aliqn̄ vero non explicaꝛ ipſa diui-
ſio ſʒ preſupponitur: ⁊ ſemp oportʒ p̄ſup
poneꝛ conuenientiā diuiſi cū illo de quo
affirmanꝛ vel neganꝛ illa mēbra diuiden-
tia. Cōtra predicta arguiꝛ primo ſic oīs
diuiſio fit p aliquas ptes: ſʒ negatio non
eſt ps alicuius: ergo nulla diuiſio fit per
negatōeʒ. Scđo ſic om̄e totuʒ compoſitū
eſt ex ptibus in quas diuiditur: quia vt
dicit boetius omne totuʒ reſoluitur in ea
ex quibus componiꝛ: ſed genus non com
ponitur ex ſuis ſpēbus cuʒ precedat illas
ergo nulla eſt diuiſio generis in ſuas ſpe
cies. Tercio ſic ſignificata vocis acci-
dunt ipſi voci: cum ipſa vox ſit de genere
qualitatis ⁊ ſignificata qn̄qʒ de alio ge-
nere: ergo diuiſio vocis non eſt per ſe.

Quarto ſic accidētia nō ſunt ptes ſub
iecti qꝛ non cōponunt ipm̄ g̊ cuʒ oīs di-
uiſio ſit totius in ſuas ptes: ſequiꝛ ꝙ nō
eſt diuiſio ſubiecti in accidentia. Qui
to ſic nō ſequiꝛ: aīaliuʒ aliud rōale aliud
irrōnale ſʒ lapis non eſt aīal rōnale. g̊ eſt
aīal irrōale ergo locus a diuiſione nō tʒ
negatie. Ad primum dꝛ ꝙ lʒ negatio
formaliter ⁊ p ſe ſumpta nō ſit pars alicu
ius diuiſi: tm̄ negatio ſumpta cū alio habʒ
moduʒ ptis ſm ꝙ ſumiꝛ pro affirmatōne
oppoſita: ⁊ inquātuʒ ſumiꝛ pro oppoſito
illius qđ ipſa negat pōt eſſe mēbruʒ diui
ſionis ⁊ ſumiꝛ pro pte vnius totiꝰ diuiſi.

Ad ſm dꝛ ꝙ lʒ ōne totuʒ actuale cōpo
natur ex partibus in quas diuidiꝛ non tm̄
totuʒ potētiale qđ eſt adhuc ens in potē
tia cuiuſmōi eſt genus. Ad terciuʒ dꝛ
ꝙ lʒ ſignificata accidant voci ſm ſe conſi
derate vt eſt in genere qualitatis non tm̄
accidūt voci ſignificatie inquātuʒ ſignifi
catiua eſt ⁊ inquantuʒ ſunt ſignificata eiꝰ
⁊ iō hoc mō diuiſio eius in ſuas ſignifica
tōes eſt diuiſio p ſe. Ad quartū dꝛ ꝙ
lʒ oīs diuiſio p ſe fiat in partes totius: nō
diuiſio per accidēs ſʒ ſufficit ꝙ fiat per ac
cidentia que deriant ipſuʒ totuʒ ad diuer
ſas partes eius. Ad quintum dꝛ ꝙ in
loco a diuiſione oportet ponere affirma-
tōeʒ diuiſi cuʒ affirmatōne vel negatione
vnius membroruʒ diuiſionis de ſubiecto
conſequētis quod tamen nō fit in iſto ar
gumēto qꝛ animal non affirmaꝛ ibi de la
pide dʒ .n. dici ſic ſi lapis eſt aīal ⁊ nō eſt
aīal rōale: ergo eſt aīal irrōale ideo nō be
ne arguiꝛ per locuʒ a diuiſione. Et hec de
locis dialeticis dicta ſufficiant.

Incipit ſextꝰ tractatꝰ de fallatijs.

Ilogiſmorum. Iſte eſt
ſextus tractatꝰ magiſtri Pe
tri hiſpani. In quo poſtꝙ
ipſe in quinto tractatu deter
minauit de ſilogiſmo dialetico. hic con
ſequenter incipit determinare de ſilogiſ
mo ſophiſtico. ratio ordinis eſt qꝛ ſillius
dialeticꝰ fit ex probabilibus ſimpliciter:
ſophiſticus vero fit ex probabilibus ap
parenter ideo ſilogiſmus dialeticus pre
cedit ſilogiſmuʒ ſophiſticuʒ: ⁊ qꝛ ſilogiſ
mus ſophiſticꝰ eſt id de quo in hoc tra
ctatu principaliter conſideraꝛ ad quod
cetera hic conſiderata habent attributi
onem ideo eſt ſubiectum iſtius tracta-
tus. Et non nominatur hic tractatus
de fallatijs eo ꝙ fallatia ſit ſubiectuʒ eiꝰ
ſʒ quia fallatia eſt principium ſilogiſmi
ſophiſtici. eſt eniʒ fallatia locus ſophi-
ſticus: ⁊ ſic vt locꝰ dialeticꝰ eſt principi-
uʒ ſilogiſmi dialetici ita locus ſophiſti-
cus eſt principiuʒ ſilogiſmi ſophiſtici.
Et per hoc habeꝛ cauſa materialis huiꝰ
tractatꝰ. ⁊ cā finalis eius eſt pfecta cog
nitio ſilogiſmi ſophiſtici quantuʒ ad cō
poſitioneʒ ⁊ ſolutōeʒ eius. Sed eiꝰ cau
ſa formalis eſt duplex. ſ. forma tractatꝰ
⁊ forma tractandi. Forma tractandi eſt
modus procedendi: ſed forma tractatꝰ
eſt diuiſio huius tractatus in ſuas par-
tes primo eniʒ determinat de ſilogiſmo
ſophiſtico in cōi. ſecundo vero in ſpāli
oſtendendo qualiter fit in ſingulis falla
tijs. Primo ſcienduʒ ꝙ ad cognoſcē
dū ſilogiſmū ſophiſticuʒ in cōi p̄ſupppoſi
ta diffinitōe ſilli priꝰ poſita autor prius
diuidit ſilogiſmum in cōi per ſilogiſmū
demonſtratiuuʒ dialeticuʒ ⁊ ſophiſticū
cuius diuiſionis ſic habeꝛ ſufficiētia: qꝛ
omnis ſilogiſmus contractꝰ ad aliquaʒ
materiaʒ fit in aliqua materia ſpāli: vel

ergo fit in materia neceſſaria et ſic eſt dēmonſtratiuꝰ: vel fit in materia ꝓbabili ⁊ hoc eſt dupliciter vel fit in materia ꝓbabi'i ſimpliciter ⁊ ſic eſt ſilogiſmus dialeticꝰ vel ꝓbabili apparēte ⁊ ſic eſt ſophiſticus ⁊ non eſt hec diuiſio gn̄is in ſuas ſpēs eo ꝙ non datur per differentias formales ſed per differentias materiales qꝛ ſumitur ex parte materie ad quā contrahit̄ ſilogiſmus ſicut circulus diuidit̄ ꝑ circuluꝫ aureuꝫ ⁊ argenteū ⁊ aeneuꝫ ⁊ ſic ibi eſt diuiſio ſubiecti in accidētia: qꝛ eſſe in auro vel argēto vel in ere accidit circulo: ita ſimiliter hec diuiſio ſilli eſt ſubiecti in accidētia. nec eſt diuiſio analogi: nec vocis in ſuas ſignificatōes: qꝛ ſilogſimꝰ non dr̄ equiuoce de ſtis tribus ſpēbus. lꝫ tn̄ ſilogiſmus demōſtratiuꝰ ſit ꝑfectior ex parte materie ꝙ̄ dialeticus ⁊ dialeticus ꝙ̄ ſophiſticꝰ ⁊ etiā ex ꝑte finis qꝛ demonſtratiuꝰ ordinat̄ ad ſciaꝫ. dialeticꝰ ad opioneꝫ. ⁊ ſophiſticus ad apparenteꝫ ſciaꝫ. Scd̄o ſciēduꝫ ꝙ ſillꝰus demonſtratiuus qui dr̄ demonſtratio eſt qui ex pͥcipijs veris et īmediatis eſt ſilogizatus aut ex talibus que ꝑ aliqua ꝑ̂ma ⁊ vera principiū ſue cognitōis ſumpſerūt. In qua diffinitōe preſupponit̄ ſilogiſmꝰ loco gn̄is ⁊ totuꝫ reſiduum qꝺ dat intelligere ꝙ ſill'us demonſtratiuꝰ ꝓcedit ex neceſſarijs ponit̄ ad drn̄aꝫ ſill'i ſophiſtici ⁊ dialetici: ⁊ ibi ponūtur due ꝑtes ad explicādū diuīſos mōs demonſtratōis. Eſt. n. quedam demonſtratio ꝓpter q̄d ⁊ potiſſima que ꝓcedit ex pͥ̄is veris ⁊ īmediatis ⁊ indemōſtrabilibus que tangit̄ cum dr̄ ex ꝑ̂mis veris. Alia eſt demonſtratio que ꝓcedit ex ꝑ̄miſſis neceſſarijs nō īdemonſtrabilibꝰ ſꝫ que pn̄t demonſtrari ꝑ aliquas ꝓpoſitōes priores vt eſt demonſtratō qꝛ ⁊ h̄ tangit̄ ꝑ illaꝫ ꝑticl'aꝫ aut ex talibꝰ que ꝑ aliqua pͥ̄a ⁊ vera. Et dicūtur pͥ̄a vera que ꝑ ſe ipſa ⁊ non ꝑ alia fidē habēt ⁊ cognitōeꝫ vt prima pͥcipia que ꝑ ſe ipſa cognoſcunt̄ ⁊ non per alia.

Tercio ſciēduꝫ ꝙ ſill'us dialeticꝰ eſt qui ex ꝓbabilibꝰ eſt ſilogizatus. In qua diffinitōe ſubintelligitur ſillꝰs loco gn̄is ⁊ ponit̄ ſilogizatꝰ ad drn̄aꝫ ſilogiſmi ſophiſtici peccātis in forma qui nō eſt ſilogiſazatus niſi appenter tm̄. ⁊ ponit̄ ꝓbabilibꝰ ad drn̄aꝫ ſilogiſmi ſophiſtici peccātis in materia qui lꝫ ſit ſilogiſatꝰ non tn̄ ex ꝓbabilibꝰ ſꝫ ex appentibꝰ tm̄ ⁊ ad drn̄aꝫ ſilogiſmi demōſtratiui qui ꝓcedit ex neceſſarijs ⁊ nō ex ꝓbabilibꝰ. Et eſt ꝓbabile illꝺ quod videt̄ oībus vel pluribus vel ſapiētibus veꝛ: ⁊ ponunt̄ ille tres ꝑticule ꝓpter diuerſa gn̄a ꝓbabiliuꝫ qꝛ quoddā eſt ꝓbabile qꝺ appat veꝛ oībꝰ vt oīs mater diligit filiū. Aliud eſt qꝺ videt̄ pluribꝰ ⁊ nō ōibꝰ vt ꝙ oīs hō deſiꝺrat ſcire. Aliud eſt quod videt̄ ſapientibꝰ tm̄ vt ꝙ ſol ſit maior tota terra. Et ſillꝰs dialeticꝰ ſemꝑ ꝓcedit ex aliquo iſtoꝛuꝫ ꝓbabiliuꝫ vt ſatꝭ viſuꝫ eſt in locis dialeticis: Quarto ſciēduꝫ ꝙ triplex ē ſillꝰs ſophiſticꝰ. ſ. peccās in materia tm̄ in forma tm̄: in foꝛ̄a et materia ſimul: Silogiſmꝰ ſophiſticꝰ peccās in materia tm̄ eſt qui ꝓcedit ex ꝑ̄miſſis falſis vel aliq̄ falſa ⁊ eſt in debita foꝛ̄a ſilogiſmi. vt oīs hō eſt ſpēs: ſoꝛ. eſt hō ġ ſoꝛ. eſt ſpēs. Silogiſmus peccās in foꝛ̄a tm̄ eſt qui ꝓcedit ex ꝑ̄miſſis veris ſꝫ non in debita forma ſilogiſmi ordinatꝭ vt hō eſt ſpēs ſoꝛ. eſt hō: ġ ſoꝛ. eſt ſpēs. Sꝫ ſilogiſmꝰ peccās in materia ⁊ foꝛ̄a ſimul eſt qui nō eſt in debita foꝛ̄a ſilogiſmi ⁊ procedit ex ꝑ̄miſſis falſis vel aliqua falſa vt oīs hō eſt aīal: nullū riſibile eſt hō: ġ nulluꝫ riſibile eſt aīal. Et diffinit̄ ſic ſilogiſmꝰ ſophiſticꝰ in coī ſilogiſmꝰ ſophiſticus eſt appens ſilogiſmꝰ ⁊ non exn̄s. qꝛ ſi ſit peccās in materia tm̄ ⁊ nō in foꝛ̄a appet eſſe ex probabilibꝰ ⁊ ꝑ hoc appet eſſe dialeticus ⁊ tn̄ non eſt. ⁊ ſi ſit peccās in forma vel in vtroqꝫ eſt apparens ſilogiſmus.

Sꝫ ſm̄ ariſ. ſic diffinit̄ ſilogiſmus ſophiſticꝰ eſt q̇ ex apparentibꝰ ſilogizatꝰ eſt aut aut ꝓbabilibꝰ vel apparentibꝰ eſt appens ⁊ ibi tangit̄ peccans in materia tātuꝫ cum dr̄ ex apparētibus ſilogizatus eſt: ⁊ peccans in forma tātuꝫ cuꝫ dr̄ ex ꝓbabilibus eſt apporens: ⁊ peccans in vtroqꝫ cum dr̄ ex appentibꝰ eſt apparens. i. ex apparēter probabilibꝰ. Et ꝑ hoc pꝫ quid ſit ſilogiſmus ſophiſticus de quo eſt hic ad ꝓpoſituꝫ ⁊ quomō differt ab alijs ſpēbus ſilogiſmi. Cōtra predicta arguit̄ primo ſic ſilogiſmus tentatiuꝰ eſt bonus ſilogiſmꝰ ⁊ tn̄ non ponit̄ in iſta diuiſione ſill'i: ergo ipſa eſt inſufficiens. Secundo ſic aliquis eſt ſilogiſmꝰ falſigraphus qui tamē non ponit̄ in iſta diuiſione: ġ diuiſuꝫ excedit mēbra diuidētia. Tercio ſic demōſtratio ad īpoſſibile procedit ex falſis qꝛ capit oppoſituꝫ cōcluſionis ꝓbande cum vno vero ad inferenduꝫ vnuꝫ manifeſte falſuꝫ. ġ iſta diffinitio ſilogiſmi demōſtratiui non ſibi conuēit ⁊ ſic non conuenit ōi contento ſub diffinito. Quarto ſic ſilogiſmus dialeticus qn̄qꝫ fit ex propōibus neceſſarijs. ġ nō ſemꝑ ē ex ꝓbabilibꝰ ſilogiſatꝰ. Quinto ſic ōne quod eſt nō ens nullaꝫ hꝫ apparentiā: ſꝫ ſilogiſmus ſophiſticus eſt non exn̄s: ergo nō eſt apparens cuꝫ appentia preſuppōat eſſe: ergo contra diffinitōeꝫ eius. Ad primuꝫ dr̄ ꝙ lꝫ ſilogiſmus tētatiuus ex parte finis diſtinguat̄ ab iſtis ſilogiſmis non tn̄ ex ꝑte materie: ⁊ iſta diuiſio ſumit̄ ex parte materie ſilogiſmi. iō hic non ponit̄ tentatiuꝰ. vnde ſilogiſmus tentatiuꝰ qn̄qꝫ fit ex neceſſarijs qn̄qꝫ ex ꝓbabilibꝰ qn̄qꝫ ex īpoſſibilibus qꝛ fit ex his que vident̄ ⁊ concedunt̄ a reſpondēte ⁊ ex ꝓbabilibus reſpondēti que qn̄qꝫ ſunt neceſſaria qn̄qꝫ probabilia ⁊ qn̄qꝫ ipoſſibilia. Eſt. n. ſilogiſmus tētatiuus qui ex his que vident̄ repondenti ſilogizat ⁊ q̄ neceſſe eſt cuꝫ ſcire q̇ ſe ſiml'at habere ſciaꝫ ex cōibus. Ad ſcd̄m dr̄ ꝙ ſilogiſmus falſigraphus eſt q̇ ꝓcedit ex principijs alicuiꝰ ſciē male intellectꝭ aut ex oppoſitis principioꝛ iō fit in eadem materia ſicut ſillꝰs demonſtratiuus. iō poteſt intelligi per ipm̄. Ad tercium dr̄ ꝙ̄ hic non diffinit̄ demōſtratio in cōi que diuidit̄ ꝑ demonſtratōeꝫ oſtenſiuā ⁊ ad impoſſibile ſꝫ diffinit̄ demonſtratō oſtenſiua tm̄ que diuidit̄ ꝑ demonſtrationeꝫ ꝓpter quid ⁊ qꝛ eſt. ⁊ demonſtratio propter quid iteruꝫ diuidit̄ ꝑ demōſtratōem potiſſimam ⁊ non potiſſimam ⁊ demonſtratio qꝛ eſt diuidit̄ per demōſtrationeꝫ ꝓcedenteꝫ ab effectu ⁊ per demonſtratōeꝫ que procedit a cā remota iō demonſtratio ad īpoſſibile non cōtinetur ſub diffinito huius diffinitionis

Ad quartuꝫ dr̄ ꝙ lꝫ ſilogiſmus dialeticus qn̄qꝫ fiat ex neceſſarijs apprehēſis ſub mō probabiliuꝫ ⁊ contingentiuꝫ non tn̄ fit ex neceſſarijs apprehēſis ſub mō neceſſarij ⁊ inquantuꝫ habent neceſſariaꝫ habitudineꝫ ad concluſionem qꝛ ſic eſſet demonſtratio iō iſte ſilogiſmus ſemper procedit ex probabilibus vel ex acceptis ſub mō probabiliuꝫ. Ad q̄ntuꝫ dr̄ ꝙ ſilogiſmus ſophiſticus non dr̄ non ens ſimpliciter ſꝫ non exiſtēs talis qualis apparet qꝛ apparet dialeticus et nō ē: ſꝫ bene eſt ſilogiſmꝰ ſimpliciter exiſtens ſicut auricalcū eſt nō exiſtēs aurū ſicut apparet: ſꝫ tn̄ eſt ens ſimpl'r exn̄s.

St autem diſputatio.

e Poſtꝙ̄ auctor premiſit diffinitionem ſilogiſmi ſophiſtici et oſtendit differentiaꝫ eius ab alijs ſilogiſmis. hic conſequenter determinat de cauſa finali eius oſtendendo quo mō ordinatur ad quinque methas diſputationis ſophiſtice ſed quia ſilogiſmus ſophiſticus prius ordinat̄ ad ſophiſticaꝫ diſputatōeꝫ et mediante diſputatōe ducit ad illas methas: iō priꝰ videndū eſt

de diſputatõe ꝙ̃ de methis.eſt autez di
ſputatio actus ſilogiſticus vnius ad al
terũz ad aliquod ꝓpoſitũz oſtendendũ.
In qua diffinitõe explicaẽ cã formalis
diſputatõis cuz dr̃ actus ſilogiſticus.ac
tus.n.ſiue actio ſe hz vt genus ⁊ forma
cõis eius:⁊ ſilogiſticus ſe hz vt differẽ
tia:⁊ ſumiẽ hec differentia ab inſtrumen
to quo fit talis actio.ſ.a ſilogiſmo:⁊ per
hoc ꝙ dr̃ vnius ad alteꝝ.ſ.opponentis
ad reſpondentẽ explicatur cã efficiens
diſputatõis.⁊ ꝑ hoc ꝙ dr̃ ad aliquod ꝓ
poſitũz oſtendendũz explicaẽ finis ime
mediatus ⁊ ꝓpinquus diſputatõnis:qꝛ
in omni diſputatiõe oſtenditur aliquid
de aliquo.vnde in diſputatõne quinqꝫ
requirunẽ.ſ.opponens qui diſputat:re-
ſpondẽs cui diſputaẽ: ⁊ illud de quo di
ſputaẽ:⁊ actio diſputãdi: ⁊ inſtrumentũ
quo fit talis actio.ſ. ſilogiſmꝰ. ⁊ oĩa iſta
ſufficienter explicanẽ in p̄dicta diffini
tione. Primo ſciendũz ꝙ diſputatio
diuidiẽ ꝑ diſputatõez doctrinalez diale
ticaz tentatiuaz ⁊ ſophiſticaz.quarũz ſic
habeẽ ſufficientia . qꝛ oĩs diſputatio fit
vel ad ſumendũz expimentũz de habi-
tu generato vel ad generatõez hitus: ſi
primũz ſic eſt tentatia.ſi ſm̃ hoc eſt du-
pliciter:vel fit ad generatõem habitꝰ in
opponẽte ⁊ ſic eſt ſophiſtica que fit ad
acquirendum appentez ſapiam:vel ad
generatõez habitꝰ in reſpondẽte:⁊ hoc
dupliciter:vel talis hitus eſt certus ⁊ ſi
ne formidine de oppoſito ⁊ ſic eſt diſpu
tatio doctrinalis que eſt gñatiua ſciẽtie
vel eſt hitus incertus ⁊ cuz formidine ꝺ̃
oppoſito ⁊ ſic eſt diſputatio dialetica q̄
eſt generatiua opionis. Et ſic pꝫ ꝙ iſte
diſputatõnes differũt ſm̃ ſuos fines:qꝛ
doctrinalis eſt generatiua ſcie.⁊ dialeti
ca eſt gñatiua opionis. ⁊ tentatia eſt ac
ceptiua expimenti ſcie rñdentis:⁊ ſophi
ſtica eſt gñatiua deceptõis in rñdente ⁊
appentiſ ſapie in opponẽte. Et etiaz dif

ferunt ſm̃ ſuas methas vt patebit in ſuis
diffinitõnibus:⁊ etiaz ſm̃ inſtrumẽta qui
bus fiũt. qꝛ diſputatõnis doctrinalis in-
ſtrumentũ eſt ſillius demonſtratiuꝰ:⁊ dia
letice ſillꝰus dialeticus:⁊ tentatiẽ ſilogiſmꝰ
tentatiuꝰ: ⁊ ſophiſtice ſophiſticꝰ ſillꝰus.
Scđo ſciendũz ꝙ diſputatio doctrinalꝰ
eſt q̄ ex ꝓprijs p̄ĩcipijs alicuiꝰ ſcie ſilogi
zat ⁊ nõ ex his que videnẽ reſpondẽti.cꝰ
rõ eſt qꝛ diſputatio doctrinalꝰ eſt gñatiua
ſcie:ſꝫ ad gñandũz ſciaz oꝫ arguere ⁊ ꝓce
dere ex ꝓprijs p̄ncipijs ſcie que gñantur
⁊ nõ ex his que videnẽ rñdenti ⁊ oportet
ipꝫ adiſcẽtẽ credere:⁊ hoc ꝑ dr̃t hec diſpu
ta tio a dialetica q̄ ꝓcedit ex aliq̄bꝰ cõibꝰ
⁊ etiã a tentatia ⁊ ſophiſtica.⁊ qꝛ diſputa
tio doctrinalꝰ eſt quidaz motꝰ rõis q̄ ordi
naẽ ad ſciaz tanq̃ ad ſuũ finez iõ ſm̃ diui
ſionez ſciaꝝ in quibꝰ eſt diſputatio doctri
nalꝰ hz diuidi in ſuas ſpẽs. Sꝫ diſputatio
dialetica eſt q̄ ꝓcedit ex ꝓbabilibꝰ ⁊ ẽ col
lectia contradictionũz:⁊ rõ eſt qꝛ diſputa
tio dialetica fit ad generandũ opionez:ſꝫ
opio gñatur ex cõibus ⁊ ꝓbabilibꝰ ⁊ ex ꝓ
babilibꝰ põt argui ad vtrãqꝫ ꝑtez cõtradi
ctõis iõ ipſa dr̃ collectia cõtradictionũz et
ſm̃ tres fines dialetice diſputatio dialeti-
ca hz tres ſpẽs qꝛ quedaz eſt ad obuiatõ
nez.alia eſt ad excercitatõez alia ẽ ad phi
loſoficã diſciplinã que iteꝝ poteſt diuidi
ſm̃ quatuor p̄dicata de quibꝰ fit. Ter
cio ſciendũz ꝙ diſputatio tentatiua eſt q̄
ex his que vidẽtur reſpondenti ſilogizat
⁊ que neceſſe eſt ipſũz ſcire qui ſe ſimilat
habere ſcienciaz.cuius ratio eſt qꝛ iſta di
ſputatio fit ad habendũz expimentũz de
ſcia reſpondẽtis ſꝫ experiẽtia ſue ſcie ſu-
miẽ arguendo ex his que videnẽ ⁊ ſunt ꝓ
babilia reſpondenti iõ iſta diſputatio ꝓce
dit ex probabilibꝰ reſpondenti ⁊ non pro
cedit ex neceſſarijs contingẽtibꝰ aut ĩpoſ-
ſibilibus niſi inquantũ ſunt ꝓbabilia ipſi
reſpondẽti. ⁊ qꝛ in qualꝫ ſciencia preſup-
ponunẽ p̄ĩcipia cõia. ſꝫ ignoratis cõibus

neceſſe eſt ꝓpria principia ignorare. ideo
hec diſputatio hz fieri ex cõibus princi-
pijs que neceſſe eſt ipſũz ſcire qui hz ali
quaz ſcientiam.et diuiditur in ſuas ſpẽs
hec diſputatio ſm̃ diuerſas ſpẽs de qui-
bus diſputaẽ. Sꝫ diſputatio ſophiſtica ẽ
que ex appenter probabilibꝰ ſilogizat:cu
ius rõ eſt qꝛ ipſa fit ad generandum ap-
parentẽ ſciam que hz generari proceden
do ex apparentibꝰ ⁊ diuidiẽ in quĩqꝫ ſpe
cies ſm̃ ꝙ fit ⁊ valꝫ ad quinqꝫ methas.ſ.
ad redargutõez ⁊ ad falſum ⁊ ſic de alijs
Quarto ſciendũz ꝙ diſputatio in cõi
poteſt dupliciter conſiderari. vno mõ ſm̃
id ꝙ eſt actus ſilogiſticus ad aliquod ꝓ
poſitũz oſtendendũ ⁊ iſto mõ diſputõ do
ctrinalis eſt ꝑfectior õibus alijs diſputa
tionibus qꝛ perfectiꝰ oſtendit aliquid ẽe
⁊ ibi eſt verior actus ſilogiſticus: deinde
dialatica tercio tentatia: ⁊ vltimo ſophi-
ſtica. Alio mõ quantũ ad interpretatõez
nois diſputatõis que dr̃ quaſi diuerſorũ
putatio et hoc mõ perfectius dr̃ de diſpu
tatõe ſophiſtica in qua opponẽs ⁊ reſpõ
dens intendunt diuerſos fines qꝛ oppo-
nens intendit vincere et reſpondens nõ
vinci.inde dr̃ de tentatia: tercio de diale
tica ⁊ vltimo de doctrinali ⁊ lꝫ iſtarũz ſpe
cieꝝ vna ſit ꝑfectior alijs tñ hec diuiſio ꝓ
prie nõ eſt analogi in ſua analogata eo ꝙ
diſputatio in cõi non conuẽit vni mẽbro
rũz ꝑ alteꝝ: ſꝫ eſt diuiſio generis in ſuas
ſpẽs ſm̃ modũz ſicut genus ⁊ ſpẽs repe-
riunẽ in ſcđis intentõibus. Contra pre
dicta arguiẽ primo ſic. aliqua diſputatio
fit per inductõez ⁊ ſic diſputatio eſt actus
inductiuꝰ:ergo male dr̃ in diffinitiõe diſ-
putationis ꝙ diſputatio eſt actus ſilogi-
ſticus. Secũdo ſic diſputatio ſophiſti
ca fit ad generandũz deceptõez in reſpon
dente:ergo non fit ad oſtendendũ aliq̄d
ergo diffinitio diſputatõis non conuenit
cuilꝫ diſputatõi. Tercio ſic diſputatio
nes diſtinguntẽ ſm̃ ſuos fines:ſꝫ diſputa-

tio doctrinalis ⁊ dialetica ordinanẽ ãbe
ad ſcientiam. qꝛ diſputatio dialetica fi
ad acquirendã diſciplinã.ergo iſte due
ſpẽs inter ſe male diſtinguntẽ. Quar-
to ſic diſputatio doctrinalis qñqꝫ proce
dit ab effectu ad ſuaz cãz: ſꝫ effectus nõ
eſt principiũz: ergo non ſemꝑ ꝓcedit ex
ꝓprijs principijs alicuiꝰ ſciẽcie. Qui
to ſic opinio non hẽtur ſimul de duobꝰ
cõtradictorijs qꝛ non eſt poſſibile duo
cõtradictoria opinari:ſꝫ diſputatio dia-
letica eſt gñatiua opinionis:g̊ deteriate
fit ad vnaz ꝑtez contradictõis:ergo ma
le dr̃ ꝙ eſt collectiua contradictionum.
Ad primũz iſtoꝝ dr̃ ꝙ lꝫ aliqua diſ-
putatio fiat ꝑ inductõez tanq̃ ꝑ inſtru-
mentũ impfectũz et incõpletum non tñ
tanq̃ ꝑ inſtrumentũ ꝑfectũz ⁊ cõpletum
ſꝫ ſilogiſmꝰ eſt illud inſtrumetũz cõple
tũz ⁊ poſſet etiaz dici ꝙ ibi capiẽ ſilogiſ
mus in cõi pro argumentõe ⁊ non ſpã-
liter vt diſtinguiẽ cõtra alias ſpẽs argu
mentatõis.. Ad ſm̃ dr̃ ꝙ lꝫ diſputatio
ſophiſtica ex conſequẽti generet decep
tõez reſpodẽtis.tñ primo ⁊ per ſe fit ad
oſtendendũz aliquaz concluſionẽ ipſi re
ſpondenti. Ad terciũz diciẽ ꝙ diſpu-
tatõe s diſtinguntẽ ſm̃ ſuos fines propri
os:mõ ſciencia non eſt finis propriꝰ dia
letice diſputatõis:ſed opinio.licet bene
ex conſequẽti ordineẽ ad ſcienciam ad
quaz opinio diſponit intellectũz. Ad
quartũz dr̃ ꝙ lꝫ effectus non ſint princi
pia eſſendi ſuarũz cauſarũz:tñ bene ſunt
principia cognoſcendi iõ demõſtratio ꝓ
cedens ab effectiꝰ põt dici procedere ex
ꝓprijs principijs alicuius ſcie: ⁊ etiã di
ſputatio doctrinalis que fit ꝑ demõſtra
tionez. Ad quintũz dr̃ ꝙ lꝫ diſputatõ
dialetica nõ ſimul ⁊ ſemel poſſit genera
re firmã opinionez de duobꝰ cõtradicto
rijs.tñ poteſt ꝓbabiliter oñdere vtrũqꝫ
ad cãndũz dubitatõez ꝺ̃ vtroqꝫ cõtradi
ctorioꝝ rõe cꝰ dr̃ collectia cõtradictõnũ

M Etha eſt. Poſtquã autor de-
tiauit de ſilogiſmo ſophiſtico
qui ordinat̃ ad diſputatõem ſo
phiſticã ⁊ de diſputiatõe ſophiſtica que
ordinat̃ ad quinqꝫ methas ſm̃ quas di
ſtinguit̃. hic cõſequenter detiandum eſt
de ill' methis. ⁊ eſt metha inconueniẽs
ad quod opponẽs ſophiſta nitit̃ videri
ducere reſpondentẽ. cuius rõ eſt qꝛ me-
tha ꝓprie dicta dr̃ terminus agri vl' ſpa
cij ⁊ dicit̃ de metior tiris qꝛ ſm̃ tales ter
minos vel fines ſpaciuꝫ menſurat̃: ideo
in diſputatõe ſophiſtica metha eſt ter-
minus vltra queꝫ non procedit diſputa
tio ſophiſtica: ſꝫ ille terminus eſt incon
ueniens ad quod opponẽs ducit reſpõ
dentẽ: qꝛ habito tali inconueniẽte ceſſat
ſophiſtica diſputatio: ⁊ dr̃ videri duce-
re reſpondentẽ qꝛ opponẽs nõ ſemꝑ ap
petit ducere reſpondentẽ ad inconueni
ens ſimpliciter: ſꝫ ſibi ſufficit ꝙ aſſiſten
tibus videatur ip̃m ducere ad inconue
niens. Et rõ eſt qꝛ per hoc videtur ſapi
ens ⁊ acquirit apparenteꝫ ſapientiam q̃
eſt finis eius. ipſe enĩ magis appetit vi
deri ſapiens ⁊ non eſſe quã eſſe ⁊ nõ vi
deri. Primo ſciendū ꝙ quinqꝫ ſunt
methe. ſ. redargutio falſum inopinabile
ſoloeciſmus ⁊ nugatio. Quaruꝫ ſic ha-
betur ſufficientia qꝛ omnis metha eſt in
conueniens concluſuꝫ contra reſpondẽ
teꝫ. vel ergo illud inconueniens ſe tenꝫ
ex parte ſermonis vel ex ꝑte rei. ſi ex ꝑ-
te rei hoc eſt dupliciter. vel ſe tenet ex ꝑ
te rei abſolute ⁊ ſic eſt falſuꝫ. vel reſpec-
tiue ⁊ hoc eſt dupliciter. vel ſumit̃ per re
ſpectũ ad dicta reſpondẽtis: vel ad opi
nionem illoruꝫ quos inſequitur. Si pri
muꝫ ſic eſt redargutio: ſi ſecundũ ſic eſt
inopinabile. Si ex parte ſermonis hoc
eſt dupliciter: vel ſe tenet ex parte ſub-
ſtantie orõnis ⁊ ſic eſt nugatio. vel ex ꝑ
te ſuoruꝫ accidentiuꝫ ⁊ ſue congruitatis
⁊ ſic eſt ſoloeciſmus. Et qꝛ metha eſt in

conueniens ad quod opponens nititur
videri ducere reſpondentem ⁊ nullum eſt
manifeſtius inconueniens q̃ꝙ concedere
ſimul contradictoria ⁊ negare quod fit in
redargutione: iõ redargutio eſt ꝑfectior
⁊ prior inter omnes methas deinde falſuꝫ
⁊ conſequenter alie per ordinẽ. Secũ
do ſciendū ꝙ redargutio eſt preconceſſi
negatio vel p̃negati conceſſio vi argumẽ
tationis ⁊ in eadem diſputatõe. Cuius rõ
eſt qꝛ redargutio dicit̃ a rexi quod eſt ite
ruꝫ ⁊ arguo is. qꝛ fit cum reſpondens ar-
guit ⁊ rep̃hendit ſe ip̃ꝫ: ſꝫ hoc fit negãdo
preconceſſuꝫ ⁊ concedendo prenegatum.
ideo bene dicitur preconceſſi negatio et
econtra. Et dicitur vi argumentationis.
quia ſi aliquis ſuſtinendo vnum problem
ma in diſputatione voluntarie concedat
duo contradictoria non propter hoc dicit̃
redargutus. ⁊ dicitur in eadem diſputati
one qꝛ ſi in diuerſis diſputationibus reſ-
pondens concedat prenegatuꝫ vel neget
p̃conceſſuꝫ in alia diſputatione non prop
ter hoc ducitur ad metham' quia non du
citur ad inconueniens quod appareat aſ
ſiſtentibus. Et licet concedens duo cõtra
dictoria ſemper concedat aliquod falſum
quia contradictorioruꝫ vnum ſemper eſt
falſum: non tamen ducitur ad methaꝫ fal
ſi quia non concedit aliquod manifeſte
falſuꝫ: quia ambo contradictoria ſunt q̃n
doqꝫ obſcura. ⁊ ꝑ hoc diſtinguitur redar
gutõ a metha falſi. Tercio ſciendū ꝙ
metha falſi eſt manifeſte falſi conceſſio:
vt ſi concedatur ignem non eſſe calidum
Et dicitur manifeſte falſi: quia ſi conceda
tur aliquod falſum obſcurum non vide-
bitur inconueniens aſſiſtentib⁹. ideo non
erit aliqua metha diſputationis ſophiſti
ce: quia opponens ſophiſta qui appetit
videri ſapiens per hoc non acquirit ap-
parentem ſapientiam. Sed inopinabile
dicitur quod eſt contra opinionem omni
um vel plurium vel ſapientuꝫ vel illoruꝫ

quos inſequit̃. Et eſt metha inopiabilis
conceſſio alicui⁹ talis inopinabilis. vnde
quando rñdens cõcedit illud qđ eſt con
tra opinioneꝫ illoꝝ coram quibus fit diſ-
putatio dato ꝙ illud ſit veruꝫ ducitur ap
parenter ad in cõueniens ⁊ ibi eſt metha
diſputatiõis: vel etiã ſi concedat aliquid
contra opinionem doctoꝝ quos inſequit̃
q̃uis hoc ſit veꝝ ſecunduꝫ opinionẽ ali-
oruꝫ ducitur tñ̃ appꝫenteꝫ ad inopinabile
Quarto ſciendum ꝙ ſoloeciſmus eſt
vicium in orõne contra regulas artis g̃-
matice factuꝫ vt vir mea vel ſponſa me⁹
⁊ pertinet ad g̃maticum inq̃tum dicit in
congruitateꝫ orõnis. ſed inq̃tuꝫ impedit
veritateꝫ propõis que concluditur in ar
gumentatione conſideratur a logico ⁊ cõ
ceſſio talis oratõnis ẽ metha ſoloeciſmi
⁊ quia omnis metha habet cõcludi in ꝑa
logiſmo cõtra reſpondẽteꝫ iõ barbariſm⁹
qui fit in lr̃is ⁊ in ſillabis et dictionibus
vt corripiendo ſillabaꝫ longã ⁊ ecõuerſo
⁊ nõ fit primo in orõne ſicut ſoloeciſmus
nec poteſt cõcludi contra rñdentem ideo
barbariſmus non eſt vna metha ſicut ſo
loeciſmus. Sed nugatio dicitur vnius ⁊
eiuſdem ⁊ ex eadeꝫ ꝑte inutilis rapetitio
vt homo hõ currit: et dicit̃ ex eadem ꝑte
quia ſi in diuerſis partibus ideꝫ repetat̃
vt in ſubiecto ⁊ predicato nõ eſt nugatio
et dicitur inutilis: quia ſi ex eadem parte
ideꝫ repetatur cã ornatus vel maioris ex
preſſionis ſnĩe nõ erit nugatio vt dicẽdo
deus deus me⁹ euge euge et ſic de alijs
et per hoc patet que ⁊ quot ſunt methe.
Contra predicta arguitur primo ſic
nullum inconueniens eſt finis cum non
hẽat rõeꝫ boni: ſed metha eſt finis ꝓrim⁹
diſputationis ſophiſtiçe: ergo metha nõ
eſt inconueniens vt dicitur in eius diffi-
nitione. Secundo ſic non loqui vel
tacere eſt vna metha diſputatiõis ſophiſ
tice ⁊ tam̃ nõ eſt aliqua illarum: ergo nõ
ſunt tantũ quinqꝫ methe. Tercio ſic

ille qui ſolum concedit duo contradicto
ria ducitur ad metham redargutionis
⁊ tñ̃ non eſt ibi preconceſſi negatio: nec
econtra: ergo contra diffinitioneꝫ redar
gutionis Quarto ſic omne manife-
ſte falſuꝫ eſt inopinabile cum ſit contra
opinionem omniuꝫ quibus eſt manife-
ſte falſum: ergo metha falſi non diſtin-
guitur a metha inopinabilis: ſed ſub ea
continetur. Quinto ſic ſolem eſſe ma
iorem tota terra eſt contra opinionem
plurium ⁊ illaꝫ concedens concedit ali-
quod inopinabile ⁊ tñ̃ ibi non eſt me-
tha cum non ſit incoueniens concedere
veruꝫ: ergo metha inopinabilis non eſt
conceſſio cuiuſlibet inopinabilis.
Ad primuꝫ iſtoruꝫ dicitur ꝙ lꝫ incõ
ueniens concluſum contra reſpondẽteꝫ
nõ habeat rationeꝫ boni ſimpliciter ha
bet tñ̃ rationem boni apparentis qꝛ vi-
detur ſophiſte eſſe bonum quia valet ad
acquirenduꝫ apparenteꝫ ſcienciã ⁊ hoc
ſufficit ad rationẽ finis ꝙ ſit bonus ſim
pliciter vel apparenter tantum. Ad
ſecunduꝫ dicitur ꝙ lꝫ non loqui ſit me-
tha tamen eſt generalis ⁊ non ſpecialis
diſtincta ab iſtis. qꝛ duꝫ reſpondens ta
cet ducitur ad eandem methaꝫ ad quã
duceretur ſi loqueretur. Ad tercium
iſtoꝝ argumentoꝝ dr̃ ꝙ licꝫ reſpõdens
concedendo duo contradictoria non ne
get aliquid tñ̃ bene ex conſequẽti quia
concedendo ſecũduꝫ contradictorioruꝫ
negat alteruꝫ prius conceſſum. Ad
quartuꝫ dicitur ꝙ licet manifeſte falſuꝫ
ſit inopinabile tñ̃ diuerſis ratõnibus di
citur falſuꝫ ⁊ inopinabile quia reſpectu
rei ſignificate oratio dicit̃ falſa et reſpec
tu audientiuꝫ ⁊ opinionis dicitur inopi
nabilis ⁊ etiam aliquid bene eſt inopi-
nabile quod tamen non eſt falſuꝫ quia
cum aliquando falſum ſit probabile et
opinabile ſuum contradictorium erit in
opinabile ideo falſuꝫ ⁊ inopinabl'e ſunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

metbe diſtincte. Ad quintũ dicitur
ꝙ ſi concedatur illa propõ coraꝫ ſapien
tibus a quibus cognoſcit̃ eſſe vera non
eſt inconueniẽs ſed poteſt eſſe apparẽs
inconueniens ſi cõcedatur coraꝫ illis q̃
bus eſt inopinabilis quia cõceditur ali
quid contra opinioneꝫ eoꝝ: ideo ꝑ hoc
reſpondens ducetur appẽter ad aliq̃d
inconueniens..

Allacia. Poſtq̃ꝫ auctor p̃
f us determinauit de ſill'o ſo-
phiſtico in cõi ⁊ de cã finali
eius.ſ.de diſputatione litigioſa ſeu ſo-
phiſtica ⁊ de q̃nqꝫ metbis ei⁹ q̃ quideꝫ
ordinãtur ad vltimuꝫ finẽ ipſius ſophi
ſte.ſ.apparentẽ ſapiam: hic conſeq̃nter
determinat de fallacijs ꝑ quas ad pre-
dictas metbas ſilogiſmi ſophiſtici ordi
nantur ⁊ prius autor determinat de fal
lacijs in cõi ⁊ conſequẽter de ſingulis in
ſpeciali. primo ĝ ſic diffinit fallãm dicẽs
fallacia eſt idoneitas decipiendi faciẽs
credere de non ente ꝙ ſit ens et de ente
ꝙ ſit non ens mediante fantaſtica viſio
ne. Primo ſciendũ ꝙ fallacia du-
pliciter accipit̃: vno modo paſſiue ꝓ de-
ceptione eius qui paralogizatur: ⁊ diffi
nitur ſic: fallacia eſt deceptio imperiti
in arte ſophiſtica propter ignorantiam
artis ſophiſtice. Alio modo capitur fal
lacia ꝓ principio actiuo talis deceptõis
vt eſt locus ſophiſticus in quo fundan
tur argumenta ſophiſtica et iſto mõ ca-
pitur in iſta diffinitiõe ⁊ non primo mõ
vnde ſicut locus dialeticus eſt ſedes ar
gumẽti dialetici vel eſt id a quo conue
niens elicitur argumentum: ita ſimiliter
fallacia eſt ſedes vł illud a quo elicitur
argumentum ſophiſticũ: ⁊ ſicut in eodẽ
loco dialetico plura argumẽta dialetica
fundantur: ſic in eadem. fallacia plures
fundant̃ paralogiſmi: ⁊ ſicut locus dia-
leticus diuiditur per locum maximam ⁊
locum differentiaꝫ maxime: ſic in quali-
bet fallacia locus maxima ⁊ locus differẽ
tia maxime per ſimilitudinem reperitur
vt in fallacia equiuocationis maxima ſe-
cundum quam fiunt paralogiſmi eius eſt
Omnis dictio actualiter vna habet tan-
tum vnum ſignificatum: Et locus differẽ
tia maxime eſt equiuocatio termini vel
terminus equiuocus. Secundo ſcien
dum ꝙ in omni fallacia eſt cauſa apparẽ
tie ⁊ cauſa deffectus ⁊ ſub cauſa conueni
entie latet deffectus ſicut in equiuocatio-
ne ſub vnitate vocis latet pluralitas ſig-
nificatorum. Cauſa apparentie fallaciarũ
in communi eſt que mouet ad credendũ
quod non eſt. Et cauſa deffectus eſt que
falſificat crediturꝫ: vnde etiam ratione cau
ſe apparentie fallacia habet ꝙ ſit ydonei
tas decipiendi. quia propter talem appa
rentiam ſumitur aptitudo ad decipiendũ
⁊ ratione cauſe deffectus facit credere de
non ente ꝙ ſit ens: quia per iſtam cauſaꝫ
completur deceptio licet originaliter pro
ueniat a cauſa apparentie ideo iſte due
cauſe ſatis explicantur in diffinitione fal
lacie. Et dicitur mediante fantaſtica viſi-
one quia intellectus purus non permix-
tus ſenſui aut fantaſie non decipitur: ſed
per reflexionẽ ad fantaſiã multociens de
cipitur. Eſt autem fantaſtica viſio vt hic
ſumitur cognitõ intellectus reflexi ad fan
taſiam ⁊ non ſolum cognitio fantaſie.

Tercio ſcienduꝫ ꝙ in diſputatione ſo
phiſtica duo ſunt a quibus poteſt ſumi
cã apparẽtie ad decipiendũ p̃muꝫ.ſ. res
de quibus diſputatur quarum multociẽs
ignorantur habitudines. Secundum eſt
dictiones vel voces per quas fit diſputa
tio quarum ſignificatio vel multiplicitas
ſepe ignoratur ⁊ ſic cauſa apparentie fal-
lacie q̃nqꝫ ſumitur a rebus q̃nqꝫ a dictio
nibus: ⁊ ſm̃ hoc fallacia in communi diui
ditur per fallaciam in dictione ⁊ per falla
ciam extra dictioneꝫ. Fallacia in dictione
eſt que ſumit ſuam cauſam apparentie ex
parte dictionis. Et fallacia extra dictiõeꝫ
eſt que ſumit ſuam cauſaꝫ apparencie ex
parte rei et magis dicit̃ fallacia extra dic
tioneꝫ q̃ꝫ fallacia rei quia res non cadũt
in diſputatione: nec cauſant deceptioneꝫ
reſpondentis niſi ꝑ relatõeꝫ ad dictiões
ideo per negationem huius quod eſt ha
bere cauſam apparentie in dictione ⁊ per
relationem ad dictionem dicitur fallacia
extra dictioneꝫ: ⁊ inter illas fallacias p̃us
determinatur de fallacijs in dictiõe quia
licet res ordine nature p̃cedant dictões
non tamẽ precedunt in diſputatione ſo-
phiſtica: qꝛ res non cadunt in diſputatõe
niſi per voces ideo per voces prius cõ-
tingit cauſari deceptioneꝫ reſpondentis.

Quarto ſciendum ꝙ fallacia in dic-
tione diuidit̃ per fallaciam equiuocatio
nis amphibologie compoſitionis diui-
ſionis accent⁹ ⁊ fallaciam figure dictiõis
Quarum ſic habetur ſufficiẽtia: quia oĩs
fallacia in dictione fit ſecunduꝫ aliquod
multiplex: vel ergo fit ſecundũ mutiplex
actuale vel potentiale vel fantaſticum.
Si ſecundum multiplex actuale hoc eſt
dupliciter: vel ſcd̃m multiplex actuale di
ctionis incomplexe et ſic eſt equiuocatio
vel orationis ⁊ ſic eſt amphibologia.
Si ſecundum multiplex potentiale hoc
eſt dupliciter. vel fit in dictione et ſic eſt
accentus: vel in oratõne ⁊ hoc dupliciter
vel illa oratio eſt continue prolata ⁊ ſic ẽ
fallacia compoſitõnis vł diſcõtinue ⁊ ſic
eſt fallacia diuiſionis. Si ſm̃ multiplex
fantaſticum ſic eſt fallacia figure dictiõis
Et probatur iſte numerus fallaciarum in
textu per inductionem q̃ ſatis clara eſt ⁊
per ſill'm cuius virtus conſiſtit in hoc ꝙ
omnis deceptio facta per hoc ꝙ eadem
dictio vł oratio plura ſignificat fit aliquo
iſtorum ſex modoꝝ: ſed oĩs fallacia in
dictione fit per hoc ꝙ vna dictio vel oĩo
plura ſignificat quia fit quando eiſdem
nominibus vel orationibus non idem
ſignificantibus: ergo omnis fallacia in
dictione fit aliquo iſtorum ſex modoꝝ
⁊ ſic patet ꝙ hec diuiſio eſt ſufficiens.

Sꝫ contra predicta arguitur primo
ſic ydoneitas decipiendi eſt naturalis
potentia ſed fallacia non eſt naturalis
potentia: cuꝫ non ſit in predicamẽto q̃li
tatis quia eſt ens ratõnis: ergo male di
citur ꝙ fallacia eſt ydoneitas decipien-
di. Secuudo ſic impoſſibile eſt cre-
dere de non ente ꝙ ſit ens quia nullus
poteſt credere ꝙ vnum contradictorio-
rum verificetur de alio: cum non poſſit
credere duo cõtradictoria ſimul eſſe ve-
ra vel falſa: ergo fallacia non facit cre-
dere de non ente ꝙ ſit ens. Tercio
ſic omnis fallacia eſt in illo qui decipit̃
cum ſit deceptio quedaꝫ: ergo nulla eſt
in dictione vel extra dictioneꝫ. Quar
to ſic omne argumentuꝫ ſophiſticum fit
de rebus ⁊ per voces: ergo omnis falla
cia ⁊ deceptio eſt in rebus ⁊ dictionib⁹
ergo nulla eſt in dictionibus tantum.

Quinto ſic fallacia amphibologie ca
pit ſuam cauſaꝫ apparentie ex parte ora
tionis tantum ⁊ non ex parte dictionis
⁊ ſimiliter compoſitio ⁊ diuiſio: ergo ma
le ponuntur fallacie in dictione. Ad
primum dicitur ꝙ licet ydoneitas deci-
piendi ſe tenens ex parte intellectus ſit
naturalis potentia non tamen ydonei-
tas decipiendi que ſe tenet ex parte reꝝ
vel dictionum. ſed eſt naturalis poten-
tia tantum ſm̃ modum: cum ſit ens rati
onis conſequens dictiões que ſunt ſig
na rerum vel aliqui reſpectus reruꝫ qui
ſunt entia rationis ⁊ de tali ydoneitate
intelligitur ꝙ fallacia eſt ydoneitas de-
cipiendi ⁊ talis non eſt in aliquo predi
camento. Ad ſecunduꝫ dicitur ꝙ de
nõ ente capto formaliter ſub forma nõ
entis non poteſt credi ꝙ ſit ens vel ecõ
tra tamen de non ente capto materiali-
ter aliquis poteſt credere q̃ꝫ ſit ens ⁊ de

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ente' ꝙ ſit non ens. Ad terciuꝫ dicitᷓ ꝙ ſi capiatur fallacia vt eſt effectus paralogiſmi ⁊ deceptō reſpondentis ſic eſt in decepto ſemper. ſed ſi capiatur pro loco ſophiſtico qui eſt principium paralogiſmi vt hic ſumitur ſic non eſt in decepto ſed eſt in rebus vel in dictione ſecundum ſuam cauſam apparentie.

Ad quartuꝫ dicitur ꝙ licet fallacia fiat de rebus ⁊ in dictione non tamen q̃libet ſumit ſuam cauſam apparentie in rebus ⁊ in dictione ſimul. ſed aliqua in rebus tantum: alia vero in dictione tm̃ ⁊ per hoc ſumitur hec diuiſio. Ad quintuꝫ dicitur ꝙ ſi capiatur dictio pro voce incomplexa tantū vt diſtinguitur contra orationeꝫ ſic amphibologia non fit in dictione. ſed ſi capiatur dictio pro voce ſignificatiua que dicendo profertᷓ ſiue ſit cōplexa ſiue incōplexa ſic amphibologia fit in dictione. et hoc modo ſumitur hic dictio.

m Ultiplex. Poſtq̄ꝫ auctor determiauit de diuiſione fallacie in cōmuni ⁊ de diſtinctōe fallaciarum in dictione: quarum numerus et ordo ſumitur ſecundū diuerſos modos multiplicꝭ hic conſequēter declarat mōs multiplicis ad maiorē declaratōem illi⁹ numeri ⁊ ordinis fallaciarū in dictione. Et eſt multiplex dictio vel oīo vero vel apparenter plura ſignificans ⁊ ſic ad aliquod multiplex ſēper requiritur vnitas vocis ⁊ pluralitas ſignificatoruꝫ: ⁊ dicitᷓ multiplex quaſi multa plicans in vnum quia in vna voce multa plicantur ſignificata: ſed diuerſimode tamē ſecundū diuerſas rationes multiplicis. Prīo ſciendum ꝙ multiplex diuiditur ꝑ multiplex actuale potētiale et fantaſticum: quoruꝫ ſic habetur ſufficiencia: quia in omni multiplici eſt vnitas vocis cum pluralitate ſignificatorū: vel ergo habꝫ plura ſignificata ſimpliciter vel apparenter tantuꝫ. ſi ſm ſic eſt multiplex fantaſticum. ſi primuꝫ hoc eſt dupliciter: vel tale multiplex habet actualem vnitateꝫ vocis ⁊ ſic eſt multiplex actuale: vel potentialeꝫ tantum ⁊ ſic eſt potentiale: ⁊ quia mltiplex dicitur quaſi in vnum multa plicās ſignificata: ⁊ perfectius vniūtur plura ſignificata in multiplici actuali vbi eſt actualis vnitas vocis q̃ꝫ in potentiali vbi eſt potentialis vnitas tantum ⁊ in potentiali veriori modo multa in vnum plicantur q̃ꝫ in fantaſtico vbi ſolum plura ſunt ſignificata apparenter tantum. ideo iſtorum multiplicium actuale precedit potentiale ⁊ potentiale fantaſticum. ⁊ hinc eſt ꝙ fallacie peccantes ſm multiplex actuale precedunt alias. Secundo ſciendum ꝙ multiplex actuale eſt dictio vl' oratio vna ſm ſubſtantiam et modum proferendi diuerſa ſignificans. exemplum de dictione vt canis. exemplum de oratione vt liber ariſtotelis. vnde in dictione vel oratione dictio ſe habet vt materia ⁊ ſubſtantia et modus proferendi ſe habet per modum forme. ideo dictio vna ſm ſubſtantiam ⁊ modum proferendi eſt materialiter ⁊ formaliter. ⁊ quia a forma ſumitur actualis vnitas rei ideo tal' vox eſt actualiter vna et inde vocatur multiplex actuale et tale multiplex pōit ſimul et in actu omnia ſua ſignificata ſicut hoc nomen canis ſimul ⁊ in actu dat intelligere ſua ſigniifcata: ⁊ nō tamen ponit ea copulatiue vel diſiunctiue qꝛ ſi poneret ea copulatie: tunc iſta oratio canis currit eſſe equiualenter vna copulatiua ⁊ tunc vel ambe partes eſſent ſimul vere ⁊ tūc eſſet ſimpliciter vera ⁊ nō diſtinguēda ſed ſimpliciter concedenda vel aliqua pars eſſet falſa ⁊ tunc tota copulatiua eſſet falſa ⁊ ſimpliciter neganda ⁊ non diſtinguenda. Et ſi poneret ea diſiunctiue illa propoſitō equiualeret vni diſiunctiue. vel ergo aliqua pars eſſet vera ⁊ tunc eſſe ſimpliciter concedenda quia hoc ſufficit ad veritatem diſiunctiue. vel ambe partes eſſent ſimpliciter falſe et ſic eſſet ſimpliciter falſa et nunquam eſſet diſtinguenda quod eſt contra illud quod dicetur in ſolutione paralogiſmoꝝ equiuocationis: ⁊ ideo tale multiplex actuale licet ponat omnia ſua ſignificata in actu ⁊ coniunctiꝫ vt vniuntur in vna voce nō tamen copulatiue vel diſiunctiue. Tercio ſciendum ꝙ multiplex potentiale eſt dictio vel oratio eadem ſecundū vocem et diuerſa ſecundum modum proferendi plura ſignificans: exemplum de dictione vt populus qui cum habet primam breuem ſignificat collationem gentis: ⁊ cum habet primam longam ſignificat arboreꝫ quādaꝫ. Exempluꝫ de oratione vt ſortes currens neceſſario currit quia ſecundum diuerſos mōs proferendi neceſſario poteſt referri ad currens vel etiaꝫ ad currit et ſic ibi ſunt diuerſa ſignificata ſecūduꝫ compoſitionem ⁊ diuiſionem: et quia in tali multiplici eſt tantū vnitas materie ⁊ vocis ⁊ non eſt vnitas forme vel modi proferendi a qua vnitate forme ſumatur actualis vnitas dictionis: ideo talis dictō vel oratio eſt tātum potentialiter vna et non actualiter. vnde dicitᷓ multiplex potentiale quia ibi plicantur multa ſignificata in voce que eſt tantum potentialiter vna. Quarto ſciendum ꝙ multiplex fantaſticum eſt dictio vnum ſignificans que videtur aliud ſignificare propter cōuenientiā eius in parte cum alia dictōne ſicut vigere ſignificat ſimpliciter q̄litateꝫ quia ſignificat habere vigorem. ſed quia ſimiliter termīatur ſicut agere ⁊ agere ſignificat actioneꝫ ideo vigere videtur ſignificare actionem licet tamen non ſignificet. Et dicitur tale multiplex fantaſticuꝫ quia talis dictio ſecundum veritateꝫ nō habet plura ſignificata ſed ſoluꝫ ſecūduꝫ fantaſticam apparentiam. Dicitur enim fātaſia a fanos quod eſt apparitio eo ꝙ ſecundum fantaſiaꝫ fiunt multe apparitiones: ideo fantaſticum idem eſt quod apparens. Contra predicta arguitur primo ſic vnius ſigni eſt tantum vnum ſignificatum: quia ab vnitate ſignificati ſumitᷓ vnitas ſigni: ergo vna dictio vel oīo non poteſt plura ſignificare: ergo cōtra diffinitionem multiplicis. Secundo ſic ſicut ſe habent actus et potentia ita actuale ⁊ potentiale: ſed potentia precedit actum: cum aliquid prius ſit in potentia q̃ꝫ in actu: ergo multiplex potentiale precedit actuale ⁊ non econtra.

Tercio ſic ſignificatio eſt forma eſſentialis dictionis: ergo dictio vel oratō plura ſignificans eſt diuerſa formaliter ergo multiplex actuale non eſt formaliter vna dictio ⁊ actualiter plura ſignificans ſed eſt formaliter diuerſa. Quarto ſic de rōe multiplicis eſt pluralitas ſꝫ maior eſt pluralitas ⁊ actualior qn̄ dictio vel oīo eſt diuerſa ſm modū ꝓferendi ⁊ ſecundum ſignificata q̃ꝫ quando ſolum plura ſignificat: ergo tale multiplex magis debet dici actuale q̃ꝫ illud vbi eſt ſolum pluralitas ſignificatorum

Quīto ſic in omni multiplici eſt pluralitas ſignificatoruꝫ: ſed multiplex fantaſticum non habet plura ſignificata: q̃re non eſt diſtingueudum. ergo male dicitur ꝙ multiplex fantaſticum eſt vnum multiplex. Ad primum iſtorum dicitur ꝙ licet ab vnitate ſignificati ſumatur vnitas formalis ſigni non tamen vnitas materialis: ſed ex parte ipſius vocis que efficitur ſignum. ideo vnum ſignum matarialiter poteſt habere diuerſa ſignificata: quamuis non ſit vnuꝫ formaliter ⁊ inquantum eſt ſignuꝫ. Ad ſecundum dicitur ꝙ licet in eodem potentia precedat actum: non tamen in diuerſis. ſed actus ſimpliciter precedit potentiam: ideo actuale precedit potentiale in diuerſis ⁊ ſic eſt in propoſito.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ad terciuȝ iſtorum dicitur ꝙ ſi conſideretur dictio in ratione ſigni tunc ſignificatō eſt forma eſſentialis eius: quia reponit eam in eſſe ſigni. Sed ſi conſideretur ꝗtum ad vocem que vox dicendo profertur vnde dicitur dictio ſic ſignificatio non eſt forma eſſentialis eius: ſed modus proferendi ⁊ ſignificatio eſt forma accidentalis et hoc modo hic dr̃ dictio vel oratio vna inquantum habet reſpectum ad talem formaȝ: ideo multiplex actuale poteſt eſſe dictio actualr̃ vna plura ſignificans. Ad quartuȝ dicitur ꝙ ad multiplex actuale non ſufficit actualis pluralitas ſignificatoruȝ ſed cum hoc requiritur actualis vnitas vocis: ideo licet multiplex potentiale habeat pluralitateȝ actualem ſignificatoꝝ forme vocis: tamen non habet actualē vnitateȝ vocis. ideo nō. debet dici mul plex actuale. Ad quintuȝ dicitur ꝙ multiplex fantaſticum non habet plura ſignificata ſecundum rem: ſed bene ſcđȝ apparentiam ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ ſit multiplex fantaſticum.

Seqr̃ de fallacia eq̃uocatōis.

Equiuocatio. Poſtꝗ auctor determinauit de numero fallaciarum in dictione ⁊ de modis multiplicis valentibus ad cognitionem illius numeri: hic conſequenter in ſpeciali determiat de qualibet fallaciaꝝ in dictione: ⁊ primo de fallacia equiuocatiōis que per hoc ꝙ peccat ſm̃ multiplex actuale precedit ōnes alias ꝑccantes ſecunduȝ multiplex potentiale ⁊ fantaſticum ⁊ diſtiguitur ab ipſis ⁊ per hoc ꝙ peccat ſecundum multiplex actuale dictōnis diſtinguit̃ ab āphibologia que peccat ſecundum multiplex actuale orationis: ideo auctor primo determiat de fallacia equiuocationis primo ſic diffiniens equiuocationem. Equiuocatio eſt quando dictio actualiter vna plura ſignificat vt canis ſignificat canem latrabileȝ piſcem marinum ⁊ ſidus celeſte. Et dicit̃ actualiter vna ad differentiam accentus in quo dictio potentialiter vna plura ſignificat. ⁊ eſt duplex equiuocatio. ſ. a caſu ⁊ a conſilio vt dictum eſt in antepredicamentis. ⁊ ſm̃ talem equiuocationem ſumitur fallacia equiuocationis. Primo ſciendum ꝙ cauſa apparentie huius fallacie eſt actualis vnitas dictionis plura ſignificantis propter quam vnitatem credimus ꝙ ſicut dictio eſt actualiter vna ſecundum vocem ꝙ habeat vnum ſignificatum. Et ſumitur hec maxima vnius vocis in actu eſt tantum vnum ſignificatum Sed eius cauſa deffectus eſt pluralitas ſignificatorum dictionis vnius ſecunduȝ actum. Et ſecundum has cauſas dupliciter diffinitur fallacia equiuocatōnis. Primo ſic ex parte cauſe apparētie ꝙ eſt ydoneitas decipiendi proueniens ex actuali vnitate dictionis plura ſignificantiſ. Et ex parte cauſe deffectus diffinitur ſic ꝙ eſt d̄ceptio proueniens ex pluralitate ſignificatorum dictionis actualiter vnius. prima tamen diffinitio melior eſt: quia diffinitur fallacia in ratione principij ⁊ loci ſophiſtici: in ſecunda vero vt cauſatur mediante ſilogiſmo ſophiſtico. Secundo ſciendum eſt ꝙ fallacie equiuocatōis tres ſunt modi vl' ſpecies. primus modus ſumitur quando. ſ. dictio actualiter vna principaliter ⁊ ſm̃ impoſitionem plura ſignificat vt canis ſignificat ex impoſitione ei⁹ plura ſignificata ⁊ hoc verbum diſcere vno modo idem eſt ꝙ docere ⁊ dare diſciplinam. Alio modo idem eſt quod doceri ⁊ ſuſcipere diſciplinam: ⁊ ſecunduȝ hūc modum ſic paralogizatur. Quicunqȝ diſcunt ſunt ſapientes. ignorantes diſcunt: ergo ignorantes ſunt ſapientes. Soluitur ſic vtraqȝ premiſſarum eſt duplex: quia diſcere poteſt capi pro docer̃ vl' pro doceri: ſi in vtraqȝ premiſſarum capiatur pro docere ſic maior eſt vera et minor eſt falſa: ⁊ ſequitur concluſio. Sed ſi in vtraqȝ teneatur pro doceri tunc maior eſt falſa et minor vera. ⁊ iterum bene ſequitur concluſio: ſed ſicut ipſa eſt falſa ita ⁊ aliqua premiſſaruȝ. ⁊ iſtis duobus modis eſt bonus ſilogiſm⁹: ⁊ nō cōmittitur fallacia eq̃uocatōis. Si autem in maiori teneatur ꝓ docere ⁊ in minori pro doceri: vtraqȝ premiſſarum eſt vera nec ſequitur concluſio ſed committitur fallacia equiuocationis propter equiuocationem medij: et ideo ibi non eſt bonus ſilogiſmus. qꝛ non eſt vnitas medij ſecundum rem: nec ibi ſunt tres termi tantum. et huius modi multa exempla ponuntur in textu. Tercio ſciendum ꝙ ſecundus modus ſumit̃ q̃ndo dictio actualr̃ vna vnuȝ ſignificat p̄ncipaliter ⁊ aliud tranſſumptiue: vt ridere principaliter ſignifcat apertionem ⁊ actū oris et tanſſumptiue floritionem prati. et currere principaliter ſignificat motuȝ velocem pedum animalis: et tanſſumptiue ſignificat fluxum aque. Et ſecunduȝ hūc moduȝ ſic paralogizatur. Quicquid currit habet pedes: aqua currit. ergo aqua habet pedes. Solutio vtraqȝ premiſſarum eſt duplex: quia currit poteſt capi ꝓprie ⁊ tranſſumptīe: ſi capiatur in vtraqȝ premiſſarum proprie maior eſt vera ⁊ minor falſa. ⁊ ſi in vtraqȝ teneatur trāſſumptiue ſic maior eſt falſa ⁊ mior vera ⁊ hijs duobus modis neceſſario ſequitur concluſio ⁊ eſt bon⁹ ſilogiſmus. ſed ſi in maiore accipiatur proprie et in minori tranſſumptiue tunc ambe premiſſe ſunt vere: nec ſequitur concluſio: ſed committitur fallacia equiuocationis propter equiuocationem medij. Et in iſtis paralogiſmis quando eſt equiuocatio in medio quod ponitur in vtraqȝ premiſſarum ſic vtraqȝ premiſſarum eſt diſtinguenda. Sȝ q̃ndo equiuocatio eſt in maiori extremitate ſolum tunc debet diſtingui maior premiſſa ⁊ concluſio in quibus ponitur maior extremitas. Et quando eſt in minore debet diſtingui minor premiſſa cum concluſione. Quarto ſciendum ꝙ tercius modus eſt quando dictio ſimplex tantum vnuȝ ſignificat ⁊ tamen compoſita plura ſignificat vt mortale tantum vnum ſignificat. ſ. aptum natum mori: ⁊ tamē immortale plura ſignificat ꝓ hoc ꝙ hec propoſitio in addita mortali poteſt negare actum tantum et relinquere aptitudinem: ⁊ ſic immortale ſumitur p̄uatiue. vel poteſt negare actum ⁊ potentiam ſimul: ⁊ ſic immortale tenetur negatiue. Et ſecundum hunc moduȝ paralogizatur ſic. Omne immortale eſt perpetuum: potens non mori eſt immortale. ergo potens non mori eſt perpetuuȝ qđ eſt falſum. Soluitur ſic: vtraqȝ premiſſarum eſt diſtinguenda: qꝛ immortale poteſt capi negatiue ⁊ priuatiue. ſi in vtraqȝ capiatur nagatiue maior eſt vera et minor falſa: ſi in vtraque priuatiue eſt econtra: ⁊ ſemper eſt bonus ſilogiſmus Sed ſi in maiore teneatur negatiue et in minori priuatiue vtraqȝ premiſſarum eſt vera ⁊ non ſequitur concluſio impediente fallacia equiuocationis ⁊ ſimiliter de iſta dictione incorruptibile fieret paralogiſmus. Et horum modorum ſic habetur ſufficientia: quia om̄is modus equiuocationis vel eſt ſecundum equiuocationem dictionis compoſite et ſic eſt tercius modus. vel ſimplicis et hoc eſt dupliciter vel talis equiuocatio prouenit ex impoſitione dictionis ad plura ſignificata ⁊ ſic eſt primus modus. vel ex tranſumptione ⁊ ſic eſt ſecundus modus. Contra predicta arguitur primo ſic iſta dictio homo actualiter vna plura ſignificat quia ſignificat ſortē platonem ⁊ ceteros homines: cum repre-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſentet ipſos ⁊ tamen ibi non eſt equiuocatio: ergo contra diffinitionem equiuocationis. Secundo ſic vnitas dictionis plura ſignificantis eſt cauſa cognitiōis plurium ſignificatorum ⁊ magis cauſet cognitioneꝫ ꝙ̄ dictio vniuoca: ergo ipā non eſt cauſa deceptionis vel fallacie.

Tercio ſic diuerſitas ſignificatoruꝫ ſe tenet ex parte rei: ergo ſi iſta diuerſitas ſit cauſa defectus fallacie equiuocationis ſua cauſa defectus erit extra dictionem: ergo non erit fallacia in dictiōe

Quarto ſic arguendo ſic omnis canis currit: quedem ſtella eſt canis. ergo quedaꝫ ſtella currit: in maiore canis diſtribuitur pro omnibus ſuis ſuppoſitis: ergo illa ſimpliciter eſt falſa et debet negari: ergo plures paralogiſmi in primo modo huius fallacie non debēt ſolui ꝑ diſtinctionem vt dictuꝫ eſt. Quinto ſic analogum per ſe poſitum ſtat ꝓ ſuo ſignificato famoſiori: ergo dictio ſignificans vnum principaliter ⁊ aliud ex cōſequenti ſemper ſumitur pro principaliori ſignificato: ergo non poteſt teneri equiuoce: et per conſequens ꝑalogiſmi ſecundi modi non debent ſolui per diſtinctionem: ſed negando aliq̄ꝫ premiſſarum. Ad primum dicitur ꝙ̄ hec dictio homo non repreſentat vel ſignificat particulares homines ſecundum ſe ſed ſolum inquantum cōueniunt in cōi conceptu hominis: ideo non ſignificat ipſos ſub modo pluriuꝫ ſed ſolum vt cōueniunt in vno: quia primo et per ſe hō ſignificat hominē in communi. Ad ſecunduꝫ dicit̄ ꝙ vnitas dictiōis plura ſignificātis reſpectu cognoſcētis plures ſignificationes eius eſt cauſa cognitōis ſed reſpectu ignorantis diuerſas ſignificationes eius eſt cauſa deceptionis.

Ad tercium dicitur ꝙ omnes fallacie generaliter conueniunt in illo cōi. ſ. ꝙ habent cauſam defectus ex parte rei ideo non dicuntur in dictione vel extra dictionem ex parte cauſe defectus: ſed tantum ex parte cauſe apparentie que quandoqꝫ eſt in dictōe ⁊ quandoqꝫ in re. ideo lꝫ cauſa defect⁹ equiuocatōis ſit in re non propter hoc eſt fallacia extra dictōeꝫ. Ad Quartum dicitur ꝙ ibi canis diſtribuitur pro omnibus ſuppoſitis vnius ſuorum ſignificatorum: ſed non pro ſuppoſitis omnium ſuorum ſignificatorum. Cuius ratio eſt. quia terminus equiuocus vnica diſtributione diſtribui non poteſt pro ſuppoſitis plurium ſignificatorum. quia vnitas diſtributionis preſupponit vnitatem ſignificationis. ideo ſecundum ꝙ iſte terminus poteſt capi pro diuerſis ſignificatis poteſt diuerſimode diſtribui ꝓ ſuppoſitis illorum. ideo talis propoſitio eſt diſtinguenda. Ad quintum dicitur ꝙ propoſitio in qua ponitur analogum non eſt neceſſario diſtinguēda ſed quoad bene eſſe et ad clariorem ſolutioneꝫ et cognitionem paralogiſmi melius eſt eam diſtinguere quam concedere vel negare ſimpliciter. et dato ꝙ eſſet vera pro vtroqꝫ ſenſu vel falſa adhuc poſſet diſtingui a reſpondēte. ne ipſe videret̄ ignorare multiplicitatem ⁊ equiuocationem dictionis vel orationis.

a

AMphibologia eſt. Poſtq̄ꝫ autor determiauit de fallacia equiuocatiōis que fit ſecundū multiplex actuale dictōis. hic conſequēter determiat de fallacia amphibologie que fit ſecundum multiplex actuale orationis. primo ſic diffiniens amphibologiam. Amphibologia eſt multiplicitas orationis vnius ⁊ eiuſdem ſm ſubſtantiam ⁊ materiam ⁊ formam. ſiue ſm litteras et ſillabas ⁊ modum proferendi. eſt eniꝫ amphibologia quādo oratio actualiter vna plura ſignificat. vt hec oratio liber ariſtotelis manens actualiter vna plura ſignificat. ꝑ hoc ꝙ ille genitiuus ariſtotelis poteſt conſtrui in habitudine cauſe efficientis: vel in habitudine proceſſionis. ⁊ etiā cauſe finalis. Et oportet ꝙ talis multiplicitas primo proueniat ex parte orationis ⁊ non propter multiplicitateꝫ alicuius ſuorum terminorum abſolute: ſed ꝙ proueniat ratione compoſitionis terminorum. Et dicit̄ amphibologia ab amphi quod eſt dubium. ⁊ bole quod eſt ſententia q̄ſi dubia ſententia vel dubius ſermo. ſententia enim proprie eſt orationis ⁊ ſignificatum vel ſignificatio eſt dictionis incomplexe. ⁊ ſm talem amphibologiam ſumit̄ vna fallacia ſpecialis diſtincta ab alijs ꝑ hoc ꝙ habet ſpeciales cauſas apparentie ⁊ defectus. Primo ſciendum eſt ꝙ cauſa apparentie huius fallacie eſt actualis vnitas oratōis diuerſa ſignificantiſ. ꝓpter quam vnitatem credimus ꝙ ſicut talis oratio habet vnitatem vocis et modi proferendi: ꝙ ita habeat vnicum ſignificatum. Et per hoc ſumitur vna maxima in hac fallecia in qua fundantur omnes paralogiſmi huius fallacie. ſꝫ eius cauſa defectus eſt diuerſitas ſignificatoruꝫ eiuſdem orationis. Et ſm has cauſas hec fallatia duobus modis diffinitur. Ex parte cauſe apparentie primo ſic diffinitur. Fallacia amphibologie eſt ydoneitas decipiendi proueniens ex actuali vnitate orationis plura ſignificantis. et ex parte cauſe defectus diffinitur ſic. ꝙ eſt deceptio proueniens ex multiplicitate ſenſuum eiuſdem orationis. Secundo ſciendū ꝙ huius fallacie ponuntur tres modi communes ſicut in fallacia equiuocationis. Primus modus eſt: quando oratio actualiter vna principaliter plura ſignificat vt iſta oratio. contingit tacentem dicere quia tacenteꝫ poteſt regi de li dicere a parte ante in ratione ſuppoſiti. ⁊ eſt ſenſus ꝙ tacēs dicit aliquid vel poteſt regi a parte poſt in ratiōe appoſiti. ⁊ ſic eſt ſenſus. contingit dicere aliquem eſſe tacentem. ⁊ ſimiliter de iſta contingit cecum videre. ſecundum quā ſic paralogizatur. Quemcumqꝫ contingit videre contingit habere viſum. ſed contingit cecum videre. ergo contingit cecum habere viſum. Solutio. Minor eſt duplex quia cecum poteſt ſupponere huic verbo videre: ⁊ eſt ſenſus ꝙ cecus poſſit videre: ⁊ ſic minor eſt falſa. ⁊ bene ſequitur concluſio: nec committitur aliqua fallacia. vel poteſt apponere huic verbo videre: ⁊ eſt ſenſus ꝙ cōtingit videre aliqueꝫ cecuꝫ. ⁊ ſic non ſequit̄ cōcluſio. quia cecum in minore ponitur ex parte medij ⁊ in concluſione ex parte minoris extremitatis. Similiter ſolueret̄ iſte paralogiſmus. Quemcūqꝫ contingit dicere contingit loqui. tacentem contingit dicere: ergo tacentē cōtigit loq̇. ⁊ ſimiliter iſte. Quoſcunqꝫ vellē me accipere vellem vt ipſi acciperent me. inimicos vellem me accipere ergo vellem vt inimici acciperent me. Tercio ſciendum ꝙ ſecundus modus eſt quando oratio actualiter vna principaliter vnum ſignificat ⁊ tranſumptiue aliud ſicut hec orō littus arat̄ ꝓprie ſignificat terrā aratro ſcindere. ⁊ tranſumptiue ſignificat opaꝫ ꝑdere. ⁊ ſimiliter lauare matereꝫ: de q̄ ſic ꝑalogizatur. Quicūqꝫ lauat laterē hꝫ aquaꝫ. caſtigans mulierez lauat latereꝫ

ergo caſtigans mulierem habꝫ aquam. Soluitur ſic vtraqꝫ premiſſarum eſt duplex. quia lauare lateremꝫ poteſt ſumi ꝓprie ⁊ tranſumptiue pro perdere opam ſi in vtraqꝫ teneatur proprie maior eſt vera ⁊ minor falſa. ⁊ ſi in vtraqꝫ tranſumptiue eſt econtra. ſed ſi in maiore teneatur proprie ⁊ in minore tranſumptiue vtraqꝫ premiſſarum eſt vera: ſed non ſequitur cōcluſio. ſꝫ committit̃ fallacia amphibolie iſto tercio modo: ⁊ non duobꝰ alijs. et ſimiliter ſoluitur iſte paralogiſmus. Quicūqꝫ haurit aquas cribro eſt iuxta aquam. ſꝫ clericus ſine libro addiſcens haurit aquaꝫ cribro ergo eſt iuxta aquaꝫ. Quarto ſcienduꝫ ꝙ terciꝰ modus huius fallacie ſumitur quando oratio ꝑ ſe ſumpta tm̄ vnum ſignificat. ⁊ cōpoſita cum alio plura ſignificat. vt iſta oratio aſini ſunt tantuꝫ vnuꝫ ſignificat ⁊ quando ſibi additur epiſcopi dicēdo aſini ſunt epiſcopi plura ſignificat. quia epiſcopi poteſt eſſe nominatiui caſus pluralis numeri. ⁊ conſtrui in habitudine cauſe formalis. vel poteſt eſſe genitiui caſus ſingularis numeri ⁊ conſtrui in habitudine cauſe finalis vel poſſeſſoris ⁊ ſimiliter de iſta. quod aliquis videt hoc videt ſecunduꝫ quaꝫ paralogizatur ſic. quod aliquis videt hoc videt. colūnam aliquis videt. ergo colūpna videt Soluitur ſic. Maior eſt duplex eo ꝙ hoc pronomē hoc poteſt ſupponere huic verbo videt. ⁊ tunc eſt ſenſus ꝙ aliquis videt hoc quod videtur videt et tunc bene ſubſumitur minor. ⁊ ſequitur concluſio. ⁊ ſicut ipſa eſt falſa ita ⁊ maior. ⁊ non committitur fallacia. vel poteſt apponi ſiue poni poſt illud verbuꝫ videt. ⁊ tunc maior eſt vera. ⁊ eſt ſenſus quod aliquis videt ipſe videt hoc et ſic non ſequitur concluſio ſꝫ committit̃ amphibologia. ⁊ ſimiliter diceret̃ de iſto paralogiſmo. quod aliqͣs ſcit hoc ſcit: ſeculuꝫ aliquis ſcit: ergo ſeculū ſcit. Soluitur eodeꝫ mō ſicut precedens. Unde iſtoruꝫ mōꝝ ſic poteſt dari ſufficiētia: ſicut de modis equiuocatōis. quia eodeꝫ modo ponunt̃. vnde iſtaruꝫ fallaciaꝝ ponunt̃ tres modi cōes. Primus eſt quando dictio vl̓ oratio principaliter plura ſignificat. Secūdus modus eſt qn̄ dictio vel oratio principaliter vnū ſignificat ⁊ aliud tranſumptiue. Terciꝰ modus eſt qn̄ dictio ſimplex vel oratio tm̄ vnuꝫ ſignificat. iuncta vero cuꝫ alio plura ſignificat. Contra predicta arguitur primo ſic. hec oratio canis currit actualiter plura ſignificat et tamen ibi nō eſt amphibologia ſꝫ equiuocatō. ergo contra diffinitōeꝫ amphibologie. Secundo ſic amphibologia eſt dubia ſentētia. ſꝫ in quolꝫ paralogiſmo cuiuſlibꝫ fallacie eſt dubia ſentētia. ḡ ſm amphibologiā non ſumit̃ vna fallacia ſpālis ab alijs diſtincta. Tercio ſic. oratio habēs vnicuꝫ ſenſuꝫ bene hꝫ actualeꝫ vnitateꝫ orōis. ⁊ tm̄ illa actualis vnitas non pōt pauſare fallaciam āphibologie. ergo actualis vnitas orationis non eſt cā apparētie huius fallacie. Quarto ſic. vna oratio tm̄ ſignificat compoſitōeꝫ ſuoꝝ extremoꝝ. ſꝫ cōpoſitio extremoꝝ ꝓpoſitōnis eſt tantū vna. qꝛ duoꝝ eſt tm̄ vna cōpoſitio. ergo nulla oratio principaliter plura ſignificat ergo contra primuꝫ modum huiꝰ fallacie.

Quinto ſic diuerſorum geneꝝ diuerſe ſunt ſpēs. ſꝫ equiuocatio et āphibologia ſunt diuerſa genera. ergo habēt diuerſas ſpēs ſub ſe. ⁊ non hn̄t aliquas mōs cōes ſicut dictuꝫ eſt. Ad primuꝫ iſtoꝝ dicit̃ ꝙ illa oratio canis currit plura ſignificat ex conſequēti rōe vnius termini equiuoci ſed non ſignificat plura primo ⁊ per ſe rōe multiplicitatis orationis. quod tamē requirit̃ ad amphibologiaꝫ. Ad ſecunduꝫ dr̃ ꝙ non quelꝫ dubia ſentētia dr̃ amphibologia. ſed ſolū dubia ſententia que prouenit prīo ex multiplicitate orationis ideo licet in paralogiſmis aliarum fallaciarum ſit dubia ſententia non tamen eſt amphibologia. quia illa interpretatio nō eſt conuertibilis. Ad tercium dicitur ꝙ non quelibꝫ actualis vnitas orationis ponitur cauſa apparentie huius fallacie. ſed ſolum actualis vnitas orationis plura ſignificantis. ad fallaciaꝫ enim ſemper oportet ꝙ habeat cauſam apparentie coniunctam cum ſua cauſa deffectus: que latet ſub tali apparentia. Ad quartum dicitur ꝙ licet duorum extremorum ſit tā tum vna compoſitio ſecundum numeruꝫ materialem: poſſunt tamen eſſe plures in ſpecie: ſecundum ꝙ duo extrema ſub diuerſis habitudinibus poſſunt inter ſe cōponi. ideo vna oratio poteſt principaliter habere plures ſenſus. Ad quintum dicitur ꝙ equiuocationis et amphibologie non ſunt ſimpliciter eedem ſpecies. ſꝫ ſunt aliquo modo ad inuicem ſimiles: eo ꝙ eodem modo diſtinguntur. vnde iſti modi communes aliter ſunt in equiuocatione ⁊ in amphibologia. quia vt fiunt in dictione ſunt modi equiuocationis et vt fiunt in oratione ſunt mōi amphibologie

Compoſitio eſt eorum.

c Poſtquam autor determinauit de fallacijs peccantibus ſecundum multiplex actuale ſcilicet de equiuocatione ⁊ amphibologia. hic conſequenter determinat de fallacijs peccantibus ſecunduꝫ multiplex potentiale in quibus ſolum eſt potentialis vnitas ipſius multiplicis. ratione cuius ſunt imperfectōres alijs: et inter illas primo determinat de fallacia compoſitionis. primo notificans quid ſit compoſitio ⁊ diuiſio. vnde vt ſufficit ad propoſitum compoſitio accipitur dupliciter. vno modo vt eſt ordinatō partium orationis ſecundum ſituꝫ magis debitum partibus in oratione poſitis. et ſic eſt in qualibet oratione compoſita vera vel falſa. ⁊ dicitur ſitus magis debitus q̃ magis occurrit intellectui. ⁊ magis conuenit dictionibus ſecundam ſuos modos ſignificandi ⁊ enunciandi. vt quādo determinatio deteminat ſuum determinabile eo modo magis eſt nata ipſuꝫ determinare. vel inter diuerſa determinabilia determinat illud quod magis habet determinare. Et econtra diuiſio eſt ordinatio partium orationis ſecundum ſitum minus debitum. Alio modo capitur compoſitio magis ſpecialiter vt ſolum reperitur in oratione compoſita falſa. ⁊ diuiſio in diuiſa falſa. ⁊ hoc modo ſic diffinitur. Compoſitio eſt eorum que diuidi debent falſa vnio. et diuiſio eſt eorum que componi debent falſa ſeparatio. Ubi primo ſciendum ꝙ a cōpoſitione vltimo modo capta denominatur fallacia compoſitionis. ⁊ a diuiſione ſumitur fallacia diuiſionis. ⁊ eſt fallacia compoſitionis ydoneitas decipiendi proueniens ex materiali vnitate orationis diuiſe vere cum compoſita falſa. Et eius cauſa apparentie eſt materialis vnitas orationis diuiſe vere cuꝫ cōpoſita falſa. ratione cuius creditur ꝙ ſicut oratio in ſenſu diuiſo eſt vera ſic in ſenſu compoſito: cum tamen ſit falſa. propter quam vnitatem etiam creditur ꝙ ſicut oratio compoſita falſa bene infert concluſionem: ꝙ ita diuiſa vera inferat ipſam. ⁊ ſic in paralogiſmis huius fallacie ratione diuiſe vere apparet ibi eſſe probabilitas premiſſarum. ⁊ ratione compoſite falſe apparet ibi eſſe bonitas conſequentie. Sed cauſa deffectus huiꝰ fallacie eſt diuerſitas ſignificatoꝝ oratōis diuiſe vere ⁊ cōpoſite falſe. Ex quibus apparet ꝙ paralogiſmi in quibus oratio diuiſa eſt vera ⁊ cōpoſita falſa fiunt ſm fallaciaꝫ compoſitōis. ⁊ econtra quando cōpoſita eſt vera ⁊ diuiſa falſa ſumit̃ falla diuiſiōis. Scd̄o ſciendū ꝙ huiꝰ falla compoſitiōis ſunt duo mōi

primus modus eſt quando vna deter-
minatio diuerſimode refertur et deter-
minat idem determinabile. ſecundum
quem ſic parologiꝫatur. omne rudibile
vel riſibile eſt aſinus. ſortes eſt rudibi-
lis vel riſibilis. ergo ſortes eſt aſinus.
Solutio. Maior eſt duplex: quia illa
coniunctio vel poteſt determinare rudi
bile vel riſibile tanq̃ partes ſubiecti v-
nius propoſitionis. ⁊ ſic coniungit inter
terminos ⁊ maior eſt compoſita ⁊ falſa
⁊ bene ſequitur cõcluſio. ⁊ eſt ſenſus ma
ioris. omne illud quod eſt rudibile vel
riſibile eſt aſinus. vel poteſt diſiungere
ipſa tanq̃ duo ſubiecta duarum propo-
ſitionum ⁊ ſic diſiungit inter propoſiti-
ones. et ſic maior eſt diuiſa vera. quia
eſt vna diſiũctiua cuius altera pars eſt
vera. ſed tunc non ſequitur concluſio.
ſed committitur fallacia compoſitionis
et poſſet etiam diſtingui minor. Et ſimi
liter hic. quecunqꝫ habent quatuor vni
tates ſunt quatuor. duo ⁊ duo non ha-
bent quatuor vnitates. ergo duo et duo
non ſunt quatuor. Solutio. Minor eſt
duplex: quia illa coniunctio ⁊ poteſt con
iungere inter terminos et ſic minor eſt
compoſita et falſa et ſequitur concluſio.
vel inter propoſitiones. et ſic minor eſt
diuiſa ⁊ vera cum ſit copulatiua cuius
ambe partes ſunt vere et ſic non ſequi-
tur concluſio. Et ſimiliter hic. omne poſ
ſibile poteſt eſſe verum. ſedentem cur-
rere eſt poſſibile. ergo ſedentem currere
eſt veruꝫ. et ſic iſta ſedens currit erit ve
ra. Solutio. Minor eſt duplex: quia il-
le modus poſſibile poteſt determinare
hoc dictum ſedentem currere acceptum
ſub compoſitione ſuarum partium. ⁊ ſic
eſt compoſita ⁊ falſa. et ſequitur conclu
ſio. vel acceptum ſub diuiſione earum-
dem partium et ſic eſt diuiſa et vera. et
non ſequitur concluſio. ſed committitur
fallacia. Tercio ſciendum ꝙ in ali-
qua propoſitione modali dictuꝫ ſumitur
ſub compoſitione: quando ſubiectum dic
ti ſecundum ſuum materiale et formale ſi
mul componitur cum predicato dicti. ⁊ ſu
mitur ſub diuiſione quando ſubiectum
ſecundum ſuum materiale tantum com-
ponitur cum predicato dicti. et ſecundum
ſuum formale ab ipſo diuiditur vt dicen-
do ſedentem currere eſt poſſibile. curre-
re poteſt componi cum ſedente pro ſuo
materiali et formali ſimul. ſ. pro ſubiecto
ſeſſionis: quod eſt ſuum materiale. et pro
forma ſeſſionis ſiue ſedentis: quod eſt ſu
um formale. et tunc eſt modalis compo-
ſita. et debet dictum continue proferri nõ
pauſando inter partes dicti. ſed ſi currere
componatur cum ſedente pro ſuo materi
ali tantum et non pro formali. tunc eſt di
uiſa. et debet proferri prolatione diſcon-
tinua faciendo pauſam inter ſedentem et
currere. et quando dictum ſtat ſub com-
poſitione ſubicitur pro ſe toto. eo ꝙ ſubi-
citur ſecunduꝫ quamlibet compoſitioneꝫ
que poteſt importari per ipſum. et quan-
do ſtat ſub diuiſione tunc ſolum ſubicitur
pro parte ſui et non pro ſe toto. vnde in
iſtis de poſſibili modales que fiunt ex ter
minis contrarijs vel oppoſitis: in ſenſu
compoſito ſunt falſe et in diuiſo ſunt vere
vt album eſſe nigrum eſt poſſibile. viden
teꝫ eſſe cecũ eſt poſſibile ens ⁊ nõ ens eſt
poſſibile. ⁊ ecõtra eſt de illis de ipoſſibili.
Quarto ſciendũ ꝙ ſecũdus modꝰ huiꝰ
fallacie ſumit quando vna detiatio refer
tur ad diuerſa determinabilia: vel vnum
determinabile ad diuerſas determinatio
nes. ſecundum quem ſic paralogiꝫatur.
Quicquid viuit ſemper eſt. ſortes viuit
ergo ſortes ſemper eſt. Solutio. Maior
eſt duplex. quia illa determinatõ ſemper
poteſt determinare hoc verbum eſt. et ſic
eſt compoſita ⁊ falſa: ⁊ ſequitur concluſio

Et dicitur tunc compoſita quia in oratio
ne aduerbium habet determinare princi
palius verbum. ⁊ quia illud verbum eſt
eſt principalius verbum in tali oratione
ideo aduerbium ponitur in ſitu magis de
bito quando refertur ad ipſum. vel poteſt
determinare hoc verbum viuit. et ſic ma-
ior eſt diuiſa ⁊ vera ⁊ non ſequitur con-
cluſio. Et ſimiliter hic. omne quod eſt ne
ceſſario eſt. ſortes eſt. ergo ſortes neceſſa
rio eſt. Solutio. Maior eſt duplex eo ꝙ
neceſſario poteſt determinare hoc verbũ
eſt ſecundo loco poſitum. et ſic eſt compo
ſita ⁊ falſa. et ſequitur concluſio. vel po-
teſt determinare hoc verbum eſt primo
poſitum ⁊ ſic eſt diuiſa ⁊ vera. nec ſequi-
tur concluſio. Contra predicta argui-
tur ſic. hic eſt compoſitio homo eſt anĩal
et tamen non falſe vnio diuidendorum
ergo male diffinitur compoſitio. Se-
cundo ſic. materialis vnitas orationis cõ
poſite et diuiſe eſt vnitas realis cum ſit
vnitas vocis. ergo ſi ſit cauſa apparentie
huius fallacie ſequitur ꝙ hec fallacia ſu
mit cauſam apparentie ex parte rei: et ſic
nõ erit fallacia in dictõe. Tercio ſic q̃n
do modus determinat dictum pro ſe toto
vel pro parte ſui ibi vna determinatio re
fertur ad diuerſa determinabilia quia to
tuꝫ dictũ ⁊ pars eiꝰ differunt. ergo p̃mus
modus non differt a ſecũdo. Quarto
ſic vnius determinationis eſt tantum v-
num determinabile ſicut vnius determi-
nabilis eſt tantum vna determinatio. er-
go eadem determinatio nunq̃ determi-
nat diuerſa determinabilia ⁊ ſic male po
nitur ſecundus modus. Quinto ſic ali
qui paralogiſmi fiunt in fallacia compo
ſitionis per hoc ꝙ coniunctio coniungit
inter terminos vel inter propoſitiones. et
tamen ille modus hic non ponitur. ergo
inſufficienter ponuntur modi huius fal-
lacie. Ad primum iſtorum dicitur ꝙ
ſi capiatur compoſitio pro vniõe affirma
tiua predicati cum ſubiecto ſic ibi eſt cõ
poſitio homo eſt animal. ſed ſi capiatur
compoſitio pro ordinatiõe partium ora
tionis in ſitu magis debito in oratione
compoſita falſa ſicut hic capitur compo
ſitio. ſic in illa propoſitione non eſt com
poſitio: neqꝫ hic eſt diuiſio vt hic capi-
tur. homo non eſt aſinus. Ad ſecun
dum dicitur ꝙ licet illa materialis vni-
tas ſit realis: tamen non conſideratur
hic in ratione rei: ſed in ratione ſigni ha
bentis plura ſignificata. ideo iſta cauſa
apparentie non ſumitur a parte rei.
Ad tercium dicitur ꝙ modus de-
terminans dictum pro ſe toto vel pro
parte ſui ſemper refertur ad idem deter
minabile: licet diuerſimode. quia ſemp
determinat ipſum dictum: ſed aliquan-
do determinat ipſum ratione totius. et
quandoqꝫ ratione partis. Ad quar
tum dicitur ꝙ licet vna determinatio in
vna acceptione intellectus non poſſit
referri ad diuerſa determinabilia. quia
non poſſunt ab vno intellectu plura ſi-
mul intelligi: tamen ſecunduꝫ plures ac
ceptiones intellectus que fiunt a pluri-
bus hoĩbus vel ab vno hoĩe ſucceſſiue
eadem determinatõ poteſt referri ad di
uerſa determinabilia. Ad quintum
dicitur ꝙ licet ille modus non enume-
retur explicite in textu: tamen intelligi-
tur implicite in primo modo. et paralo
giſmi facti fiunt ſecundum primum mo
dum huius fallacie vt prius patuit.

(f)Allacia diuiſionis.

f Poſtquam determinatum eſt
de fallacia compoſitionis. hic
conſequenter determinanduꝫ eſt de fal
lacia diuiſionis. Cuius ordinis ratio
eſt. quia fallacie adinuicem ordinantur
ſecundum ordinem ſuarum cauſarum
apparentie. ſic quod habentes perfecti
orem cauſam apparentie preponuntur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

aliíjs:ſed in fallacia compoſitionis mioꝛ
eſt cauſa apparentie quaꝫ in fallacia di
uiſiōis. qꝛ maioꝛ eſt apparētia ꝙ ſi oſ̄o
diuiſa ſit vera ꝙ compoſita etiaꝫ ſit ve
ra: ꝙ̄ econtra ſi compoſita ſit vera ꝙ di
uiſa ſit vera. eo ꝙ in diuiſa partes oꝛdi
nantur in ſitu minus debito. ⁊ in compo
ſita in ſitu magis debito: ⁊ maioꝛ eſt ap
parentia ſi oꝛatio in qua partes minus
debite oꝛdinantur ſit vera: ꝙ alia in qua
oꝛdinantur magis debite ſit v̄a ꝙ̄ econ
tra. ideo in fallacia compoſitionis ma-
ioꝛ eſt cauſa apparentie ꝙ̄ in fallacia di
uiſionis ratione cuius ei bene pꝛeponi
tur. Pꝛimo ſciendum ꝙ fallacia diui
ſionis eſt ydoneitas decipiendi pꝛoue-
niens ex materiali vnitate oꝛationis cō
poſite vere cum diuiſa falſa. ⁊ eius cau-
ſa eſt illa materialis vnitas oꝛationis
compoſite vere et diuiſe falſe. propter
quam vnitatem credimus quod ſicut il
la oꝛatio eſt vera in ſenſu compoſito ꝙ
etiam ſit vera in ſenſu diuiſo. cum tamē
in illo ſenſu ſit falſa. ⁊ etiam pꝛopter illā
vnitatem credimus: ꝙ ſicut diuiſa falſa
bene infert concluſionem ꝙ etiam com
poſita vera bene inferat concluſionem:
Et ſic ex parte compoſite vere ſumitur
apparens pꝛobabilitas pꝛemiſſarum et
ratione diuiſe falſe apparet pꝛobabili-
tas conſequentie. ſed cauſa deffect⁹ hu-
ius fallacie eſt diuerſitas ſignificatoꝛuꝫ
oꝛationis compoſite ⁊ diuiſe. Secun
do ſciendum ꝙ oꝛatio compoſita ⁊ diui
ſa dupliciter inter ſe differunt. primo qꝛ
in oratione compoſita partes oꝛdinan-
tur ſecundum ſitum magis debitum id
eſt ſecunduꝫ ſitum in quo de virtute ſer
monis citius accipiuntur. ſed in oꝛatio-
ne diuiſa partes oꝛdinantur ſecundum
ſitum minus debitum. Secunda diffe-
rentia ſumitur ex parte modi pꝛoferen-
di. nam oꝛatio compoſita habet pꝛoſer
ri pꝛolatione continua. et oꝛatio diuiſa

habet pꝛoferri pꝛolatione diſcontinua.
diſcontinuando dictiones que abinui-
cem diuiduntur. et hec ſecunda differen-
tia eſt ſignum pꝛime. vt dicendo. omnis
pꝛopoſitio vera eſt. ſi vera ponatur in ſub
iecto ſic illa oꝛatio eſt diuiſa ⁊ vera. ⁊ de-
bet pꝛoferri pꝛolatione diſcontinua. faci-
endo pauſam inter ſubiectum ⁊ verbum
ſed ſi teneatur ex parte pꝛedicati eſt com
poſita ⁊ falſa. ⁊ debet pꝛoferri pꝛolatione
continua. Tercio ſciendum ꝙ huius
fallacie duo ſunt modi. pꝛimus modus
eſt quando eadem determinatio diuerſi
mode determinat idem determinabile. ſe
cundum quem modum ſic paralogizatur
omne quod impoſſibile eſt eſſe albuꝫ. im
poſſibile eſt recipere albedinem. ſed ni-
grum eſſe album eſt impoſſibile. ergo ni-
grum recipere albedinem eſt impoſſibile
quod eſt falſum. Solutio. Minoꝛ eſt du
plex. quia illud dictum album eſſe nigruꝫ
poteſt diuerſimode determinari per illuꝫ
modū ipoſſibile. vno mō inquantum ſtat
ſub cōpoſitione. ⁊ ſubicit̄ ſm ſe totuꝫ ⁊ ſic
mioꝛ eſt cōpoſita ⁊ v̄a ⁊ nō ſequit̄ cōclu
ſio. ſed committitur iſta fallacia. Alio mo
do poteſt determinari vt accipitur ſub di
uiſione ſuarum partium. et ſubicitur pꝛo
parte ſui ſcilicet pꝛo compoſitione ſui pꝛe
dicati cum materia ſui ſubiecti. et ſic eſt
diuiſa falſa: et bene ſequitur concluſio.
Et ſimiliter diſtingueretur iſti paralogiſ-
mi. ſedentem currere eſt impoſſibile. om-
ne album eſſe coloꝛatum eſt neceſſarium.
et ſic de aliíjs modalibus que in ſenſu di-
uiſo ſunt falſe et in ſenſu compoſito ſunt
vere. Aliter ſic paralogizatur. quicquid
eſt tantumdem et amplius eſt equale al-
teri. ſed magis eſt tantumdeꝫ et amplius
ergo maius eſt equale. Solutio. minoꝛ
eſt duplex. quia illa coniunctio et poteſt
coniungere inter terminos. ⁊ determinare
illa que coniūgit tanꝙ̄ partes vnius p̄di
cati. ⁊ ſic minoꝛ eſt compoſita ⁊ vera. ⁊ nō

ſequit̄ cōcluſio. vel poteſt cōiungere inter
pꝛopoſitiones ⁊ coniungere ea que ꝑ eaꝫ
copulāt̄ur tanꝙ̄ diuerſa pꝛedicata pluriuꝫ
pꝛopoſitionum. ⁊ ſic minoꝛ eſt diuiſa ⁊ fal
ſa. quia eſt vna copulatiua cui⁹ vna pars
eſt falſa ⁊ hoc modo ſequitur concluſio. ⁊
econtra dicendum eſt de maioꝛe. Simili-
ter ſoluitur iſte ꝑalogiſm⁹. quecūqꝫ ſunt
duo ⁊ tria ſunt paria ⁊ imparia. ſed quiqꝫ
ſunt duo ⁊ tria: ergo quiuqꝫ ſunt paria et
imparia. ⁊ ſimiliter eſt hic omne animal
eſt ſanum vel egrum. ſed non omne anīal
eſt ſanum. ergo omne animal eſt egrum.
Solutio. hec coniunctio vel poteſt couiū
gere inter terminos ⁊ ſic maioꝛ eſt compo
ſita et vera. vel inter pꝛopoſitiones et ſic
eſt diuiſa ⁊ falſa. Quarto ſciënduꝫ ꝙ
ſecundus modus eſt: quando aliqua de-
terīatio poteſt determinare plura deter
minabilia. vel idem determinabile poteſt
determinari a diuerſis determinationib⁹
ſecundum quem modum ſic paralogizat̄
nullus hodie natus fuit heri. homo decē
annoꝛum eſt hodie natus. ergo non fuit
heri. Solutio. minoꝛ eſt duplex: quia hoc
aduerbium hodie poteſt determinare na
tus. ⁊ ſic eſt diuiſa ⁊ falſa. ⁊ bene ſequitur
concluſio. vl̄ poteſt deterīare hoc verbuꝫ
eſt. ⁊ ſic eſt compoſita ⁊ vera. ⁊ non ſequi
tur concluſio. Eſt enim tunc compoſita qꝛ
aduerbiuꝫ de ſui natura magis habet de
terminare verbum quā participium. ideo
cum hodie refertur ad verbuꝫ oꝛdinatur
in ſitu magis debito. Et ſimiliter hic. quo
rumcunqꝫ viroꝛum achilles reliquit cen-
tum in bello: illi erant centum ⁊ amplius
ſed quadraginta viroꝛum centuꝫ reliquit
achilles in bello ergo quadraginta erant
centum ⁊ amplius. Solutio. Minoꝛ
eſt duplex quia ille genitiuus viroꝛuꝫ po
teſt determinari per illud adiectiuum cen
tum ſic ꝙ ambo ſint genitiui caſus ⁊ regā
tur de li quadraginta. ⁊ ſic minoꝛ eſt com
poſita ⁊ vera ⁊ non ſequitur concluſio. vl̄

poteſt determinari per illud adiectiuuꝫ
qudraginta ſic ꝙ ambo regantur de li
centum. ⁊ ſic eſt diuiſa. quia dictio recta
pꝛecedit dictioneꝫ regentem. ⁊ ſic eſt fal
ſa ⁊ ſequitur concluſio. ⁊ ſic poſſent ſolui
aliíj paralogiſmi huius modi. Con
tra pꝛedicta arguitur pꝛimo ſic in iſta
fallacia ſumitur cauſa apparentie ratio-
ne oꝛationis compoſite ⁊ vere ⁊ non ra
tōe diuiſe. ergo iſta fallacia dꝫ dici falſa
compoſitionis. ⁊ nō fallacia diuiſionis
cum apparentia ⁊ pꝛobabilitas ſuoꝛum
paralogiſmoꝛum pꝛoueniat ex oꝛatione
compoſita vera. Secundo ſic materi
alis vnitas oꝛationis compoſite et diui
ſe eſt cauſa apparentie in fallacia com-
poſitionis. ⁊ diuerſitas ſignificatoꝛum
eius eſt cauſa deffectus. ergo ſi illa ma-
terialis vnitas ſit cauſa apparentie hu-
ius fallacie habebit eandem cauſam ap
parentie cum fallacia compoſitionis.
quod eſt inconueniens. Tercio ſic.
modus pꝛoferendi oꝛationis ſe tenet in
pꝛolatione litteraꝝ ſillabaꝝ ⁊ dictionuꝫ
ſed in oꝛatione compoſita et diuiſa eo-
dem modo pꝛoferuntur littere ſillabe ⁊
dictiones. ergo iſte oꝛationes non diffe
runt ſm modum pꝛoferendi. Quarto
ſic. coniūctio eſt coniūctiua ptiū oꝛ̄onis
vt habetur in ſua diffinitione ⁊ non oꝛa
tionum ergo coniunctio non habet con
iungere inter pꝛopoſitiones. ergo con-
tra ea que dicuntur in pꝛimo modo hu
ius fallacie. Quinto ſic. in iſto para
loegiſmo amphibologie: quecunqꝫ con
tingit dicere contingit loqui. ſed tacen-
tem contingit dicere. ergo tacentem con
tingit loqui. vna determinatio poteſt di
uerſimode determinare idem determi-
nabile. ⁊ tamen ibi non eſt pꝛimus mo-
dus huius fallacie. ergo male ſuperius
aſſignatur pꝛimus modus.

Ad pꝛimuꝫ dicitur. ꝙ licet ex parte
oꝛatōnis compoſite vere in iſta fallacia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſumatur apparentia probabilitatis premiſſarum tamen ex parte orationis diuiſe falſe ſumitur apparentia proprietatis conſequentie que eſt principalior in paralogiſmis. ideo fallatia principalius denominatur ab oratione diuiſa falſa: ꝙ̄ compoſita. Ad ſecundum dicitur ꝙ licet hec fallacia et fallacia compoſitionis habeant eandem cauſam apperētie communez .ſ. materialem vnitatez diuiſe ⁊ compoſite tamē habent diuerſas cauſas apparentie ſpeciales ⁊ ꝑ hoc ꝙ oratio compoſita et diuiſa variantur penes verum ⁊ falſum vt patet ex predictis. Ad tercium dicitur ꝙ licet in oratione cōpoſita ⁊ diuiſa dictiones ſm ſe eodem modo proferantur: non tamen eodem modo quo ad vnionem earum inter ſe. quia quandoqꝫ diuiduntur adinuicem ⁊ quando cōponuntur. Ad quartum dicitur ꝙ coniunctio primo et per ſe eſt coniunctiua partiū orationis ſed bene ex conſequenti coniungit orationes ⁊ quia ſolum coniungit ex conſequenti tantum inter orationes ideo q̄n do ſic accipitur ordinatur in ſignificato minus debito. ⁊ facit orationez diuiſaz

Ad quintum dicitur ꝙ licet in illo paralogiſmo eadem determinatio diuerſimode determinet idem determinabile tamen hoc non fit cum variatione partiuz orationis ſm ſitum magis debitum qꝛ illa oratio de virtute ſermonis poteſt accipi equaliter prout ille actus precedit verbum ⁊ ſequitur. ideo ibi non eſt variatio ſenſus compoſiti et diuiſi que tamen preſupponitur in omnibus modis huius fallacie.

Fallacia accentus. Poſtq̄ autor determiauit de fallacijs cōpoſitionis ⁊ diuiſionis. hic conſequenter determinat de fallacia accentus. Cuius ordinis ratio eſt: quia fallacie debēt ordinari ſm ſuas cauſas apparentie ſed maior eſt cauſa apparentie in fallacia cōpoſitionis ⁊ diuiſionis q̄ in fallacia accentus. iō ille fallacie conueniēter preponunt̄ iſti. ⁊ ꝙ in ipſis ſit maior cā apparentie patet quia in fallacijs in dictione ſumitur cauſa apparentie ab vnitate vocis multiplicis. ſed in fallacijs compoſitionis ⁊ diuiſionis vbi manent ſimplices dictōnes actualiter eedez. lꝫ varientur orationes eſt maior vnitas vocis multiplicis quam in fallacia accentus vbi variantur actualiter dictiones ⁊ orationes ideo poſterius ponitur fallacia accentus

Primo ſciendum ꝙ certa lex vel regula ad eleuanduz vel deprimenduz quamlibet ſillabam alicuius dictionis. per hoc ꝙ dicitur certa regula explicatur cauſa formalis eius ⁊ per hoc quod ponit̄ ad eleuanduz vel deprimenduz explicat̄ ſua cā finalis. ⁊ per hoc quod dicitur ſillabam vniuſcuiuſcūqꝫ dictionis explicat̄ ſua cauſa materialis in qua quia accentus primo conuenit ſillabis ⁊ per ſillabas dictionibus ⁊ per dictiones orationibus. et dicitur accentus quaſi ad aliud cantus. qꝛ talis menſura eleuationis vel depreſſionis eſt quidam cantus ordinatus ad exprimendum conceptus mentis. ⁊ diuidit per grauez acutum ⁊ circumflexuz. Cuius diuiſionis ratio eſt quia omnis accentus eſt ſimplex vel mixtus ſi ſimplex hoc eſt dupliciter. vel fit cum depreſſione vocis ⁊ ſic eſt grauis. vel cum eleuatione et ſic eſt acutus. ſi eſt mixtus ex eleuatione et depreſſiōe ſic eſt circumflexus. ⁊ hoꝝ diffinitiones ſatis patent in textu. vnde hic non conſideratur accentus inquātum eſt paſſio vocis ſignificatiue abſolute ſicut in gramatica. ſed conſideratur inquantū diuerſitas accentus eiuſdem dictōnis eſt cum pluralitate ſignificatoruz. ratione cuius poteſt ſumi vna fallacia. Secundo ſciendum ꝙ fallacia accentus eſt ydoneitas decipiēdi proueniēs ex materiali vnitate dictions diuerſe ſecūduz moduz proferēdi ⁊ ſm ſignificata. Et eius cauſa apparentie eſt materialis vnitas dictōis plura ſignificātis ratione cuius creditur ꝙ ſicut illa vox eſt materialiter vna ꝙ ita habeat vnum accentum ⁊ vnum ſignificatum. ⁊ per hoc ſumitur vna maxima in hac fallacia in qua fundantur omnes ꝑalogiſmi hui⁹ fallacie. Sed cauſa defectus eius eſt diuerſitas ſignificatoruz illi⁹ dictiōis diuerſe in modo proferendi. ⁊ ꝑ hoc patet ꝙ accentus nō eſt cauſa apparentie nec cauſa defectus huius fallacie. ſed concomitatur cauſam defectus. quia ſecundum plures accentus dictio habet plura ſignificata. ⁊ hec diuerſitas accent⁹ eſt ſignum diuerſe ſignificationis. ⁊ licet ſint quatuor accidentia dictionis .ſ. lrāꝝ. numerus. ſpiritus. tēpus ⁊ accentus. tamē ab alijs non ſumit̄ vna fallacia ſicut ſm accentū. vnde per numeruz lrāꝝ non cauſatur vna fallacia. qꝛ variaio tali nūero non manet. idemtitas vocis ſed ſecūduz ſpūm vel aſpirationem dictionis que deſignatur per li. et per tp̄s ſcd̄m ꝙ aliqua ſimilia habent duo tpa ſi ſit longa vel vnum ſi ſit breuis. poteſt cauſari iſta fallā ſed hoc eſt ſolum in q̄ntum variatio ſpiritus vel temporis cauſat variationez accentus ⁊ modi proferendi: ideo iſta fallā melius denomiatur ab accētu q̄ ab alijs ⁊ in omnibus ꝑalogiſmis huius fallacie fit variacio accentus non autez ſpiritus vel tpis. Tercio ſciendum ꝙ huius fallacie duo ſunt mōi. primus modus eſt quando dictō potentialr̄ vna poteſt regi diuerſis accentibus ſm quez ſic paralogizatur quicunqꝫ vult pendere vult ſuſpendi. ſed tortor pendens hominez vult pendere. ergo tortor vult ſuſpendi. Solutio vtraqꝫ premiſſaruz eſt duplex quia pendere vnomō poteſt capi neutraliter vt venit de pēdeo des. ⁊ ſic habet mediā longam. Alio mō actiue vt veit a pēdo dis. ⁊ ſic hꝫ mediaz breuem. ſi in vtraqꝫ premiſſarū ſumat̄ neutraliter. maior eſt vera. ⁊ minor falſa. ⁊ ſi in vtraqꝫ teneat̄ actiue ⁊ eſt econtra ⁊ in iſtis duob⁹ modis ſequitur concluſio. Sꝫ ſi in maiore ſumat̄ neutraliter. ⁊ in miore actie. vtraqꝫ premiſſaruz eſt vera. ⁊ non ſequitur concluſio. ſꝫ committit̄ fallacia accentus Et ſimiliter diceret̄ de iſto paralogiſmo oīs populus eſt arbor gēs eſt populus: ergo gens eſt arbor. diſtinguendo ambas premiſſas. Quarto ſciendum ꝙ ſecundus modus fit qn̄ aliqua vox pōt eſſe dictio vel oratio. ſm quez modū ſic paralogizat̄. quicqnid preſtat alteri dat alteri. vnus lapis preſtat alteri: ergo vnus lapis dat aliquid alteri. Solutio vtraqꝫ premiſſaruz eſt duplex qꝛ preſtat poteſt eſſe dictio vel oratio. ſi in vtraqꝫ premiſſaꝝ ſumat̄ vt dictio maior eſt vera ⁊ minor falſa ⁊ ſic in vtraqꝫ premiſſaruz ſumat̄ vt oratio eſt ecōtra ⁊ iſtis duobus mōis ſequit̄ cōcluſio. Sꝫ ſi in maiore teneatur vt dictio ⁊ in miore vt oratio āhe premiſſe ſunt vere. ⁊ non ſequit̄ concluſio. Similiter poteſt diſtingui de illa orōe Metuo longas pereunte noctes lidia dormis quia metuo pōt eſſe vnum verbuz tm̄. ⁊ ſic idem eſt ꝙ timeo. Alio mō poteſt eſſe duo pronoīa .ſ. me ⁊ tuo. tercio mō pōt eſſe vnuz nomen cū vna interiectiōe .ſ. metu ⁊ o. quarto mō pn̄t eſſe tres dictioues .ſ. duo pronomīa cū vna interiectōe .ſ. me tu ⁊ o ⁊ ſm hoc ſic paralogizatur. Quicūqꝫ dicit metuo longas pereunte noctes lidia dormis. dicit ſe timere. ſed dicens me tuo lōgas pereunte noctes lidia dormis non dicit ſe timere ergo non dicens ſe timere dicit ſe timere. Soluitur diſtinguendo ꝑmiſſas ſm diſtinctū prepoſitaz. Sed contra predicta arguit̄ primo ſic. Accentus eſt depreſſio vel eleuatio ſillabe alicuius dictionis cuz accentus acutus ſit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

eleuatio ⁊ ḡuis depſſio. ſillabe. ḡ non ē
regula ad eleuandū vel depmendū ſilla
bam. Secūdo ſic omne ḡue vel acu
tum eſt corpus nullꝰ accētus eſt corpus
ergo nullus accentꝰ eſt ḡuis vel acutus.
Quarto ſic. in iſto palogiſmo oīs
populus eſt arbor gēs eſt populꝰ ergo
gēs eſt arbor: cōmittit falla equocatiōis
quia populꝰ ſignificat equoce arborē et
colectiōz gentis ḡ non eſt in prio modo
huiꝰ falle. Tercio ſic nlla falla ſumit ab
illo qd̄ impedit deceptōez. ſz accentꝰ im
pedit deceptiōz qꝛ ſecundū diſtictos ⁊
diuerſos accentꝰ alicuiꝰ dictiōis cognoſ
cunt diuſa ſignificata eius ḡ ſm accētuz
non ſumitur aliq̄ fallacia. Quīto ſic
in iſto argumēto quicq̄d hꝫ frnaz dilecti
onem hꝫ amorē dei. vſurariꝰ habet ſup
mnaz dilectionē. ḡ habet amorē dei: nō
eſt vna dictio materialr. qꝛ ſupernaz ali
ter ſcribit qn̄ eſt vna dictio et q̄ndo eſt
plures dictōes. ḡ male pōitur exemplū
illud in ſecūdo mō huius falle. Ad
primū dr̄ ꝙ accentus ſm ſuū materiale
bene ē eleuatio vl̄ depreſſio alcuiꝰ ſilla
be: ſed tn̄ ſcōm ſuum formale bene eſt lex
vel regula vl̄ menſura talis eleuatiōnis
vel depreſſionis. Ad ſm dicitur ꝙ ſi
capiat graue ⁊ acutū proprie ſic omne
graue vel acutū eſt corpus ſz ſi capiat
tranſumptiue vt hic ſumit maior eſt fal
ſa. dicit enim accentus grauis ſm ſimili
tudinez qꝛ ſicut corpus graue mouetur
deorſuz ita ⁊ accentus grauis. ⁊ ſicut cor
pus leue tendit ſurſum: ita accentꝰ acutꝰ
ſm ſimilitudinē. ⁊ ſicut corpus dr̄ acutū
qꝛ faciliter pungit ⁊ penetrat ſenſuz tac
tus: ſic accentꝰ dr̄ acutus qꝛ faciliter pe
netrat auditū p eleuatōez ſillabe. Ad
terciū dr̄. ꝙ lꝫ reſpectu cognoſcentis di
uerſitatē accentus ⁊ ſignificatoꝝ dictio
nis diuerſus accentus impediat decep
tōez: tn̄ reſpectu cognoſcentis pluralita
tez ſignificatoꝝ dictiōis conſequentem

plures accentus bene pōt cauſare decep
tōem. Ad quartū dr̄ ꝙ ſi capiat gene
raliter equiuocatio pro quacūq; pluralita
te ſignificatoꝝ eiuſdez dictōis ibi eſt eq̄
uocatio: ſz ſi capiat proprie ꝓ pluralitate
ſignificatoꝝ que eſt cum actualiꝰ vnitate
voc̄ ſicut capit in fallacia equiuocatiōis
ſic non eſt ibi equiuocatō. Ad quintū
dr̄ ꝙ lꝫ li ſupernaz variet in numero lraꝝ
ſm ſcripturaz tn̄ eſt variatio minima in
ꝓnuntiatōe lraꝝ ⁊ ſillabaꝝ ideo dr̄ mane
re eadez vox materialiter.

f Igura eſt. Poſtq̄ autor detia
uit de fallacijs peccātibꝰ ſm mlꝰ
tiplex actuale ⁊ potentiale. hic
coſequenter detiat de vltima fallacia in
dictōe que peccat ſm multiplex fantaſti
cuz. ſ. de fallacia figure dictōis. pro cuius
intellectu deſcribit in textu figura proprie
dicta. figura eſt que terio vl̄ teris claudit
terio ſicut circulus ꝙ vnica linea circulari
claudit. et terminis ſicut triāgulus et qua
driāgulus vn̄ talis figura proprie dicta
eſt termiatio ſubſtantie vel quātitatis in
ſubſtantia ⁊ tranſumptiue per ſimilitudinē
ad talez figuraz teriatio dictōis: dr̄ figura
dictōis ſiue teriatio ſit. ex parte vocis ſiue
ſignificatōis vel mōi ſignificandi. ⁊ iō fi
gura dictōis eſt ſimilis teriatio duaꝝ dic
tionuz ⁊ ſm talez ſimilitudinez termiatio
nuz ſumit multiplex fantaſticuz quod eſt
dictio tm̄ vnuz ſignificans que propter ſi
militudinez cuz alia dictione videt aliud
ſignificare vt prius dictuz eſt. Primo
ſciendū ꝙ ſm tale multiplex ſumit falla
cia figure dictionis que eſt ydoneitas de
cipiendi prouenieēs ex ſimili teriatione di
ctionis cuz alia dictione non idez ſignifi
cantis ſiue prouenieēs ex ſimili figura du
aruz dictionuz inter ſe diſſimiliuz ⁊ eiꝰ cā
apparentie eſt ſimilis figura vel teriatio
vnius dictionis cuz alia dictione nō idē
ſignificante propter quaz ſimilitudinem
credimus ꝙ ſicut ille dictōnes conueniūt

in ſimili terminatione vel figura ꝙ etiaz
cōueniant in ſignificatoꝰ vl̄ in aliq̄ modo
ſignificādi i quo diſcōueniunt. ⁊ inde pōt
cauſari deceptio penes hāc fallaciā. Sz
cauſa defectꝰ eſt diuſitas dictionuz con
uenientiū in ſilī figura. Et qꝛ iſta fallacia
ſumit ex ſimili tiatione dictionū inter ſe.
⁊ illa termiatio fit triplr. ſ. in voce. in mō
ſignificādi ⁊ in ſignificatiōe duaꝝ dictio
num. ideo ſm hoc ſumunt tres mōi huiꝰ
fallacie. Secūdo ſciendū ꝙ primus
modus huiꝰ falle eſt qn̄ propter ſimilem
termiationez vocis credit cōueniētia dic
tionū in ſignificato vl̄ in mō ſignificandi
exēplum primi. ſecare ⁊ vigere ſilr termi
nant. ſz ſecare ſignificat actiōez: ḡ vigere
ſignificat actōez. ibi ꝓpter ſimilē termina
tōnez vocis illaꝝ dictōnuz pōt credi con
ueniētia eaꝝ i ſignificato. ſ. ꝙ vtraq; ſig
nificet actōez: exēpluz ſecūdi: vt qualis ē
muſa talis eſt poeta. ſed muſa eſt femini
ni generis ergo ⁊ poeta. ibi ꝓpter ſimilez
terminatōez vocis credit cōueniētia illa
ruz dictionuz i mō ſignificādi q̄ eſt genuſ
Et ſoluunt iſti palogiſmi negādo cōſeq̄n
tiā. qꝛ ꝓpter ſimilē terminatōez vocis ali
quaꝝ dictōnuz nō ſequit cōueniētia eaꝝ
i ſignificato vel i mō ſignificādi. Ter
cio ſciēduz ꝙ ſcdꝰ modꝰ huiꝰ falle ē qn̄ ꝓp
ter ſilitudinez duaꝝ dictōnuz in aliq̄ mō
ſignificādi credit cōueniētia eaꝝ i ſignifi
cato vl̄ i alio mō ſignificādi. Et ſcēm hūc
modū qn̄q; mutat res vniꝰ p̄dicamēti in
rē alteriꝰ: vel vna ſpēs i aliā q̄tuz ad ſub
ſūptōez. Exēpluz primi. vt q̄cq̄d heri vi
diſti hodie vides: albū heri vidiſti. ergo
albū hodie vides ibi ꝓpter ſimilitudinez
illiꝰ qd̄ diſtribuit p q̄cq̄d. ⁊ albuz qd̄ ſigni
ficat p moduz cōcreti. ⁊ p hoc ꝙ aliq̄ mō
ſignificat p modū ſubſtācie credit ꝙ ſub
illo diſtributo ſubſtācie q̄cq̄d hn̄ ſuāt al
bū: qd̄ ſignificat q̄litatē ⁊ ita ſubſtācia mu
tat i q̄litatē q̄tuz ad ſubſūptōez. Simili
ter hic. q̄cq̄d heri emiſti hodie comediſti

crudas carnes heri emiſti: ḡ carnes cru
das hodie comediſti. Exempluz ſecūdi
qn̄cunq; cōmediſti fuiſti hō. ſed decies
cōediſti. ḡ decies fuiſti hō qn̄cūq; ⁊ de
cies cōueniunt i hoc ꝙ vtrūq; ſignificat
p modum quantitatis. ſed qn̄cunq; di
ſtribuit pro re ſe habente per modum
q̄titatis continue. ⁊ decies ſignificat p
modum quantitatis diſcrete. ⁊ ideo ſub
diſtributiuo q̄titatis cōtinue ſumit diſ
cretū. ⁊ ſic vna q̄titas mutat i aliā. q̄tuz
ad ſubſumptōnez. Similiter hic: quem
cūq; diligis eſt amicꝰ tuus matrē diligꝭ
ḡ mater eſt amicꝰ tuus: ibi ꝓpter conue
nientiā i mō ſignificandi ſubſtācie cre
dit ꝙ mr ⁊ illud diſtributiuū q̄mcunq;
hēant conueniētiaz i genere. qd̄ tn̄ ē fal
ſuz. Et ſoluunt oēs iſti palogiſmi negā
do conſeq̄ntiaz. qꝛ ꝓpter ſimilitudiēz ali
quaꝝ dictōnuz i mō ſignificādi nō ſeq̄t
cōueniētia earum i ſignificato vel i alio
mō ſignificandi. Quarto ſciendū ꝙ
terciꝰ modꝰ ſumit qn̄ ꝓpter ſimilitudiēz
duaꝝ dictōnuz i ſignificatōe credit cōue
niētia eaꝝ i mō ſignificādi. Exēplū vt ō
ne aīal eſt albuz. plato ē aīal ḡ plato eſt
album. ibi ꝓpter cōuenientiā platōis ⁊
aīalis in ſignificato infert conuenientia
eoꝝ in genere. Similr hic oīs petra eſt
alba. lapis eſt petra. ḡ lapis eſt alba. Si
militer hic oēs hoīes currūt ſortes
eſt homo: ḡ ſortes currūt. ibi ꝓpter ſimi
lem ſignificatōz ſortis ⁊ hōis infertur ſi
militudo eoꝝ in mō ſignificādi: qui eſt
minus. Silr hic aīal eſt ſor. animal eſt
plato ⁊ ſic de alijs. ḡ aīal eſt omnis hō.
ibi ꝓpter cōuenientiā aīalis cum ſorte ⁊
platōe an̄cedente credit ꝙ habeat ſimi
lem ſuppoſitiōz i an̄cedente ⁊ cōſeq̄nte
⁊ tam̄ arguitur a pluribꝰ ſuppoſitionibꝰ
detiatis ad vnam detiatam reſpectu hꝰ
termini aīal. Et ſoluūtur palogiſmi ne
gando cōſequentiā qꝛ propter ſimilem
ſignificationē duaꝝ dictionū non ſeq̄

tur cōuenientia in q̊libet mō ſignificādi
Et cum dr̄ in textu ꝙ iſte modꝰ ꝓuenit
ex diūſa ſuppoſitōe: per diūſaꝫ ſuppoſi
tionē intelligit̄ diūſitas in alijs mōis ſig
nificādi. vnde in hoc mō apparēcia ſu-
mitur a ſimili ſignificatiōe dictionum. ⁊
cauſa defectus ſumit̄ ex diſſimili mō ſig
nificādi. Sꝫ cōtra p̄dicta arguit̄ prio
ſic nullꝰ terminꝰ claudit̄ termio vl̄ termis
ſꝫ figura ē terminꝰ q̄ntitatis. g̊ figura nō
claudit̄ termio vel terminis. Secūdo ſic
ī circulo nullꝰ ē terminꝰ ī actu ſed ſūt īfi
niti termini in potentia. qꝛ linea circula
ri ſcđm potētiaꝫ ſūt īfinita pūcta. g̊ male
dr̄ ꝙ circulꝰ claudit̄ vno terio tm̄. Ter
cio ſic. ſicut eſt termiatio dictōis: ita eſt
termiatio oꝛonis. ſꝫ nulla ē fallacia figu
re oꝛonis. g̊ nulla dꝫ poni fallacia figu-
re dictōnis Quarto ſic. res vniꝰ p̄dica
mēti nunq̄ mutat̄ ī rē alteriꝰ p̄dicamenti
ſicut ſubſtācia nunq̄ mutat̄ ī accidens.
nec cōtra. g̊ male dr̄ in ſecūdo mō ꝙ res
vniꝰ p̄dicamēti mutatur in rem alterius
predicamēti Quinto ſic. deceptō que
ꝓuenit ex ꝑte ſignificatoꝝ alicuiꝰ dictio
nis ꝓueit ex ꝑte rei. g̊ ē fallacia extra dic
tōeꝫ. ⁊ nō fit ibi deceptio in iſta fallacia
g̊ male ponit̄ tercius modꝰ huiꝰ fallacie.

Ad primuꝫ dr̄ ꝙ figura materialiter
capta ꝑ q̄titate figurata nō eſt terminꝰ
reſpectu q̄litatis termināti s ipſam: licet
ſit terminꝰ reſpectu materie. ſꝫ figura cap
ta formaliter ꝑ q̄litate q̄ ē terminatio q̄
titatis bn̄ eſt terminꝰ. ſed hic primo mō
accipit̄ figura. Ad ſecūduꝫ dr̄ ꝙ licet
linea circularis nō claudat̄ aliq̊ termino
qꝛ ī ſe ē termiata: tm̄ circulꝰ q̄ eſt ſupfici-
es rotūda īcluſa ī linea circulari bn̄ clau
dit̄ vno termino. ſ. linea circulari q̄ ē cir-
cūferentia eiꝰ. Ad terciū dr̄ ꝙ oꝛo nō
hꝫ primo ⁊ ꝑ ſe figurā vel termiatōeꝫ ſꝫ
ſolū ex cōſequēti ꝑ ſuas dictōes. iđo nō
ponitur fallacia figure oꝛonis: alia a fal
lacia figure dictōis. Ad quartū dr̄ ꝙ
res vniꝰ p̄dicamēti nō pōt ſecūduꝫ ſuam
eſſentiā mutari ī rē alteriꝰ p̄dicamēti: ſed
bn̄ ſcđm ſubſūptōnem. q̄n. ſ. ſub ſigno di-
ſtributiuo dꝫ ſumi res vniꝰ p̄dicamēti. et
ſumit̄ res alteriꝰ p̄dicamēti. Ad q̄ntuꝫ
dr̄ ꝙ ſi cōſiderētur ſignificata dictionum
ſcđm ſe ⁊ ī rōne reꝝ ſic ab ipſis ſumūtur
fallacie extra dictōem. ſꝫ ſi conſiderētur ī
q̄tuꝫ ꝑ ſignificata ꝓueit ſimilitudo dictō
nū bn̄ pn̄t cāre fallaciā ī dictōe. ⁊ hoc mō
fit ī iſta fallacia. n̄ eni ē īcōueniēs. ꝙ ſcđꝫ
diuerſas cās apparētie ſint ī codeꝫ ꝑalo-
giſio diuerſe fallacie. vn̄ oīs ꝑalogiſmi
huiꝰ fallacie aliq̊ mō peccāt penes fallaci
aꝫ accidenꝭ licet nō rōne cauſe appētie
huiꝰ fallacie ⁊ hec de fallaciis in dictione

Sequit̄ de fall'is extra dictōeꝫ

Poſtq̄ auctoꝛ determiauit de fal
laciis ī dictōe: hic cōſeq̄nter deter
minat de fall'is extra dictōeꝫ Cuiꝰ oꝛdinis
rō eſt qꝛ fallacie īter ſe oꝛdinātur ſcđꝫ ꝙ
habēt maioꝛeꝫ vel mioꝛeꝫ cām appētie
ſꝫ fallacie in dictōe hn̄t maioꝛē cām appē
tie q̄ fallacie extra dictōem. ⁊ magis ꝓpe
⁊ faciliꝰ pn̄t cāre deceptōem reſpondētis
qꝛ magis ꝓpe ⁊ faciliꝰ pn̄t cāri deceptōes
reſpōdentis ꝓpter multiplicitateꝫ dictio
nis vel oꝛonis. ſi ignoꝛet ipām: q̄ ꝓpt̄ di
ūſas hitudies reꝝ. mō fall'e ī dictōe cānt
deceptōnem ſcđꝫ voces fallacie v̄o extra
dictōem cānt deceptōem ex ꝑte reꝝ. ſꝫ in
diſputatōue voces p̄cedūt res q̄ median
tibꝰ vocibꝰ in diſputatōe accipiūt̄. Pri
mo ſciendū ꝙ fallacia in dictōe ⁊ fallacia
extra dictōem īter ſe cōueiunt ⁊ differunt
vn̄ cōueīunt ī hoc qꝛ oēs hn̄t cām defec
tus ex ꝑte rei. ſꝫ differūt triplr̄. Primo qꝛ
fallacie ī dictōe ſumūt cāꝫ appentie ex ꝑ
te vocis ſignificatiue. ſ. dictōis vel oꝛonis
multiplicis. fallacie v̄o extra dictōneꝫ ſu
mūt cām appentie ex ꝑte rei ſignificate ꝑ
vocē. vn̄ ſecūduꝫ diuerſas habitudiēs re
rum q̄ a reſpōdēte ignoꝛātur pōt ſumi cā
appentie. ⁊ etiā cā defectus fallacie extra
dictōem. Secūdo differūt in mō decipiē
di. qꝛ fallacie in dictōe magꝭ decipiūt ho
minem cum aliis diſputando. quam per
ſe ipſum conſiderando. qꝛ hō per ſe conſi
derās nō ignoꝛat multiplicitateꝫ dictōniſ
vel oꝛois q̄n capit eā eq̄uoce fallacie v̄o
extra dictōem magis decipiūt homieꝫ ꝑ
ſeipſuꝫ conſiderādo. q̄n hō ignoꝛat habi
tudies reꝝ ⁊ ꝑ ſeipſuꝫ ſilogizando deci
pit ſeipſuꝫ. Tercio differūt q̄tuꝫ ad ſolu
tiones ſuoꝝ ꝑalogiſmoꝝ. qꝛ oēs ꝑalogiſ
mi fallaciaꝝ ī dictione debēt ſolui ꝑ diſti
ctōem alicuiꝰ p̄miſſaꝝ. excepta tn̄ fallacia
figure dictionis in q̄ ſoluūtur ꝑ intercmp
tōeꝫ ꝯſeq̄ntie. ſꝫ ī oībꝰ fallijs extra dictōeꝫ
oēs ſoluūtur ꝑ ītcrēptōem vel conſequē
tie vl̄ p̄miſſaꝝ. vn̄ ī oībꝰ iſtis ſoluūtur ne
gando cōſeq̄ntiaꝫ niſi in fallacia petitōis
principii vbi ſoluūtur negādo an̄cedens.

Secūdo ſciēduꝫ ꝙ ſolutio ꝑalogiſmi
eſt manifeſtatio ſilogiſmi falſi: Et diuidit̄
ꝑ ſolutōem rectā: ⁊ per ſolutōem appen-
teꝫ. Appens ſolutio eſt maīfeſtatio ſill'i
falſi nō oſtendēdo ꝓpter q̄d eſt falſus. vt
ſi negetur cōſequētia ſill'i dicēdo ī genera
li ꝙ ibi eſt fallacia accidēꝭ. nō oſtēdēdo
ī ſpeciali cāꝫ ꝓpt̄ q̄ ibi cōmittitur fall'a. ſꝫ
ſolutō recta ē maīfeſtatio ſill'i falſi oñden
do ꝓpt̄ q̄d ē falſꝰ. vt q̄ oñdit ī ſpāli in ali-
q̊ ꝑalogiſmo ꝓpt̄ q̄d eſt aliq̄ fall'a. Et q̄a
ſill'us pōt dici falſus. dupliciter. ſ. ſm̄ p̄miſ
ſas q̄n aliq̄ p̄miſſaꝝ ē falſa. ⁊ ſm̄ illatōeꝫ
q̄n ē ſill'us peccans ī foꝛma. iō duplr̄ pōt
fieri ſolutio: q̄ ē maīfeſtatio ſill'i falſi. ſ. oñ
dēdo falſitatē p̄miſſaꝝ: aut defectū conſe
quētie. Tercio ſciēdū ꝙ p̄us q̄ auctoꝛ
ī ſpeciali determiet de fallacijs extra dic
tōem. p̄mo enumerat ipſas ī gn̄ali: dicens
ꝙ ſūt ſeptē. ſ. accidēs. ſm̄ quid ad ſimplr̄
ignoꝛātia elenchi. petitio p̄ncipij. cōſeq̄nꝭ
nō cā vt cā. ⁊ ſcđm plures īterrogationes
vt vnā. Quaꝝ ſic hētur ſufficientia. qꝛ oīs
fallacia extra dictōem peccat cōtra elen-
chuꝫ. vel g̊ peccat ī ꝓbatōe. ⁊ ſic petitō p̄n
cipij. vel ī illatōne. ⁊ hoc ē dupliciter vel
in ea ē appenter cōſeq̄ntia ſill'i. vel enti
memat̄ꝭ. ſi p̄muꝫ hoc ē dupliciter. vel eſt
ibi appentia cōſeq̄ntie ſill'i oſtēſiui ⁊ ſic
ē accidēs. vel ſill'i ad īpoſſibile. ⁊ ſic eſt
fallacia nō cāe vt cāe. ſi v̄o ſit appenter
cōſeq̄ntia ⁊ hitudo localis. hoc ē q̄d du-
pliciter vel ibi ē appenter locus a ꝑte in
mō ad ſuū totū ⁊ ſic ē fallacia ſm̄ q̄d ad
ſimpliciter. vel hitudo ꝑtiuꝫ ītegralium
ſimt̄ ſūptaꝝ ad ſuū totū ⁊ ſic ē ignoꝛātia
elenchi. vel ē ibi hitudo cōuertibiliuꝫ. ⁊
ſic ē fallacia cōſeq̄ntꝭ vbi credit̄ cōuerti-
bilitas accidentis ⁊ cōſeq̄ntꝭ. eo ꝙ vnuꝫ
ſeq̄tur ad aliud vel ibi ē hitudo totiꝰ in
tegralis ad ſuā ꝑteꝫ appenter tm̄. ⁊ ſic ē
fallacia ſm̄ plures īterrogatōes vt vnā

Quarto ſciendū ꝙ aliter ex ꝑte reꝝ ⁊
entis diuiſionuꝫ pōt ſumi numerꝰ falla
ciaꝝ extra dictōem eo ꝙ ſumūt cām ap-
pentie ex ꝑte rei ſm̄ diuerſas hitudines
ꝑtiū entis. iō ſꝫ plures dīones entꝭ pn̄t
diſtigui ad īuiceꝫ. vn̄ p̄ma diuiſio ē qua
ens didit̄ ī ſubāꝫ ⁊ accidēs. ſꝫ q̄ accipit̄
ibi fall'a accidēꝭ. Alia ē dīo entis peneſ
perfectū ⁊ īperfectū. ⁊ ſm̄ cōueīentiā mē
broꝝ eiꝰ ſuitur fall'a ſm̄ q̄d ad ſimplici-
ter. Tercia dīo ē ꝑ oppoſitū ⁊ n̄ oppoſi
tū. ſm̄ q̄ ſuitur ignoꝛātia elēchi. Quar-
ta dīo ē ꝑ idē ⁊ diuerſuꝫ. ſm̄ q̄ ſuitur pe
titio p̄ncipij. Quīta ē penes p̄us ⁊ poſte
riꝰ ſm̄ q̄ ſuitur fall'a cōſeq̄ntis. Sexta ē
penes cāꝫ ⁊ effectū ſiue nō cāꝫ ſꝫ q̄ ſui-
tur nō cā vt cā. Septīa dīo entis ē ꝑ vnū
⁊ multa ſm̄ q̄ ſuitur fall'a ſm̄ plures īter
rogatōes vt vnā. Et qꝛ īter iſtas fall'as
maior ē idoneitas decipiendi ⁊ cā appē
tie in fallacia accidentꝭ q̄ ī alijs. iđo de
ipſa p̄ꝰ ē determinādꝰ. Ex q̄bꝰ pꝫ oꝛdo
⁊ differētia fallaciaꝝ extra dictōeꝫ a fal
lacijs in dictione. ⁊ etiā pꝫ numerꝰ ⁊ oꝛ-
do eaꝝ īter ſe: Cōtra p̄dicta arguitur
p̄mo ſic. fall'e extra dictōem cānt̄ a rebuſ
⁊ fallacie in dictōe cāntur a dictionibus

ſed res ꝓcedūt dictōes cū ſint cāe eaꝝ ǧ
fallacie extra dictōem debēt ꝓcedere fal
lacias ī dictōe. Secūdo aꝛ ſic. fallacia
ſolū cāt deceptōem in diſputatōe litigio
ſa. ſʒ nullꝰ ꝑ ſe cōſiderādo facit ſibi ipſi
diſputatōem litigioſaʒ ǧ male dictū ē ꝙ
fallacie extra dictōem decipiūt hoīeʒ ꝑ
ſeipſuʒ cōſiderādo. Tercio ſ. c. oīs ꝑ
alogiſmi peccātes in forma debēt ſolui
ꝑ diſtīctōem vt dr̄ ī ſecūdo elēcoꝝ. ǧ pa
logiſmi extra dictōem cū ſint peccātes ī
forma debēt ſolui ꝑ diſtīctōeʒ ⁊ nō ꝑ ne
gatōeʒ ſicut ꝓus dictū eſt. Quarto ſic
fallacia cōſeq̄ntꝭ ē ps fallacie accidentiſ
qꝛ vbicūqꝫ ē cōſeq̄ns ibi ē accidēs. ſed
ps nō diſtiguit ꝯ ſuū totū. ǧ ille due fal
lacie nō diſtigunt̄ iter ſe nec ſūt ſeptem
fallacie extra dictōem. Quīto ſic. illa fal
lacia eſt pria inter fallās ex̄ dictōeʒ que
magꝭ peccat ꝯ elenchuʒ. ſʒ ignorātia elē
chi magꝭ peccat cōtra elenchū oībus ali
is. ǧ ipſa eſt prima inter ōes fallacias ex̄
drīaʒ ⁊ non fallacia accidentꝭ. Ad ꝓ
muʒ dr̄ ꝙ lʒ res ordīe nature precedant
dictōnes ⁊ ſm ſe. non tn̄ precedūt ſm ꝙ
cadūt in diſputatōe litigioſa. ſʒ magꝭ ſe
quunt̄ iō non oportʒ fallās extra dictōʒ
ꝓcedere alias. Ad ſm dr̄ ꝙ lʒ hō nō
faciat ſcienter ſibi ipſi diſputatōeʒ litigi
oſaʒ: tn̄ ignoranter pōt ſibi ipſi facere di
ſputatōeʒ ſophiſticaʒ ⁊ ſe ipm̄ decipere
arguēdo ⁊ reſpōdēdo ſibi ipi. iō ad tale
īconueīens euitāduʒ optimū ē cognoſce
re fallās extra dictōeʒ: ne hō ꝑ ſuā argu
mētationem conducat ſeipſuʒ ī errores.

Ad terciū dr̄. ꝙ licʒ ꝑalogiſmi fallacia
ruʒ extra dictōem poſſint ſolui ꝑ diſtinc
tōem diūſaꝝ hitudinuʒ eiuſdeʒ rei: n̄ tn̄
per diſtictōem alicuiꝰ ꝓpōnis multiplicꝭ
de q̄ itelligit̄ ꝙ nō hn̄t ſolui per diſiunc
tōem. ⁊ de diſtictōne gn̄aliter capta pro
diſtictōe reꝝ ⁊ vocū multipliciū itelligit̄
dictū ariſtotelis ī ſo elēcoꝝ. Ad quar
tū dr̄ ꝙ licʒ conſeq̄ns ſit ps accidētalis
⁊ materialis accidētis. eo ꝙ ī oībꝰ paralo
giſmis fallē conſeq̄ntis reperit̄ eſſe falla
accidentꝭ ſm aliā cām apparētie ⁊ nō ecō
tra: qꝛ ī aliq̄bꝰ eſt accidēs vbi tn̄ nō ē con
ſeq̄ns. tn̄ fallacia cōſeq̄ntꝭ nō eſt pars for
malis accidentꝭ. ſʒ eſt ab ipſa formaliter
diſtincta. Ad q̄ntuʒ dr̄ ꝙ negat̄ maior
qꝛ iſte fallacie nō ordinātur iter ſe ſm ꝙ
magis peccāt vel deficiūt cōtra elēchū et
ſm ſuas cās defectꝰ: ſʒ ordinant̄ ſm ſuas
cās apparētie vt dictum eſt.

a Ccidens eſt quod. Poſtquā
auctor determinauit de fallacijs
extra dictōem enuērādo ipſas in
gn̄ali. hic cōſeq̄nter ī ſpāli detiat de ipſis
⁊ ꝓmo de fallacia accidētis q̄ efficatior ē
inter oīs fallacias ad decipiēdum. rōne
cuiꝰ ſic ꝓmo diffinit accidens. accidēs eſt
qꝺ ē extraneū rei. i. ī parte idē ⁊ ī parte di
ūſuʒ ab alio. Accidēs aūt tripliciter capit̄
vno mō ꝓ illo qꝺ dicit abſolute naturam
accidentꝭ. vt diuidit̄ cōtra ſubām. ⁊ ſic nō
capit̄ hic. Alio mō ſumit̄ magꝭ coīter ꝓ oī
illo qꝺ aduenit rei ⁊ eſt extra eſſentiaʒ eiꝰ
⁊ itellectuʒ. ⁊ hoc mō iferius dr̄ accidere
ſuo ſuperiori: ⁊ iſtis duobꝰ modis nō ſumit̄
hic accidēs. Tercio mō accipit̄ accidens
coīter ꝓ illo qꝺ eſt extraneū alteri inq̄tuʒ
ſtat ſub aliq̄ tercio. ⁊ hoc mō nō ſolū infe
rius accidit ſuperiori: ſʒ ſuperiꝰ iferiori. vt
ſi ſor. capiat̄ ſub iſto attributo īdiuiduuʒ
homo accidit ſorti. qꝛ eſt ſibi extraneꝰ in
q̄ntum ſorti conuenit intentio indiuidui.
hō. n. partiʒ cōuenit ⁊ parti dr̄t cū ſor. iō
per hoc dr̄ ſibi accn̄s ⁊ pro tali accn̄ti dat̄
iſta diffinitio: ⁊ ab ipſo ſumit̄ fallā accn̄tꝭ

Primo ſciēduʒ ꝙ ī fallacia accn̄tis ſēꝑ
tria req̄runt̄. ſ. attributū. res ſubiecta. ⁊ ac
cidēs. Attributū eſt maior extremitas q̄
in ꝓmiſſis ꝓmo attribuit̄ medio. Res au
teʒ ſubiecta eſt illud qꝺ primo ſubicit̄ at
tributo vel in actu vel in aptitudie. Acci
dens vō ē illud qꝺ ꝑtiʒ cōuenit ⁊ partim
dr̄t a re ſubiecta. ⁊ accidit ſibi inq̄ntū ſtat
ſub tali attributo vt hic ſortes ē īdiuiduū
hō ē ſortes ǧ hō ē īdiuiduū. Indiuiduuʒ
eſt attributum. ſortes ē res ſubiecta. ⁊ hō
accidit ſorti ea ꝑte q̄ ſortes ſtat ſub iſto
attributo: qꝺ cōuenit ſorti inq̄tuʒ dr̄t ab
hoīe. ⁊ ide ſumunt̄ cāe huiꝰ fallē. Cā appꝑ
entie eiꝰ ē ꝑtialis cōueniētia accn̄tis cum
re ſubiecta: ꝓpt̄ q̄ credit̄ ꝙ accn̄s cōueni
at cū re ſubiecta ea ꝑte q̄ ſibi conuenit at
tributū. Cā falſitatꝭ ē diuerſitas accn̄tis ⁊
rei ſubiecte vel ipſius medij qꝺ ſm diuer
ſas rōnes cōuenit cū extremis. Et ſʒ hoc
ſic diffinit̄ hec fallacia. ꝙ ē idoneitas de-
cipiendi proueniēs ex ꝑtiali conueīentia
accn̄tis cū re ſubiecta: q̄ tn̄ dr̄t ſʒ diuer
ſas rōnes: vn̄ ſemꝑ cōmittit̄ hec fallacia
qn̄ ꝓpter cōueniētiam duoꝝ ī vno tercio
ſm diuerſas rōnes credit̄ cōuenientia eo
ruʒ iter ſe aut qn̄ vnū negat̄ ab alio ea ꝑ
te qua differt a ſuo accn̄te. ⁊ ꝓpt̄ hoc ne-
gat̄ de ſuo accn̄te. Secūdo ſciēduʒ ꝙ
huiꝰ fallē ponunt̄ tres modi. primꝰ modꝰ
ē qn̄ accn̄s eſt īferius rei ſubiecte. ⁊ ꝓpter
hoc ꝓpriuʒ attributuʒ rei ſubiecte attribu
itur īferiori eiꝰ. ſecundū q̄m ſic ꝑalogizat̄
aīal eſt genꝰ: hō eſt aīal. ǧ hō eſt genꝰ. ibi
genꝰ eſt attributū conueīens aīali ea ꝑte
q̄ differt ab hoīe. ⁊ ꝑ hoc īfert̄ de hoīe. q̄
accidit aīali vt ſtat ſub illo attributo. Et
ſil̄r hic. ōne es ē naturale: ſtatua eſt es
ǧ ſtatua ē naturalis. naturale eniʒ cōueīt
eri vt eſt ens ī actu. ⁊ ſtatua ſibi conuenit
inq̄tuʒ ē ī potētia ad figurā eiꝰ. ⁊ ita acci
dit ei ꝓut ſtat ſub illo attributo. Et ſimil̄r
hic. hō ē aīal: equꝰ ē aīal. ǧ equꝰ ē homo.
equꝰ eniʒ accidit aīali cōſiderato vt cōue
nit cū hoīe. Et ſil̄r hō nō ē īdiuiduuʒ. ſor.
ē hō ǧ ſor. nō ē īdiuiduū. ibi īdiuiduū ne
gat̄ ab hoīe ea ꝑte q̄ differt a ſorte. Et om
nes iſti ꝑalogiſmi ſoluūt̄ negādo ꝯn̄am.
qꝛ nō oportʒ ꝙ ſi aliq̄d dicat̄ vel negetur
de ſuꝑiori ea ꝑte q̄ differt ab īferiori: ꝙ ꝓ
pter hoc neget̄ vel affirmet̄ de īferiori q̄a
ibi mediū nō tenet̄ ſub eadē rōne ī duabꝰ
premiſſis. Tercio ſciēduʒ ꝙ ſcꝺs mo
dus ē qn̄ accn̄s eſt ſuꝑiꝰ rei ſubiecte. et
ita qꝺ conueīt īferiori ea ꝑte q̄ differt a
ſuꝑiori infert̄ de ſuperiori: vt hic. ſor. ē ī
diuiduū. hō ē ſor. ǧ hō ē īdiuiduū: Sil̄r
hic. hō ē ſpecies. ſubā ē hō: ǧ ſubā ē ſpēſ
ibi ſpēs attribuit̄ hoī ea parte q̄ differt
a ſubā iō ſubā accidit hoī. vt ſtat ſub il
lo attributo. Et ſimiliter hic iſte ē mona
chus: ⁊ ē albꝰ: ǧ iſte eſt monachus albuſ
albꝰ eniʒ eſt accidēs ſuperiꝰ accidentale
huic hoī. ⁊ differt ab ipſo hoīe inq̄tum
ſibi ineſt hoc attributuʒ monachus. vn̄
per hoc ꝙ iſte hō ponit̄ albꝰ ſm ſe infer
tur ꝙ ſit albꝰ ſm habituʒ. ⁊ ſic cōſeq̄ntia
nō valʒ. Et ſimiliter hic iſte canis eſt pa
ter. ⁊ ē tuꝰ ǧ eſt pater tuꝰ. ⁊ etiā ī alijs ar
guendo a diuiſis ad cōiuncta. Et iſti pa
ralogiſmi ſoluunt̄ negādo cōſeq̄ntiaʒ qꝛ
nō oportet ſi aliq̄d conueīat inferiori ea
parte q̄ differt a ſuo ſuperiori ꝙ ꝓpt̄ ea
conueīat ſuperiori. ⁊ non ſemper oportʒ
ꝙ ad cōmittēduʒ iſtū modū ſumat̄ illud
qꝺ ſimpl̄r eſt ſuperiꝰ. ſed ſufficit ꝙ ſit ſu
periꝰ vel ſm rem vel ſm modū Quar
to ſciendū ꝙ vltimꝰ modus huiꝰ fallacie
eſt qn̄ accn̄s eſt cōuertibile reſpectu rei
ſubiecte: vt h. riſibile ē ꝓꝓum. hō eſt riſi
bilis ǧ hō eſt ꝓpriū. vel ſic. riſibile ē qua
litas. hō ē riſibilis ǧ hō eſt q̄litas. ibi ꝓ
ꝓum conueīt vni cōuertibiliū ea ꝑte qua
differt ab alio: ⁊ propter hoc īfertur de a
lio. Et ſimiliter hic hō ē q̄ddaʒ īcomple
xū. aīal rōnale eſt hō ǧ aīal rōnale ē q̄d
dam īcomplexuʒ. ibi aīal rōnale accidit
hoī vt ſtat ſub hoc attributo īcōplexuʒ:
q̄d cōueīt hoī inq̄tum differt a ſua diffi
nitione: ⁊ propter hoc infert̄ de ipſa. Et
ſoluunt̄ iſti ꝑalogiſmi negando cōſeq̄n
tiaʒ qꝛ ſi aliquid affirmat̄ vel negat̄ de
vno cōuertibilium ea ꝑte qua differt ab
alio non oportet propter hoc ꝙ affirme
tur vel negetur de alio. Et hec aſſignatō
modorum huius fallacie ⁊ accidentis ⁊

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

rei ſubiecte ponuntur ſm petrum hiſ. in
magnis fallacijs eiꝰ. licet hic in textu po
naĩ alia aſſignatio ipſorum: que hic ĩ tex
tu videri poteſt. Contra predicta af
primo ſic. nulla eſt fallacia ſubſtãcie. er-
go nulla eſt fallacia accidentis. per locũ
a ſimili. ergo contra predicta. Secun
do ſic. in omni ſillogiſmo medium eſt ĩ
parte idem ⁊ in parte diuerſum cum ex
tremis: ergo ſi accidens ſit qđ eſt in pte
idem ⁊ in parte diuerſum ſequitur ꝙ in
quolibet ſillogiſmo erit accidens quod
tamen eſt falſuʒ. Tarcio ſic. illud qđ
eſt de eſſentia rei non eſt accidens eius
omne ſuperius eſt de eſſentia inferioris
ergo nullum ſuperius accidit ſuo infe-
riori. Quarto ſic. arguendo ex puris
affirmatiuis in ſecunda figura cõmitti-
tur fallacia accidentis ⁊ tñ iſte modꝰ nõ
enumeratur inter iſtos modos: ergo ma
le aſſignantur. Quinto ſic. arguendo
a diuiſis ad coniũcta eſt bona conſeqñ
tia vt patet in ſecundo periarmenias. ğ
a diuiſis ad coniuncta nõ eſt fall'a acci-
dentis. Ad primum dĩ ꝙ hic non ca
pitur accidens vt diſtinguitur cõtra ſub
ſtanciam ſed capitur pro extremo vel ñ
neceſſario ideo non ſeq̃tur ꝙ ſi nulla ſit
fallacia ſubſtãcie: ꝙ nulla ſit fallacia ac
cidentis. Ad ſecũduʒ dĩ ꝙ licʒ ĩ õni
ſillogiſmo mediũ ꝑtiʒ conueniat ⁊ ꝑtim
differat ab extremis. tñ in bono ſillogiſ
mo nõ capiĩ vt cõueniens ⁊ dĩns ab ip-
ſis ſed ĩ vtraqʒ ꝑmiſſaꝝ ſub eadeʒ rõne
teneĩ. ⁊ extremitates ĩ ipſo vniunĩ ſub ea
dẽ rõne ⁊ nõ ſub diuerſis: alr nõ ſeq̃reĩ
vnio extremitatũ inter ſe. Ad terciuʒ
dĩ ꝙ licʒ nulluʒ ſuperiꝰ accidat ſimplr ⁊
abſolute ſuo inferiori: tñ bñ accidit ſibi
compatie. q2 reſpectu ad vnuʒ tercium:
qđ conueĩt inferiori ꝓut dĩt a ſuperiori.
Ad quartũ dĩ ꝙ arguendo ex puris
affirmatiuis ĩ ſa figura cõmittiĩ primus
modꝰ ꝑus aſſignatus. ⁊ medium eſt res
ſubiecta. ⁊ iferiꝰ eius ſibi accidit vt ſtat
ſub maiori extremitate. ⁊ licʒ tale mediuʒ
nõ ſubiciaĩ actu maiori extremitati: tñ ſu
biciĩ in aptitudine. ⁊ efficitur ſubiectum e
ius reducendo ad primam figuram con-
uerſione maioris. Ad quintuʒ dicitur
ꝙ arguendo debite a diuiſis ad coniunc
ta vel econtra eſt bona conſequẽtia: ſed
non qñ arguiĩ indebite. ſed tunc commit
titur fallacia accidentis. Et ad arguendũ
debite a diuiſis ad coniuncta requiritur
primo ꝙ predicatorum diuiſorum vnum
ſit potenciale ⁊ determinabile: reliquum
actuale ⁊ determinans. ſecundo requiri-
tur ꝙ potenciale preponatur actuali ſiue
determinabile determinationi. Et econ-
tra arguendo a coniunctis ad diuerſa re
quiritur ꝙ in coniunctis vnũ nõ ſit deter
minatio priuans vel diminuens reſpectu
alterius: ſed contrahens tantum. ideo nõ
ſequituĩ. eſt bonꝰ faber: ergo eſt bonus.

Ictum ſimpliciter eſt. Poſt
d quam auctor determinauit de fal
lacia accidentis hic conſequen-
ter deteminat de fallacia ſm quid ad ſim
pliciter ratione cuius primo videnduʒ eſt
q̃d ſit dictum ſm quid: ⁊ dictum ſimplici
ter. vnde dictuʒ ſimpliciter eſt dictio ſum
pta ſine determinatione diminuente. vt
homo ꝑ ſe vel homo albꝰ ⁊ tale dictuʒ di
citur dictum ſimpliciter: hoc eſt ꝑfectuʒ ⁊
non diminutum. Sed dictum ſm quid ẽ
dictio ſumpta cum determinatione ꝑuan
te aut diminuente: vt homo mortuus. et
ex habitudine talis dicti ſm quid ad dic
tum ſimpliciter ſumiĩ vna fallacia ſpecia
lis eo ꝙ ibi repiunĩ ſpãles cãe appentie
⁊ defectus. Primo ſciendũ ẽ ꝙ cã app
entie huiꝰ fallacie. eſt apparens cõuenien
tia dicti ſm q̃d ad dictum ſimpliciter pro
pter quam credimus ꝙ talia conueniant
realiter et quod vnum contineatur ſub a
lio: quod tamen falſum eſt. Et eiꝰ cauſa
defectus eſt diuerſitas illorum dictorum
et ſm hoc ſic diffinitur hec fallacia. ꝙ eſt
ydoneitas decipiendi ꝓueniens ex appẽ
ti connenientia dicti ſm quid ad dictum
ſimpliciter. ⁊ debet attendi iſta conueniẽ
tia non ex parte vocuʒ: q2 tunc iſta falla-
cia eſſet falſa in dictõe. ſʒ debet attendi ex
parte ſignificatoꝝ ſm ꝙ habent ſimilitu-
dineʒ in re ſignificata ⁊ analogiaʒ ſuoꝝ
ſignificatoꝝ. ſicut homo pictus ⁊ hõ ha
bent quandaʒ proportioneʒ inter ſe ideo
conueniẽter poniĩ iſta fallacia inter falla-
cias extra dictõeʒ. Secundo ſciendum
ꝙ lʒ dictuʒ ſm quid in quo ponitur deter
minatio cõtrahens tñ vt homo albus fa
ciat locũ dialeticũ. ſcʒ a parte in mõ ad ſu
uʒ totuʒ. tñ dictuʒ ſm quid qđ fit cuʒ de-
terminatõe impropria que eſt diminuens
vel priuans bene cauſat locuʒ ſophiſticũ
Et talis detiatio impropria fit quiqʒ mo
dis. qñqʒ eniʒ eſt abſoluta ⁊ qñqʒ reſpec
tiua. ſi p2muʒ hoc eſt dupliciter: vel deter
minat dictuʒ cui adiungitur rõe totius ꝑ
uando vel diminuendo rõem eius vt ho
mo pictus vel ens opinabile: vel ratione
partis integralis ſui ſubiecti vt album ſm
dentes. Si ſit reſpectia ſic eſt tripliciter q2
quedaʒ ſumiĩ per relationeʒ ad aliquod
correlatiuuʒ extrinſecũ: vt hic diuicie ſunt
male: male vtẽti: alia reſpectu menſure q̃
eſt locus vt bonum eſt interficere patrem
in triuallis. Alia reſpectu partis tꝑis qđ
eſt menſura ſucceſſiua vt eſt ꝓicere mer-
ces in mari tẽpore tempeſtatis: ⁊ ſm has
quinqʒ determinatões improprias ponũ
tur quinque modi huius fallacie. Ter
cio ſcienduʒ ꝙ primus modus huius fal
lacie eſt arguendo ſm parteʒ in modo di
minuenteʒ vt iſte eſt homo pictus: ergo
eſt hõ. Secundꝰ modus fit arguendo ſm
determinatõeʒ partis integralis vt ethi-
ops eſt albus ſm dentes: ergo eſt albus. ⁊
valet in accidentibus que determinant ſi
bi certaʒ parteʒ integralem ſui ſubiecti ſi-
cut cecitas determinat ſibi oculuʒ ⁊ ſimi-
tas naſuʒ. ⁊ in accidentibus que per in-
differentiaʒ in vna parte ex conſequẽti
totuʒ inferunt vt infirmitas dentis de-
nominat totuʒ homineʒ infirmuʒ: dum
determinatio partis non ſit determina
tio diminuens: tñ accidentia que indif-
ferenter conueniunt oĩbus partibus et
per inherentiã ſunt in vna non poſſunt
denominare totuʒ ſicut albedo vl' nigre
do denominans ſuaʒ parteʒ integraleʒ
eſt determinatio diminuens in iſtis et
facit iſtaʒ fallaciaʒ. Tercius modus fit
arguendo cuʒ determinatiõe reſpectiua
facta ad terminuʒ extrinſecuʒ vt vinum
eſt maluʒ febricitanti: ğ eſt maluʒ. Quar
tꝰ modus fit cuʒ determinatiõe proprie
ſumpta ſm locuʒ vt bonuʒ eſt interfice-
re patreʒ in triuallis: ergo bonũ eſt inter
ficere patreʒ. Quintus modus eſt argu
endo ſm detiationeʒ tꝑis vt bonuʒ eſt
ieiunare in quadrageſima. ergo bonum
eſt ieiunare. Et omnes iſti paralogiſmi
ſoluũtur negando conſequentiaʒ. q2 ex
dicto ſm quid non ſequitur dictuʒ ſim-
pliciter. Quarto ſcienduʒ ꝙ in eiſdeʒ
mõis ⁊ in eadeʒ fallacia poteſt argui ꝓ
cedendo a dicto ſimpliciter ad dictũ ſm
quid. cuius ratio eſt q2 vbicunqʒ repe-
ritur eadeʒ cauſa apparentie ibi eſt ea-
deʒ fallacia ⁊ etiaʒ ideʒ modus. ſʒ argu
endo a dicto ſimplr ad dictuʒ ſm quid
eſt eadeʒ cauſa apparentie ſicut arguen
do econtra: quia eſt eadeʒ conueniẽtia
dicti ſimpliciter ⁊ ſm quid. ideo illo mo
do committitur iſta fallacia ⁊ modi pri
us poſiti. vt arguendo ſic hic nõ eſt ho-
mo. ergo non eſt homo mortuus vel nõ
eſt animal. ergo non eſt animal pictum.
Sed magis denominatur hec fallacia
ſecundum quid ad ſimpliciter q̃ꝙ econ-
tra quia arguendo a dicto ſecunduʒ q̃d
arguimus affirmatiue. ſed arguendo a
dicto ſimpliciter vt in pluribus argui-
tur negatiue per iſtam fallaciam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

iõ magis denoiatur a paralogiſmis qui
fiunt procedendo a ſm quid ad ſimplr.

Cootra predicta arguit͂ primo ſic hõ
alb⁹ eſt dictũ ſũptuʒ ſine detiatioe dimi
nuẽte: ⁊ tñ non eſt dictuʒ ſimpliciter: qꝛ
dictũ ſimpliciter eſt quod ſumit͂ ſine ad
ditõne: iuxta illud: Simpliciter dico qđ
ſine addito dico: ğ contra diffinitõeʒ dic
ti ſimpliciter. Scđo ſic õe inferius eſt
min⁹ cõe infert ſuuʒ ſuperi⁹ ⁊ magis cõe
ſʒ dictuʒ ſm quid eſt inferius ad dictuʒ
ſimpliciter: ğ bene infert ipm: ğ arguen-
do a ſm q̇d ad ſimpliciter nõ committit͂
fallacia. Tercio ſic bene ſequit͂ eſt hõ
mortu⁹: ğ eſt mortuus: ⁊ tñ arguit͂ a dic-
to ſm quid penes primũ moduʒ huius
fallacie: ğ male aſſignat͂ ille modus.

Quarto ſic ieiunare in q̃drageſima
eſt ieiunare ſimpliciter nec illa detiatio
tp̃ris diminuit rõem adiuncti: ğ ibi male
arguit͂ penes quintũ moduʒ. Quĩto
ſic a toto in mõ ad ſuã ptẽ ⁊ ecõtra ſuut
plures loci dialetici: ğ a dicto ſm quid ⁊
a dicto ſimpliciter debẽt ſumi plures fal
lacie ⁊ nõ vna tm̃. Ad primuʒ iſtoꝝ
dicit͂ ꝙ ſi capiat͂ dictuʒ ſimpliciter vt tm̃
valet ſicut cõtracte vt ſumit͂ in loco a to
to in mõ: ſic hõ albus nõ eſt dictuʒ ſim-
pliciter: ſʒ ſi capiat͂ dictuʒ ſimpliciter ꝓut
ſimplr tm̃ valet ſicut perfecte ⁊ nõ dimi
nute ſicut capit͂ in pñti paſſu: ſic hõ alb⁹
eſt dictuʒ ſimpliciter. Ad ſecũduʒ dĩ
ꝙ lʒ dictuʒ ſm quid quod fit cuʒ detia
tione cõtrahente tm̃ ſit inferius ad dic-
tuʒ ſimpliciter nõ tñ dictuʒ ſm quid qđ
fit cuʒ detiatione diminuẽte vel priuãte
ſʒ magis opponitur dicto ſimpliciter.

Ad terciuʒ dĩ ꝙ lʒ hõ mortuus ſit di
ctuʒ ſm quid reſpectu hoĩs. qꝛ mortuuʒ
diminuit de rõe hoĩs: tñ reſpectu mor-
tui eſt dictuʒ ſimpliciter: qꝛ hõ nõ dimi
nuit de rõe mortui. iõ ibi nõ arguit͂ a dic
to ſm q̇d per iſtaʒ fallaciã. Ad q̃rtuʒ
dr̃ ꝙ lʒ in quadrageſima nõ diminuat
de rõne hui⁹ quod eſt ieiunare abſolute
tñ bene diminuit reſpectu huius quod di
co bonuʒ: iõ arguitur cum determinatiõe
diminuente ſm tp̃us. Ad quintuʒ dĩ
negando conſequentiaʒ qꝛ a toto in mõ
⁊ a parte eius ſunt diuerſe virtutes pro-
batiue et diuerſe habitudines locales: iõ
ibi ſumunt͂ plures loci dialetici: ſʒ a dicto
ſm q̇d ad ſimpliciter ⁊ ecõtra eſt tm̃ vna
cã apparentie. iõ ibi non ſunt plures loci
ſophiſtici: nec eſt ſimile de ipſis.

E Lenchus. Poſtq̃ autor detia-
uit de fallacia ſm quid ad ſim-
pliciter. hic conſequenter detiat
de fallacia ignorãtie elenchi. rõe cui⁹ pri-
mo diffinit elenchuʒ ſic. elench⁹ eſt ſillius
contradictõis vnius ⁊ eiuſdem non noĩs
tm̃ nec rei tm̃ ſʒ rei ⁊ noĩs ſimul nõ ſino-
nomi ſed eiuſdeʒ et ex his que data ſunt
ex neceſſitate accidunt non cõnumerato
eo ꝙ erat in principio. ſ. ad ideʒ ſm idem
ſimiliter ⁊ in eodeʒ tempore. In qua diffi
nitõe ponit͂ ſilogiſmus loco generis ⁊ cõ
tradictõnis ponit͂ ad differentiã ſilogiſmi
non contradicentis poſitioni reſpondẽtis
⁊ ponitur vnius ⁊ eiuſdeʒ non noĩs tãtuʒ
nec rei tantuʒ ſʒ rei et nominis ſimul non
ſinonomi ſed eiuſdem tam rõe ſilogiſmi
ꝙ contradictionis. ad vtrũqʒ enim requi
ritur ꝙ maneant ideʒ termini ſm reʒ ⁊ vo
cem. ⁊ per hoc remouentur fallacie in dic
tione. Et ponit͂ ex hijs que data ſunt de
neceſſitate accidũt ratõe ſilogiſmi in quo
debet eſſe neceſſaria conſequentia: et per
hoc poteſt remoueri fallacia accidentis:
⁊ cetere non habentes neceſſariam conſe
quentiaʒ. deinde ponitur non cõnumera
to eo ꝙ erat in principio ratione probati-
onis qꝛ elenchus eſt ſilogiſmus probati-
uus et per hoc remouet͂ petitio principij.
deinde ponit͂ ad ideʒ ſm ideʒ ⁊c. ratione
contradictionis tantuʒ quia ille condictio
nes requirunt͂ ad contradictioneʒ tantuʒ.

Primo ſciendum ꝙ aliter põt diffiniri
elench⁹ ꝙ eſt ſilogiſm⁹ dialetic⁹ cõcluſio-
ni reſpondentis ꝯdictorius. ⁊ ſic ad elen-
chũ tria requirunt͂. ſ. neceſſaria illatio inq̃-
tuʒ eſt ſillius: ⁊ ſufficiens ꝓbatio concluſio
nis eſt dialetic⁹: tercio formalis repugnã
tia ſue cõcluſionis ad poſitõeʒ reſponden
tis inquantũ eſt ꝯdictorius. Ex quo pʒ ꝙ
Secundo ſcienduꝫ ꝙ hec ſigna excluſiua quandoqꝫ excludunt gracia alietatis: vt tantuꝫ homo eſt riſibilis. qn̄qꝫ vero gracia pluralitatis vt tantum ſunt deceꝫ predicamenta. Quandoqꝫ etiam ponuntur negatiue vt tantuꝫ animal rationale eſt homo. Quandoqꝫ vero cuꝫ negatione precedente excluſioneꝫ vt nō tantuꝫ aīal currit. Quandoqꝫ vero cum negatione ſequente ſignuꝫ excluſiuum: vt tantuꝫ animal non eſt ſubſtantia. et qn̄qꝫ cuꝫ negatione prepoſita ⁊ poſtpoſita ad ſignum excluſiuuꝫ. vt non tantū homo non eſt ſubſtantia: que contradicit illi in qua ſolum poſtponitur negatō Unde aliter exponiť illa propoſitō que eſt ſine negatione. ⁊ aliter illa in qua ponitur negatio precedens excluſioneꝫ. et aliter illa in qua ponitur negatō ſequēs excluſionem. ⁊ aliter ſua contradictoria ſicut patebit in regulis ſic ſtatim declarandis. Tercio ſcienduꝫ eſt ꝙ propoſitio excluſiua ſine negatione ſumpta exponiť per copulatiuaꝫ affirmatiuaꝫ: cuius prima pars eſt preiacens excluſiue et ſecunda pars eſt negatiua importans negationeꝫ predicati ab omnbius alijs a ſubiecto. vt tantum homo currit. i. homo currit ⁊ nihil aliud ab homine currit. vel ſic ſecundum alios homo currit ⁊ nullus non homo currit. vnde preiacens propoſitionis excluſiue eſt propoſitio ſumpta ſine dictione excluſiua: cui tamen poteſt addi ſignuꝫ excluſiuuꝫ vt illa propoſitio homo currit eſt preiacens illius tantum homo currit. Et ad excluſioneꝫ quattuor req̄runtur. ſ. illud quod excludiť. illud a quo excluditur. illud reſpectu cuius excluditur. ⁊ ipſe actus excludendi. vt cum diciť ſolus homo currit animalia alia ab homine ſunt id quod excluditur. ⁊ homo eſt id a quo excluditur. ⁊ curſus eſt id reſpectu cuius excluditur. ⁊ illa dictio ſolus importat actuꝫ excludendi. Uude propoſitio excluſiua affirmatiua infert copulatiuam cō poſitam ex duabus exponentibus: ⁊ quālibet earum ſeorſum ⁊ non econtra. vt bene ſequitur tantuꝫ animal cnrrit: ergo animal currit ⁊ nihil aliud ab animali currit bene etiaꝫ ſequitur tantum animal currit ergo animal currit. ⁊ ſimiliter bene ſequiť tantuꝫ animal currit. ergo nihil aliud ab animali currit. Infert inſuper propoſitio excluſiua affirmatiua ſuam vniuerſalem de terminis tranſpōitis. vnde bene ſequitur tantum animal eſt homo ergo omnis homo eſt animal. Quarto ſcienduꝫ eſt ꝙ propoſitio excluſiua contradictoria prioris. i. in qua ponitur negatio precedens excluſionem exponitur per diſiunctiuam affirmatiuam de partibus contradicentibus partibus prioris copulatiue. vt iſta non tantum homo currit: ſic exponiť nullus homo currit. vel alind ab homine currit. Unde partes affirmatiue copulatiue dicuntur contradicere partibus negatiuis diſiunctiue ſibi contradictorie. vt iſte due contradicunt homo currit ⁊ nihil ab homine currit. Et nullus hō currit vel aliq̄d aliud ab homine currit: quia ſunt de partibus contradicentibus. Sed propoſitio excluſiua in qua ponitur ſoluꝫ negatio ſequens excluſionem exponitur per vnam copulatiuam: cuius prima pars eſt negatiua preiacens. ⁊ alia eſt affirmatiua in q̄ predicatuꝫ affirmatiue enuntiatur de quolibet alio a ſubiecto. vt tm̄ accidēs eſt ſubſtantia. ſic exponitur accidens nō eſt ſubſtancia. et omne aliū ab accidente eſt ſubſtantia. ⁊ ſua contradictoria. ſ. illa in qua preponitur et poſtponitur negatio ſigno excluſiuo exponitur per diſiunctiuam de partibus contradicentibus partibus prioris copulatiue. vt iſta non tantuꝫ accidēs non eſt ſubſtantia ſic poniť accidens eſt ſubſtantia. vel omne aliud ab accidente non eſt ſubſtantia. Contra predicta arguitur primo ſic per ſigna excluſiua non intelligitur excluſio excercita. ergo contra ea que dicta ſunt in primo notabili. antecedens patet quia excercita excluſio non ſignificatur per illa ſigna ymmo nihil intelligitur per aliquem terminum niſi per ipſum ſignificare ſignificetur. cuꝫ ſit intellectum de re conſtituere. Secundo ſic omne illud quod exponitur gracia alietatis poteſt exponi gracia pluralitatis. ergo male dicitur ꝙ ſigna excluſiua quandoqꝫ excludunt gracia alietatis ⁊ quādoqꝫ gracia pluralitatis. Tercio ſic iſta eſt propoſitio excluſiua ſine negatiōe tantuꝫ pater in diuinis eſt eſſentia diuina. tamē nō exponitur per copulatiuam affirmatiuam cuius prima pars ſit preiacens excluſiue: et ſecunda pars ſit negatiua importās negatōneꝫ predicati de omnibus alijs a ſubiecto. quia non ſequitur tantuꝫ pater in diuinis eſt eſſentia diuina. ergo pater in diuinis eſt eſſentia diuina: ⁊ nihil aliud a patre eſt eſſentia diuina: quia exponēte ſunt vere ⁊ expoſita eſt falſa: g̊. Quarto ſic non ſequitur tantum animal eſt hō ergo animal eſt homo ⁊ nihil aliud ab animali eſt homo. ⁊ tamē hic arguitur ab expoſita ad ſuas exponentes vt notum eſt: ergo. antecedens eſt verum quia bene ſequitur omnis homo eſt animal: ergo tantum animal eſt hō ab vniuerſali affirmatiua ad ſuam excluſiuam de terminis tranſpoſitis: ⁊ conſequens eſt falſuꝫ. nam bene ſequiť: nihil aliud ab animali eſt hō ergo nihil non idem animali eſt homo. quia nihil aliud ⁊ nihil non idem equiualent. ⁊ vltra nihil non ideꝫ aīali eſt homo. ergo quodlibet ideꝫ animali eſt hō. quia quodlibet ⁊ nihil non equipollent per primaꝫ regulam equipollentiaꝝ. Et vltra quodlibet ideꝫ aīali eſt homo ergo quodlꝫ animal eſt hō quod eſt māifeſte falſuꝫ. ⁊ ꝑ conſequēs iſta ad quaꝫ ſequebať: nihil aliud ab animali eſt hō eſt falſa. Quinto ſic nō ſequitur tm̄ animalia ſunt ſenſibilia. ergo oīa ſenſibilia ſunt animalia. quia antecedens eſt veruꝫ ⁊ conſequens falſuꝫ patet q² lapides ſunt ſenſibiles: et tamē nō ſunt animalia ergo arguendo ab excluſiua affirmatiua ad vniuerſalem in terminis tranſpoſitis non eſt bona conſequentia. Ad primuꝫ iſtoꝝ diciť ꝙ ad hoc ꝙ aliqua dictio det intelligere aliquid nō oportet quo illud ſignificet. ſed ſufficit quod ipſum conſignificet.

Et q² ſigna excluſiua conſignificant excluſioneꝫ excercitaꝫ: ideo eam dat intelligeť. Ad ſecunduꝫ dicitur ꝙ licet aliquando illud quod exponitur gracia alietatis poſſet expōi gracia pluralitatis vt iſta excluſiua tantum animalia rationalia ſunt riſibilia poteſt exponi gracia alietatis et gracia pluralitatis. tamē propoſitio que eſt exponibilis gracia alietatis non ſemper poteſt exponi gracia pluralitatis ideo non ſumit ſimpliciter falſum. Ad tercium dicitur ꝙ iſta de vi ſermonis ⁊ ſm̄ proprium ſenſum eſt falſa. quia hec dictio tantum magis reſ-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pecit ſubiectum ꝙ̄ formam ſubiecti ⁊ ex
cludit alium in maſculino a conſorcio
predicati. ideo debet ſic exponi tantum
pater in diuinis eſt eſſentia diuina.i. pa
ter in diuinis eſt eſſentia diuina ⁊ tunc cō
ſequens eſt falſum ſicut antecedens. Si
vero excludit a forma ſubiecti ſic bene ex
ponitur modo dicto ante oppoſitū:quia
tunc antecedens eſt verum ſicut ⁊ conſe-
quens. ſenſus enim huius eſt tantum pa
ter in diuinis eſt eſſentia diuina.i.ille cū
quo nullus alius pater eſt eſſentia diui-
na in diuinis. cum enim dicimus tantum
pater in diuinis eſt eſſentia diuina nō ne
gamus filium ⁊ ſpiritum ſanctū eſſe eſſen
tia diuina ſed hoc dicentes ſignificamus
ꝙ illi ſimul cum eo:non ſunt pater. Ad
quartum dicitur ꝙ negatur antecedens ⁊
aſſumptum inde conſequns videlicet ꝙ
antecedens ſit verum ⁊ conſequens fal-
ſum. Et ad conſequentias improbantes
conceduntur ōes dempta iſta nihil non idē
animali eſt homo. ergo quodlibet idem
animali eſt hō quia licet nihil nō ⁊ quod
libet equipolleant tamen nihil non idem
animali ⁊ quodlibet idem animali non e
quipollent: propter duas cauſas. prima
eſt quia cum dicitur nihil non idem ani-
mali eſt homo ambe negationes non fe-
runtur ad eandem copulam quia prima
fertur ad eſt. Alia vero ad hoc ꝙ dicitur
exiſtens. modo regule conſequentiaꝝ de
bent intelligi quando negatio incluſa in
ſigno ⁊ alia poſtpoſita feruntur ad eandē
copulaȝ ⁊ propter hoc ꝙ ille negationes
ambe non feruntur ad idem prouenit.
Secunda cauſa eſt videlȝ ꝙ ille due non
ſunt eiuſdem ſubiecti ymmo ſubiectum
vnius eſt ens idȝ animali.ſ.ſecunde.ſub
iectum vero alterius.ſ.prime eſt ens non
idem animali. modo ad equipollentas re
quiritur ꝙ ſint eiuſdem ſubiecti. vnde eq̄
pollentes iſtius nihil non idem animali
eſt homo. eſt iſta. quodlibet non idem a-
nimali non eſt homo ⁊ ille ſunt eiuſdeȝ
ſubiecti ⁊ predicati ⁊ ſunt ābe vere ⁊ ne
gatiue ambe. ſi eni daretur iſta quodlȝ
idem aniāli eſt homo vt arguebatur tā
quam ei equipollens. tunc negatiua eq̄
polleret affirmatiue. nam prima eſt ſim
pliciter negatiua ⁊ ſecunda eſt ſimplici-
ter affirmatiua. Ad quintum dicitur
ꝙ ſi ſenſibile teneatur vniuoce in amba
bus tunc conſequentia eſt bona ⁊ ſicut
antecedens eſt verum ita et conſequēs
ſed ſi ſenſibile tēeatur equiuoce in illis
ſ. in excluſiua pro ſenſibili actio ⁊ in vni
uerſali de terminis tranſpoſitis pro ſen
ſibili paſſiuo ſic non valeret conſequen
tia. modo regula eſt intelligenda: ꝙ ab
excluſiua affirmatiua ad vniuerſaleȝ de
terminis tranſpoſitis eſt bona conſeq̄n
tia: ſi fiat excluſio gracia alietatis ⁊ ter-
mini teneantur vniuoce in ambabus.

s Equitur de dictionibꝰ ex-
ceptiuis. Poſtq̄ ſuperius au
tor determinauit de dictionibꝰ
excluſiuis hic conſequenter determinat
de dictionibus exceptiuis. cuius ordini
nis ratio eſt: quia dictiones excluſiue ſe
cludūt ab aliq̊ actu plura tota diſtincta
aut plures quoꝝ partes. dictiones aūt
exceptiue ſolum excludunt reſpectu ali-
cuius actus aliquod contentum ſub ali
quo diſtributo ⁊ ideo patet ordo.

Primo ſciendum eſt ꝙ autor in tex-
tu ſic diffinit dictiones exceptiuas di-
cens dictiones exceptiue ſunt que ſigni
ficant exceptoneȝ alicuius contenti ſub
aliquo diſtributo: vt preter preterq̄ et
ſic de alijs ⁊ ponitur ibi li que loco ge-
neris. eſt enim que relatiuum dans in-
telligere ſuum antecedens quod eſt ſin
cathegorema quod habet modum gene
ris reſpectu dictionis exceptiue ⁊ totuȝ
reſiduum ponitur ad differentiam om-
nium aliorum ſincathegorematum red
dentiuȝ propoſitioneȝ exponibileȝ quo
rum nullum ſignificat exceptionem alicu
ius contenti ſub aliquo diſtributo. Se
cundo ſciēduȝ ꝙ vt dicit auctor in textu
oīs exceptio fit a toto in quātitate. cuius
ratio eſt q2 oportet illud qđ vere excipi-
tur ſit pars ſm̄ actuȝ contenta ī eo a quo
excipitur ⁊ q2 ſole partes totius in q̄ntita
te ſunt actualiter ꝯtente in ſuo toto ⁊ non
ꝑtes aliorum totorum niſi habeant reduc
tionem ad totum in quantitate ideo ex-
ceptio fit in q̄ntitate. Ex iſto vere poſſu-
mus colligere ꝙ ad hoc ꝙ aliquid excipi
atur ab aliq̊ toto duo requiruntur. primo
ꝙ illud ſit pars illius a quo excipitur ſm̄
actum ⁊ q2 ꝑtes ſubiectiue ⁊ in modo nō
ſunt ſm̄ actum in ſuo toto: iō non poſſunt
excipi a ſuis totis Tercio ſciēduȝ eſt
ꝙ exceptiua affirmatiua exponitur copu-
latiue per tres exponentes ſicut ſatis ad
longum dr̄ in textu. ⁊ ſi in ea ponat̄ preter
li preter deſcendendo ſub terio a quo fit
exceptio debet mutari in aliud a. vñ in ex
ceptione quatuor requiruntur.ſ. excipiēs
quod eſt duplex.ſ. principale vt eſt intel-
lectus ⁊ inſtrumentale vt dictio exceptia
terminus exceptiuus. id a quo excipitur.
⁊ actus reſpectu cuiꝰ fit exceptio. ⁊ termi-
nus exceptus virtute dictionis exceptiue
non īpedite ſupponit ſimpliciter ⁊ oīs al
lij termini propoſitionis exceptiue eodeȝ
modo ſupponunt ſicut in preiacente. Sȝ
exceptiua negatiua contradictoria prece-
dentis exponitur diſiunctiue ꝑ propoſitō
nes contradicentes partibus ⁊ ponenti-
bus ipſam affirmatiuam vt patȝ ꝑ naturā
contradictionis. verbi gracia iſta excepti
ua non omne animal preter homineȝ eſt
irrationale. ſic exponitur. omne animal a
liud ab homine non eſt irrationale. vel
homo non eſt animal. vel homo eſt irra-
tionalis. Quarto ſciendum eſt ꝙ vni
uerſalis negatiua exceptiua exponitur co
pulatiue per tres propoſitiones ſicut cla-
re deducitur in textu. ſed ſua contradicto
ria exponitur diſiunctiue per tres propo
ſitiones contradicentes partibus copu-
latiue talis diſiunctiue contradictorie vt
iſta non nullum animal preter homineȝ
currit. ſic exponitur. aliquod animal ali-
ud ab homine currit vel aliquis homo
non eſt animal vel aliquis homo currit

Contra predicta arguitur. ⁊ primo
ſic. preter eſt dictio exceptiua. ⁊ tamen
non ſemper ſignificat exceptionem: ergo
⁊ cetera. minor probatur quia ī iſta pro
poſitione tu debes decem francos pre-
ter viginti ſcuta. li preter non ſignificat
exceptionem. nam ſenſus illius propo-
ſitionis eſt tu debes decem francos cuȝ
viginti ſcutis. Secundo ſic excep-
tio fit a toto integrali vt patet dicendo
totus ſortes eſt in archa preter pedem.
ergo male dicitur in textu ꝙ omnis ex-
ceptio fit a toto in quantitate. Ter-
cio ſic exceptio fit a toto vniuerſali. er-
go ⁊ cetera. Antecedens patet dicendo
homo ratiocinatur preter ſor. qui eſt ve
ſanus. Quarto ſic terminus excep-
tus non ſemper accipitur ſimpliciter er-
go male dicitur in textu ꝙ dictio excep
tiua facit terminum communem ſupra
quem cadit ſupponere ſimpliciter. An-
tecedens patet quia terminus exceptus
excipitur reſpectu alicuius actus modo
actiones ſunt ſingularium ⁊ ſuppoſito-
rum prohemio methaphiſicorum. et ſic
terminus exceptus ſupponit perſonali-
ter ⁊ non ſimpliciter Quinto ſic iſta
eſt vna propoſitio exceptiua nullus ho
mo preter aſinum currit ⁊ tamen illud
quod excipitur non continetur ſecundū
actum in toto in quantitate a quo exci-
pitur. ergo ille conditiones aſſignate ad
hoc ꝙ aliquid excipiatur non ſunt bone

Ad primum dicitur ꝙ quandocun
q̄ȝ preter accipitur exceptiue ſemper ſi-
gnificat exceptionem ſed ſemper non te
netur exceptiue. ymo aliquādo tenetur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

negatiue. vt ego ſtabo preter te id eſt ſi
ne te. aliquando abſtractiue. vt decem
preter duo ſunt octo. id eſt remotis duo
bus a decem remanent octo. et aliquan
do aſſociatiue. vt tu debes decem fran-
cos preter viginti ſcuta id eſt cum vigin
ti ſcutis. Ad ſecundum dicendum
eſt ꝙ verum eſt ſed per totum in quan-
titate petrus hyſpanus intelligit totum
integrale ſicut ſatis patet in ſuis ſinca-
thegorematibus: vbi expreſſe dicitur
ꝙ exceptio fit a toto in quantitate et a
toto integrali. Ad tercium dicitur ꝙ
ibi non eſt vera exceptio ſed potius ab
uſiua Ad quartum dicitur ꝙ licet
terminus ſupponens ſimpliciter ſuppo-
nat pro re vniuerſali tamen hoc ſecun-
dum habitudinem quam habet ad ſup
poſita. ⁊ ideo vbicunq; ſupponit pro ſu
ppoſitis licet indeterminatis. Ad
quintum dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliqua pro
poſitio ſit vere exceptiua: tam ex parte
rei quam ex parte modi enunciandi re-
quiritur ꝙ excipiatur aliquid ab aliquo
quod fert inſtantiam eius a quo fit ex-
ceptio. ſic ꝙ ſit per ſecundum actu͞ȝ con
tenta in illo a quo excipitur. ſicut patuit
in ſecundo notabili ⁊ peramplius pate
bit in ſincathegorematibus.

Sequitur de dictionibus reduplicatiuis.

Poſtquam
autor determinauit de dictio-
nibus exceptiuis. Hic conſe-
quenter determinat de dictionibus re-
duplicatiuis. Et ratio ordinis eſt. quia
dictiones reduplicatiue denotant attri-
butionem ſicut apparebit per diffinitio-
nem earum inferius ponendaȝ. Dictio
nes vero exceptiue quodammodo im-
portant ſeparationem ⁊ remotioneȝ. mo
do attributio ⁊ remotio quodammodo
opponu͞ntur. ⁊ quia oppoſita iuxta ſe po
ſita magis eluceſcunt. ideo patet ordo.

Primo ſciendum eſt ꝙ auctor in textu
dictiones reduplicatiuas diffinit dicens.
dictio͞es reduplicatiue dicuntur que im-
portant rationem ſecundum quam aliq͞d
alteri attribuit͞ ⁊ ſubintelligit͞ ſincathego-
remata. ita vt ſit ſenſus dictiones redu-
plicatiue ſunt ſincathegoremata que im
portant ro͞nem ⁊c. totum reſiduum poni-
tur ad differenciam aliorum ſincathego-
rematum quoruȝ nulli ꝯpetit ratio aliq͞d
alteri attribuendi. vn͞ dictiones redupli-
catiue ſunt aduerbiu͞ vel ꝓpoſitiones cuȝ
ſuo caſuali vt ſunt iſte inquantum ſm ꝙ
ea ratione. ⁊ iſtis dictionibus dicitur pro
poſitio reduplicatiua ⁊c. Secundo ſci
endum eſt ꝙ vt dicit autor in textu dictio
reduplicatiua preſupponit aliquod pre-
dicatum ineſſe alicui ſubiecto ⁊ denotat
illud ſupra quod cadit eſſe ca͞m illius in
herentie. vnde reduplicatio ſic diffinitur.
Reduplicatio eſt enunciatio reiterata ſu
pra extremuȝ propoſitionis denota͞s cau
ſam inherentie predicati cuȝ ſubiecto. vn͞
in propoſitione reduplicatiua q͞tuor ſunt
conſideranda. ſ. ſubiectum principale ⁊ p͞
dicatum principale reduplicatum. ⁊ dictio͞
reduplicatiua. vt in iſta propoſitione om
ne animal eſt ſubſtantia inquantum ani-
mal. li primum animal. eſt ſubiectum pri͞
cipale. li ſubſtantia eſt predicatum princi
pale materiale. li inquantum eſt dictio re
duplicatiua ⁊ li animal ſupra quod cadit
ſecundam iſta reduplicatiua eſt redupli-
catum. Tercio ſciendum eſt ꝙ vt dicit
albertus reduplicatio ⁊ diſtributio ex op
poſito ſe habent. quia diſtributio incipit
a ſubiecto diuidendo partes eius ⁊ termi
nando eas in receptione predicati. ſed re
duplicatio eſt proprietas inchoans a pre
dicato ⁊ terminata in ſubiecto. dictio na͞-
q; reduplicatia vt dicit textus ſemper fer
tur ad predicatum ſed nunquam redupli
cat ip͞m. vnde reduplicatiua affirmatiua
exponitur per vnam copulatiuam haben

tem quatuor propoſito͞nes cathegoricas
affirmatiuas partes ſui. ⁊ reduplicatiua i͞
qua ponitur negatio poſt dictionem re-
duplicatiuam ſimiliter exponitur copula
tiue per quatuor exponentes ſicut ad lon
gum deducitur in textu. Quarto ſcien
dum eſt ꝙ copulatiua ⁊ diſiunctiua de p
tibus contradicentibus contradicunt. id͞o
ſicut reduplicatiua affirmatiua exponitur
copulatiue per quatuor affirmatiuas pro
poſitiones. ſic reduplicatiua ei contradic
toria exponitur diſiunctiue per quatuor
propoſitiones negatiuas contradicentes
exponentibus reduplicatiuam affirmati-
uam vt non omnis homo eſt animal in-
quantum ſenſitiuus que contradicit iſti:
omnis homo eſt animal inquantum ſen
ſitiuus. Exponitur ſic. non omnis homo
eſt animal. vel non omne ſenſitiuum eſt a
nimal. vel homo non eſt ſenſitiuus: vel
quia aliquid non eſt ſenſitiuum illud no͞
eſt animal vel ſic ⁊ ideȝ redit. aliquis ho
mo non eſt animal. vel aliquod ſenſiti͞m
non eſt animal. vel homo non eſt ſenſi-
tiuus. vel quia aliquid non eſt ſenſitiuu͞
illud non eſt animal. ⁊ conformiter poſ-
ſet dici de contradictoria reduplicatiue:
in qua negatio ponitur poſt dictionem
reduplicatiuaȝ. videlicet ꝙ exponitur diſ
iunctiue per propoſitiones contradicen-
tes propoſitionibus exponentibus ſuam
contradictoriam. exempla facilia ſunt in-
tueri. Contra predicta arguitur. pri-
mo ſic. nulla propoſitio eſt reduplicatiua
ergo hic male diffinitur. antecedens pa-
tet quia reduplicatio ſemper reduplicat
ſubiectum ⁊ ſic debet dici de reduplicato
extremo ⁊ non propoſitio reduplicatiua.
Secundo ſic. in iſta propoſitione cog
noſco ſortem inquantum homo. ponitur
dictio reduplicatiua. ⁊ tame͞ non eſt redu
plcatiua propoſitio. ergo non omnis il-
la propoſitio in qua ponitur dictio redu
plicatiua eſt reduplicatiua. Tercio ſic.
hec eſt reduplicatiua homo eſt animal
inquantum homo. ⁊ tamen homo ſu-
pra queȝ cadit reduplicatio non eſt cau
ſa predicati quia homo non eſt cauſa a
nimalis. ſed econtra: ergo reduplicatio
non denotat cauſam inherentie predica
ti cum ſubiecto. Quarto ſic. dicendo
ſortes ſcribit inquantum poteſt. ibi hec
reduplicatio inquantuȝ non eſt nota in
herentie predicati cum ſubiecto. ergͦ ma
le dicitur in ſecundo notabili ꝙ redupli
catio denotat cauſam inherentie predi-
cati cum ſubiecto. Quinto ſic. redu-
plicatiua affirmatiua exponitur copula-
tiue. per quatuor propoſitiones affirma
tiuas ergo eius contradictoria ſimiliter
debet exponi copulatiue per q͞tuor pro-
poſitiones negatiuas. quia oppoſitoruȝ
eadem eſt diſciplina. ergo male dicitur
quarto notabili ꝙ exponitur diſiunctue

Ad primum iſtorum dicitur. ꝙ licet
omnis reduplicatiua videatur eſſe de re
duplicato extremo. ſcilicet de reduplica
to ſubiecto. nihilominus tamen quia ta
lis reduplicatio fertur ſupra predicatuȝ
tota propoſitio dicitur reduplicatiua ra
tione ſue partis. ſcilicet ratione ſui ſub-
iecti reduplicati ſupra predicatum.

Ad ſecundum dicitur ꝙ li inquan-
tum non tenetur ibi reduplicatiue: ſed
ſpecificatiue: ita ꝙ eſt ſenſus cognoſco
ſortem inquantum homo id eſt ea ratio
ne qua eſt homo. Ad tercium dicitur
ꝙ in ſecundo notabili non dicitur ꝙ il-
lud ſupra quod cadit reduplicatio ſit
cauſa predicati ſed dumtaxat ꝙ eſt cau
ſa inherentie predicati cuȝ ſubiecto. mo
do licet homo non eſt cauſa animalis ꝙ
tum adeſſe ſed econtra. eſt tamen cauſa
inherentie animalis ad ipſum. Ad
quartum dicitur. ꝙ duplex eſt reduplica
tio. quedam eſt reduplicatio rei ſecun-
dum inherentiam alterius ad ipſaȝ ⁊ ta
lis eſt nota ca͞e inherentie. vt homo eſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

animal inquantum homo. alia eſt reduplicatio modi inherendi vt ſoꝛ. ſcribit inquantum poteſt: ⁊ de pꝛima pꝛincipaliter intelligitur diffinitio. Ad quintum dr ꝙ quia copulatiua ⁊ diſiunctiua de partibus contradicentib⁹ ꝯtradicunt iō ſicut reduplicatiua affirmatiua exponitur per copulatiuam affirmatiuam. Jta reduplicatiua contradictoꝛia eius exponitur per diſiunctiuam de partibus contradicentibus. ⁊ quia etiam contradictio in copulatiuis ſicut ⁊ in omnibus alijs ypotheticis poteſt dari ferendo negationeꝫ ad copulam pꝛincipalem totius ypothetice vel pꝛeponendo negationem toti pꝛopoſitioni ideo reduplicatiua contradictoꝛia reduplicatiue affirmatiue bene poſſit exponi per copulatiuam contradicentem copulatiue exponenti reduplicatiuam affirmatiuam ſed quia magis eſt vſitatus pꝛimus modus: dandi contradictionem in copulatiuis ideo dicit melius autoꝛ ꝙ exponitur per diſiunctiuaꝫ quam per copulatiuam.

Sequitur tertius de Incipit et deſinit.

P Oſtquam ſuperius auctoꝛ determinauit de dictionibus reduplicatiuis. Hic cō ſequenter determinat de iſtis duobus verbis incipit ⁊ deſinit. Et ratō oꝛdinis eſt quia exponibilitas pꝛopoſitōnis reduplicatiue fundatur ſupꝛa pꝛincipium materiale ipſius pꝛopoſitionis reduplicatiue. ſcilicet ſupꝛa ſubiectum. eſt enim reduplicatio foꝛma ſubiecti reduplicata ſupꝛa pꝛedicatum. ſed exponibilitas pꝛopoſitionum de incipit ⁊ deſinit magis tenet ſe ex parte pꝛedicati foꝛmalis. ſcilicet ex parte verbi. Et ita patet oꝛdo. Pꝛimo ſciendum eſt. ꝙ vt dicit auctoꝛ in textu. quedam ſunt res quarum eſſe totum acquiritur ſimul. Et iſte ſunt permanentes. alie ſunt quarum eſſe acquiritur ſucceſſiue ⁊ pars poſt partem vt ſunt res nature permanentes quarum denominatio dependet ad motum ⁊ per contrarium ſicut album ⁊ calidum. ⁊ etiam res nature ſucceſſiue vt motus. vnde res permanentes ⁊ ſucceſſiue differunt quatuoꝛ modis. Pꝛimo quia eſſe rerum permanentium eſt totum ſimul. eſſe autem rerum ſucceſſiuarum capiendo entia ſucceſſiua duobus pꝛedictis modis non eſt ſimul ſed in ſucceſſione. Differunt ſecundo quia partes reruꝫ permanentium ſunt omnes ſimul. partes vero rerum ſucceſſiuaruꝫ non ſunt ſimul ſed vna poſt aliam. Differunt tercio ſicut cauſa ⁊ effectus. permanentia enim ſunt cauſa ſucceſſiuoꝛum. pꝛioꝛa ſecundum naturam ſucceſſiua vero poſterioꝛa. Differunt quarto. quia res permanentes ſunt in ſe terminate. Sed res ſucceſſiue non habent in ſe terminos. vt motus ſecundum pꝛopꝛium eſſe ſucceſſiuum non habet terminum. ſed terminatur ad res permanentes vt alteratio ad qualitatem et augmentatio ad quantitatem ⁊ cetera.

Secundo ſciendum eſt ꝙ rei nature permanentis que ineſſe fieri ⁊ conſeruari non dependet a re ſucceſſiua ⁊ rei permanentis quantumcumqꝫ dependet ad alia datur pꝛimum inſtans eſſe quo ad inceptionem. ſic quod verum eſt dicere iam eſt iſta res ⁊ immediate ante hoc nō fuit. Et rei nature ſucceſſiue datur vltimum inſtans non eſſe quo ad inceptionem vt iſta res non eſt ⁊ immediate poſt erit. Tercio ſciendum eſt ꝙ iſta duo verba incipit ⁊ deſinit dicunt inceptionem ⁊ deſinitionem. ſed deſinitio ⁊ inceptio non ſunt niſi in terminis inicialibus ⁊ finalibus rerum. Et tamen vltra terminum finalem nihil eſt de re neqꝫ ante terminum inicialem aliquid eſt de re: eo ꝙ tota res intra totos ſuos terminos clauditur. Jdeo hoc verbum deſinit quod dicit terminum finaleꝫ rei per pꝛius dat intelligere pꝛeſens ⁊ conſequenter pꝛiuationem futuri ⁊ hoc in permanentibus. Sꝫ in ſucceſſiuis p̄terituꝫ terīatum ad pꝛeſens. ⁊ cōſequenter pꝛiuatōeꝫ pꝛeſentis. Et incipit quod dicit terminum inicialeꝫ rei dat intelligere pꝛeſens ⁊ pꝛiuationem pꝛeteriti ⁊ hoc in rebus permanentibus. et in ſucceſſiuis per pꝛius ponit futurum terminatum ad pꝛeſens. ⁊ per poſterius pꝛiuationem pꝛeſentis. quia res ſucceſſiue non ſunt in pꝛīcipio ſui: ſed poſt ipſum pꝛinpiuum ſicut ſunt res permanentes. Quarto ſciendum eſt ꝙ iſta duo verba incipit ⁊ deſinit q̄n doqꝫ adiunguntur permanentibus ⁊ ſucceſſiuis que differunt ſpecie habent rationes differētes ſpecie eo ꝙ dicunt motum qui capit ſpeciem a ſuis terminis ⁊ potiſſime a termino ad quem ⁊ quia eſt alia ratio hoꝛum verboꝛum incipit ⁊ deſinit cum permanentibus ⁊ alia cum ſucceſſiuis ſicut ſuperius patuit. Jdeo aliter exponuntur pꝛopoſitiones de incipit ⁊ deſinit in rebus permanentibus: quam ſucceſſiuis quia in permanentibus affirmatiue de incipit exponuntur per vnam copulatiuam. Cuius pꝛima pars eſt affirmatiua de pꝛeſenti. ⁊ alia eſt negatiua de pꝛeterito. vt iſta homo incipit eſſe. Sic exponit̄ homo nunc eſt ⁊ immediate ante hoc non fuit. Sed in rebus ſucceſſiuis exponitur per vnam copulatiuam. Cuius pꝛima pars eſt negatiua de pꝛeſenti. et ſecunda affirmatiua. de futuro vt homo incipit eſſe albus Sic exponitur. homo non eſt nunc albus ⁊ immediate poſt erit albus. ⁊ ſimili modo dicendum eſt de pꝛopoſitionibus de deſinit ſicut apparet ſatis in textu. negatiue vero de incipit ⁊ deſinit exponuntur per copulatiuam expoſitam de partibus oppoſitis partibus copulatiue per quam exponitur affirmatiua de ipſis. Contra pꝛedicta arguitur pꝛimo ſic. motus celi eſt cauſa iſtoꝛum inferioꝛum que vt in pluribus ſunt permanentia non ergo permanentia ſunt cauſa ſucceſſiuoꝛum. Tenet conſequentia. quia idem non eſt cauſa ⁊ effectus reſpectu eiuſdem. Secundo ſic. Cui⁹libet rei eſt terminus intrinſecus. Ergo male dicitur ꝙ res ſucceſſiue non habent in ſe terminos ad quos terminantur. Tercio ſic. incipit ⁊ deſinit ſunt eiuſdem rationis in permanentibus et ſucceſſiuis. ergo ſemper eodem modo debent exponi pꝛopoſitiones de incipit ⁊ deſinit in permanentibus ⁊ ſucceſſiuis. antecedens patet quia incipit ſemper denotat inceptionem. quia eſt ratio eius. ⁊ deſinit deſinitionem.

Quarto ſic permanentia non differunt a ſucceſſiuis de incipit ⁊ deſinit in in ipſis. antecedens patet quia album ⁊ nigrum ſunt entia permanentia in eſſe ⁊ ſunt ſucceſſiua quia eſſe eoꝛum acquiritur ſucceſſiue. Quinto ſic poſito caſu quia ſoꝛtes ſit in pꝛīcipio ſui fieri. iſta eſt vera ſoꝛtes incipit eſſe ⁊ tamen iſta eſt falſa ſoꝛtes eſt nunc ⁊ immediate ante non fuit quia vna pars iſtius copulatiue eſt falſa. ſcilicet iſta immediate ante non fuit poſito ꝙ alia pars copulatiue ſit vera. ſcilicet ſoꝛtes nunc eſt quia pꝛopoſitio de pꝛeſenti ponit affirmationem de pꝛeterito ⁊ futuro veram. et eo ꝙ pꝛeſens eſt finis pꝛeteriti ⁊ iniciuꝫ futuri. Ad pꝛimum iſtoꝛum dicitur ꝙ licet aliqua ſucceſſiua ſit cauſa permanentium. ſicut motus celeſtis eſt cauſa permanentium hic inferius exiſtentium

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tamen ſimpliciter loquendo ⁊ a toto genere permanentia ſunt cauſa ſucceſſiuorum. Ad ſecunduʒ dicitur ꝙ licet cuiuſlibet rei ſit terminus intrinſecus ſecundum eſſentiam. tamen in pluribus non eſt terminus intrinſecus ſecundum eſſe ſicut motus rei ſuum eſſe ſucceſſiuum non habeat terminuʒ qui habeat eſſe ſucceſſiuuʒ: ſed bene habet terminū qui habʒ eſſe permanens. ſicut iſte motus qui eſt alteratio determinatur ad qualitatem. ⁊ hic capitur ſucceſſiuum prout diſtinguitur cōtra quodcunqꝫ permanens videlicet ſpecialiter ⁊ non generaliter. Ad tercium dicitur ꝙ licet incipit et deſinit ſint eiuſdem rationis generalis in permanentibus ⁊ ſucceſſiuis quia ſemper important inceptionem aut deſinitionem. non tamen ſunt eiuſdem rationis ſpecialis ſicut tactum eſt in principio primi notabilis. Quare aliter exponuntur propoſitiones de incipit ⁊ deſinit in permanentibus ⁊ ſucceſſiuis. Ad quartim dicitur ꝙ capiendo ſucceſſiuuʒ pro eo ꝙ quando fit ⁊ quando factum eſt non ſit nihil idem eſt ſucceſſiuum ⁊ permanens. ſed ſi capiatur ſucceſſiuum pro eo cuius eſſe acquiritur ſucceſſiue ſic aliquid poſſit eſſe ſucceſſiuum ⁊ permanens vt tactum eſt in principio primi notabilis. non tamen de tali permanentia de qua eſt hic ad propoſitum quia ibi capitur res permanēs ſoluʒ pro illa cuiꝰ eſſe in inſtanti acquiritur. Ad quintū dicitur ꝙ licʒ idē inſtans materialiter ſit inſtans preſentis et preteriti. non tamen eſt idem formaliter inſtans et ideo non oportet ꝙ vna propoſitio affirmatiua de preſenti ſemper ponat affirmatiuam veram de preterito.

s Equitur de infinito. Poſtquam autor ſuperius determinauit de incipit ⁊ deſinit. Hic conſequenter determinat de infinito. Ratio ordinis eſt quia deſinit oſtendit poſitiue finem rei. eo ꝙ ſignificat deſinitioneʒ eiꝰ. infinituʒ vero deſignat finem rei priuatiue quia ſignificat carentiam finis ſicut ſatis apparet per vim nominis. infinitum enim dicitur ab in quod eſt non et finitum quaſi non finitum ideſt ſine fine et quia habitus precedit priuationem idō patet ordo. Primo ſciendum eſt ꝙ vt dicit ariſtotiles tercio phiſicorum infinitum dicitur quinqꝫ modis. Primo modo negatiue ſcilicet quod non eſt aptum natum tranſiri ⁊ hoc modo dicitur vox inuiſibilis ſicut infinitum intranſibile. Secundo modo dicitur infinitum quod quātum eſt de ſe poteſt tranſiri non tamen a nobis propter impedimentum vt profunditas maris dicitur infinita. Tercio modo dicitur infinituʒ quod poteſt tranſiri etiam a nobis. ſed hoc eſt vix ⁊ cum magna difficultate ⁊ ſic itur vſqꝫ ad indiam dicitur infinitum. Quarto modo dicitur infinitum quod habet tranſitum inconſumabilem propter eius extenſionem infinitam vt ſi eſſet aliqua magnitudo non habens terminos illa eſſet infinita. Quinto modo dicitur infinitum ſecundum diuiſionem vt in magnitudinibus aut ſecundū appoſitioneʒ vt in numeris aut in vtroqꝫ modo vt in tempore. Secundo ſciendum eſt ꝙ petrus hyſp. in textu reducit iſtos quinqꝫ modos ad duas diuiſiones quarum prima eſt ꝙ infinitum quandoqꝫ ſumitur negatiue ⁊ eſt illud quod non eſt finituʒ nec aptuʒ natum finiri vt punctus vel deus. Alio modo ſumitur priuatiue ⁊ eſt illud quod non eſt finitum eſt tamē aptum natum finiri vt motus nondum ꝑfectus ⁊ iſtud eſt triplex ſcilicet infinitum per appoſitionem tantuʒ vt in numeris quia dato quocunqꝫ numero adhuc poteſt dari maior. infinituʒ per diuiſioneʒ tantū vt in continuis quia dato quocunqꝫ continuo vtputa bicubito illud eſt diuiſibile in infinitum diuidendo in partes eiuſdem proportionis. Et infinitum per appoſitionem ⁊ diuiſionem ſimul ſicut eſt tempus. eſt enim tempus infinitū quo ad diuiſionem quia eſt continuum ⁊ eſt infinitum per appoſitionem quia eſt numerus motus. Secunda diuiſio eſt de infinito qua omnes diſtinguntur modi precedentes quia aliquid dicitur infinituʒ in actu quod eſt quantuʒ non determinatum vt eſt magnitudo carens terminis. aliud eſt infinitum in potentia vt ſunt continua. aliud eſt infinitum quo ad nos vt profunditas maris.

Tercio ſciendum eſt cum textu ꝙ infinitum ſecundum ꝙ ſubſeruit propoſito adhuc poteſt capi duobus modis vno ſignificatiue cathegorematice ⁊ ſic eſt terminꝰ communis ſignificans quantitatem rei ſubiecte vel predicate vt cuʒ dicitur mundus eſt infinitus infinitum eſt album ⁊ tunc eſt nomen ſubſtantiuū Alio modo capitur ſincathegorematice non prout dicit quantitatem rei ſed prout dicit qualiter ſe habet ſubiectuʒ in ordine ad predicatum ⁊ ſic eſt nomen adiectiuuʒ nec eſt terminus communis ſignificans rem ſubiicibilem aut predicabilem ſed eſt diſpoſitio ſubiecti et ſignum ⁊ ipſum poſitum in ſubiecto facit terminum ſequentem ſtare confuſe tantuʒ nō tamen mobiliter quia licʒ ſupponat pro quolibet ſuo ſuppoſito non tamen ſub eo poteſt fieri deſcenſus. Quarto ſciendum eſt ꝙ propoſitio de infinito ſincathegorematice capto exponitur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatuʒ de ſubiecto ſumpto ſub aliqua quantitate continua vel diſcreta ⁊ ſecunda negat predicatum ineſſe tali ſubiecto ſecundum determinataʒ quantitateʒ vt iſta infiniti homines currunt: ſic exponitur aliquot homies currunt et non tot quin plures duobus vel tribus. vel ſic aliquod homines currunt et quodlibet plures. ſed ille de infinito cathegorematice ſeu ſignificatiue capto exponūtur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat quantitateʒ de ſubiecto et ſecunda negat terminum illius quantitatis. vt hec propoſitio. linea eſt infinita: ſic exponitur linea eſt quanta et non habet terminum ſue quātitas. Et hoc eſt intelligendum. ſi li infinitum ſit in predicato quia ſi ſit in ſubiecto exponuntur per vnam copulatiuam cuius prima pars affirmat predicatum de ſubiecto quanto et ſecunda negat terminum illius quantitatis. vt hec aliquod corpus infinitum eſt albuʒ ſic exponitur. aliquod corpus eſt album ⁊ illud corpus non habet terminum ſue quantitatis. Et oportet negare terminum illius quantitatis ſecundum quem dicitur infinitum. Ita ꝙ ſi ſit infinitum in actu negandus eſt terminus quantitatis actualis. Et ſi ſit infinitum in potencia negandus eſt terminus quantitatis potencialis. ex quibus poſſimus colligere. Siue infinitum capiatur cathegorematice ſeu ſignificatiue ſiue ſincathegorematice ſemper reddit propoſitōem exponibilem licet hoc potius faciat qn̄do tenetur ſincathegorematice.

Contra predicta arguitur primo ſic. quod habet poſitionem in continuo eſt finitum igitur punctus eſt finitus. et ſic male exemplificatur de puncto: dum dicitur ꝙ punctus eſt infinitus negatiue. quia non eſt finitus nec aptus natus finiri. antecedens patet quia qd̄ habet

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

poſitionem in continuo eſt terminatum

Secundo ſic ſola ſigna vniuerſalia et negationes confundunt: ſed infinitum non eſt ſignum vniuerſale nec eſt negatio. ergo non facit terminum ſequentem ſe ſtare confuſe. Tercio ſic propoſitio exponibilis eſt intelligibilis et apprehenſibilis ab intellectu exponente: ſed propoſitio de infinito non eſt apprehenſibilis ab intellectu. quia intellectus et natura aborrent infinitum ergo propoſitio de infinito non eſt exponibilis. Quarto ſic iſta eſt de infinito quantitas eſt res naturalis: et tamen non eſt exponibilis. ergo non omnis propoſitio de infinito eſt exponibilis. antecedens patet quia infinitum eſt paſſio quantitatis. modo poſito ſubiecto ponitur proprietas eius: eo quod ſe conſequuntur conuertibiliter et ſic poſita quantitate ponitur infinitum quod eſt paſſio eius. Quinto arguitur ſic hec non eſt exponibilis linea eſt infinita ergo male exponitur in textu. antecedens patet quia in ea nō eſt aliquod ſincathegorema quod requiritur ad propoſitionem exponibilem. nam hoc predicatum infinita tenetur ſincathegorematice. Ad primum iſtorum dicitur ꝙ omne illud quod habet poſitionem in continuo tanquam pars quantitatiua eius eſt finitum actu et infinitū in potentia: quia nullum eſt continuuꝫ quin habeat extrema ipſum determinantia. Sed non oportet de omni illo quod habet poſitioneꝫ in continuo tanquam pars eſſentialis eius. cuiuſmodi eſt punctus. Ad ſecundum dicitur: quod infinitum includit negationem ratione cuius poteſt confundere. et ideo ab auctore in textu vocatur ſignum diſtributiuum. Ad tercium dicitur ꝙ licet natura et intellectus aborreant infinitum in actu: non tamen infinitum in potencia. et ſic licet intellectus non apprehendat infinitum in actu tanquam ens poſitiuum: tamen apprehendit infinitum tanquam ens priuatiuum per apprehenſionem finiti: et hoc ſufficit ad hoc ꝙ exponat propoſitionem de infinito tanquam ab eo cognitam.

Ad quartum dicitur ꝙ licet poſito ſubiecto ponatur paſſio ſubiecti: tamen non dat intelligere ſuam paſſionem. Et ideo quantitas non dat intelligere infinitum. quia prius non dat intelligere poſterius quare illa propoſitio non eſt de infinito. Ad quintum dicitur ꝙ licet infinita teneatur cathegorematice: tamen equipollet vni ſincathegoremati: et ideo reddit propoſitionem exponibilem.

s

Equitur de comparatiuis. Poſtquam auctor ſuperius determinauit de infinito. Hic conſequenter determinat de comparatiuis et ſuperlatiuis. Et ratio ordinis eſt: quia infinituꝫ importat quendam exceſſum finis per comparationem ad finitum. ſed exceſſus importat̃ per comparatiuum et ſuperlatiuum: ergo patet ordo. Primo ſciendum eſt ꝙ comparatiuus ⁊ ſuperlatiuus poſſunt teneri dupliciter. Uno modo proprie. alio abuſiue. Unde comparatiuus et ſuperlatiuus tenentur proprie quando id quod comparatur: et illud cui comparatur participant proprietateꝫ in qua comparātur. vt plato eſt fortior iohanne. vel plato eſt fortiſſimus hominum. ibi plato et iohannes participant fortitudine. ſꝫ tenentur improprie: quādo illud cui comparatur non participat proprietatem ſecundum quam fit comparatio: et hoc fit tribus modis. Primo modo quando ponitur comparatiuus aut ſuperlatiuus loco poſitiui. vt dicendo iſte eſt ſenior: non addendo reſpectu cuius ſit ſenior. li ſenior ponitur ibi pro ſenex. ita ꝙ eſt ſenſus iſte eſt ſenior ideſt ſenex. Secundo modo quando ponitur id quod comparatur cum forma importante exceſſum. ſine eo cui comparatur. vt dicendo nicolaus eſt ſanctiſſimꝰ aut ſaltem ſi ponatur id cui comparatur ⁊ illud non participat formam comparationis. vt deus eſt melior diabolo: ibi li melior tenetur abuſiue. Tercio modo. quando comparatiuus et ſuperlatiuus includunt cum hoc aduerbio minus poſitiuuꝫ oppoſitum ſuo proprio poſitiuo. vt ibi fornicatio eſt melior adulterio. ſenſus enī eſt fornicatio eſt minus malum quam adulterium. Secundo ſciendum eſt ꝙ in exceſſu comparationis importato per comparatiuum et ſuperlatiuum quatuor requiruntur. Primum eſt excedens ſeu id quod comparatur. Secundum eſt exceſſum ſeu id cui comparatur. Tercium eſt id in quo comparantur ſiue in quo fit comparatio. Et quartum eſt exceſſus in eo in quo fit comparatio. verbi gracia vt hic ſortes eſt fortiſſimus hominum. ſortes excedens ſeu id quod comparatur. li hominuꝫ eſt exceſſum ſeu id cui compat̃ ſortes. Et iſte ſuperlatiuꝰ fortiſſimꝰ qui dicit fortitudinem: et exceſſus illius fortitudinis eſt id in quo fit comparatio. quia ſortes habet fortitudinem et etiam habet eam in exceſſu reſpectu aliorum hominuꝫ

Tercio ſciendum eſt ꝙ propoſitio de comparatiuo proprie capto et non abuſiue exponitur copulatiue per tres exponētes. Quarum prima affirmat poſitiuum de re excedente. Secunda affirmat eumdem de re exceſſa. Et tercia affirmat exceſſum ideſt formam ſecundum quam fit comparatio cuꝫ exceſſu importatam ſeu deſignataꝫ de re excedente reſpectu rei exceſſe vt iſta ſortes eſt albior aſino. ſic exponitur ſortes eſt albꝰ: aſinus eſt albꝰ et ſortes eſt magis albus quam aſinus Et hoc eſt intelligendum ſi ille comparatiuus albior teneatur affirmatiue. quia ſi teneatur negatiue debꝫ exponi negando qualitatem forme in exceſſo reſpectu excedentis vt ſortes eſt albus aſinus eſt albus: ſed non eſt eque albus ſicut ſortes. Poteſt etiam exponi propoſitio de comparatiuo affirmatiue ſumpto gramaticaliter ſic ſortes eſt albior platone ideſt ſortes eſt magis albus quam plato. Unde valde obſeruandum eſt in exponendo ꝙ terminus non diſtributus in expoſita non diſtribuatur in exponentibus. Quarto ſciendum ꝙ terminus ſignificans rem exceſſam ſequēs ſuperlatiuum ſupponit diſtributiue vt leo eſt fortiſſimus animalium. li animalium diſtribuitur. vnde propoſitio de ſuperlatiuo poteſt exponi affirmatiue ⁊ negatiue ſecundum ꝙ ſuperlatiuus poteſt teneri negatiue et affirmatiue. Et quando tenetur negatiue exponitur copulatiue per tres exponentes: quarum prima affirmat poſitiuum de re excedente. Et ſecunda eundem de re exceſſa. Et tercia negat vniuerſaliter exceſſum de re exceſſa per reſpectum ad rem excedentem: vt iſta Roſa eſt pulcherrimus florum: ſic exponitur negatiue Roſa eſt eſt pulcra omnis flos eſt pulcher: et nullus flos eſt pulcrior roſa: et dicitur iſte ſuperlatiuus pulcherrimus hic teneri negatiue: non ꝙ ſupra ipſum feratur negatio ſicut ſi diceretur non eſt pulcherrimus. Sed dicitur teneri negatiue eo ꝙ exceſſus ſeu forma comparationis negat̃ de re exceſſa reſpectu rei excedētis Sꝫ ꝓpoſitio de ſuperlatio affirmatiē tēto dꝫ expōi copulatiē ꝑ tres exponētes

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quarum prima affirmat poſitiuum de re
excedēte ⁊ ſecunda eundē de re exceſſa
et tercia affirmat exceſſuꝫ de re exceden
te per reſpectum ad rem exceſſam vni-
uerſaliter acceptam: vt iſta roſa eſt pul-
cherrimus florum ſic exponitur affirma
tiue. roſa eſt pulcra ⁊ omnis flos eſt pul
cher. et roſa eſt pulcrior omni flore. Et
dicitur ſuperlatiuus hic teneri affirma-
tiue quia forma ſm quam fit compara-
tio affirmatur de re excedente per reſpe
ctum ad rem exceſſam. Et iſta que dic-
ta ſunt debent intelligi de propoſitioni
bus de ſuperlatiuo in quibꝰ ponitur ge-
nitiuus pluralis quia ſi non ponatur ge
nitiuus pluralis. tunc ſolum debet expo
ni per duas exponentes. ⁊ debet obmit
ti ſecunda exponens: vt iſta ſor. eſt for-
tiſſimus homo. ſic exponitur ſortes eſt
fortis homo ⁊ nullus eſt fortior ipſo.
Et contradictorie tam propoſitionuꝫ de
comparatiuo ꝙ̄ de ſuperlatiuo debent
exponi per diſiunctiuas de partibus cō
tradicentibus. Contra predicta argu
itur primo ſic comparatiuus ⁊ ſuperlati
uus non ſunt dictiones cathegorémati
ce ergo non reddunt propoſitionem ex
ponibilem tenet conſequentia per diffi
nitionem propoſitionis exponibilis in
principio huius tractatus poſitam.

Secundo ſic iſta eſt de comparati-
uo fornicatio eſt melior adulterio et ta-
men non exponitur copulatiue per tres
exponentes: quaꝝ prima affirmat poſi-
tiuuꝫ de re excedente: ⁊ ſecunda eundeꝫ
de re exceſſa. ⁊ tercia affirmat exceſſum
de re excedēte reſpectu rei exceſſe quia
tūc ſic exponeretur: fornicatio eſt bo na
adulterium eſt bonum et fornicatio eſt
magis bona adulterio quod nō poteſt
fieri quia exponens eſt bona ⁊ exponen
tes ſunt falſe. Tercio ſic iſta eſt de
ſuperlatiuo: leo eſt fortiſſimus lincum ⁊
non exponitur ſecundum modum dictū
in quarta regula. ergo ipſa non eſt bene
poſita. Quarto ſic iſta eſt de ſuper-
latiuo affirmatiue ſumpto roſa eſt pul-
cherrimus florum: ergo male exponitur
tanꝙ̄ de ſuperlatiuo negatiue ſumpto.

Quinto ſic iſta eſt de ſuperlatiuo bea-
tus nicolaus eſt ſanctiſſimus: ⁊ non tamē
poteſt exponi aliquo modorum poſitorū
in textu. ergo quarta regula eſt inſuffici-
ens. Minor probatur primo quia nō po
teſt exponi per tres exponentes ſicut in
textu ſatis poteſt perpendi nec poteſt ex-
poni affirmatiue per duas: quia non ſe-
quitur nicolaus eſt ſanctus ⁊ ſanctior om
ni alio: quia plures fuerunt eo ſanctiores
nec etiaꝫ negatiue quia non ſequitur nico
laus eſt ſanctus ⁊ nullus eſt eo ſanctior.

Ad primum iſtorum dicitur ꝙ compa
tiuus ⁊ ſuperlatiuus equiualent ſincathe
gorematibus ratione alicuius proprieta-
tis in eis incluſe. Ad ſecundum dici-
tur ꝙ ille comparatiuus non tenetur ibi
proprie ſed magis abuſiue vt dictum eſt
in ſecundo notabili. modo de eo ſic accep
to non eſt hic ad propoſituꝫ. vnde iſta po
teſt ſic exponi: fornicatio eſt mala: adulte
rium eſt maluꝫ ⁊ fornicatio eſt minus ma
la quam adulterium. Ad tercium di-
citur. ꝙ illa eſt de ſuperlatiuo abuſiue cap
to de quo hic non intenditur quia com
paratiue et ſuperlatiue de hoc modo non
conceduntur nec a grammatico nec a logi
co quia non ſunt congrue. Ad quar-
tum dicitur ꝙ ipſa poteſt eſſe de ſuperla-
tiuo affirmatiue ſumpto et negatiue quia
ſi forma ſecundum quam fit comparatio
affirmatiue de re excedente reſpectu rei
exceſſe tenetur affirmatiue. ſed ſi negetur
de re exceſſa reſpectu rei excedentis tunc
tenetur negatiue. Ad quintum dici-
tur ꝙ ille ſuperlatiuus nō tenetur ibi pro
prie ſed magis abuſiue. iuxta ſecundum
moduꝫ dictuꝫ in primo notabili: poteſt tñ
iſta ⁊ ſibi ſimiles ſic exponi: nicolaus eſt
ſanctiſſimus id eſt nicolaus eſt valde ſan
ctus. ſed quia non requirit plures exponē
tes ad ſui expoſitionem. ideo de illa pe-
trus hyſpanus non facit mentionem.

Equitur de differt aliud ab

e Poſtꝙ̄ ſuperius autor determi-
nauit de exponibilibus de com
paratiuo ⁊ ſuperlatiuo. hic conſequenter
determinat de exponibilibus de differt a
liud ab ⁊ diuerſuꝫ. ⁊ finaliter de hoc ſig-
no totus: ⁊ primo de exponibilibꝰ de dif-
fert. aliud. ab. ⁊ diuerſuꝫ ꝙ̄ de totus quia
iſta differt. aliud. ab. ⁊ diuerſuꝫ ſoluꝫ con
ueniunt entibus. quia vt dicitur decimo
methaphiſice nec ens non enti: nec non
ens enti eſt ideꝫ vel diuerſum. Totus ve
ro poteſt atribui tam entibus ꝙ̄ non en-
tibus. ⁊ ideo patet ordo. Primo ſcien
duꝫ eſt ꝙ ad omnes propoſitiones de dif
fert: ſiue ſint affirmatiue ſiue negatiue tria
requirūtur. ſ. id quod differt. id a quo dif-
fert. ⁊ verbum denotans differentiam in
ter iſta. vt in iſta homo differt ab aſino.
homo eſt quod differt. aſinꝰ eſt id a quo
differt. ⁊ hoc verbuꝫ differt deſignat diffe
rentiam inter illa. vnde propoſitō affirma
tiua de differt exponitur copulatiue per
tres exponentes. in quaruꝫ prima affirma
tur hoc verbum eſt de eo quod differt. in
ſecunda affirmatur ideꝫ de eo a quo dif-
fert. ⁊ in tercia negatur id a quo differt ab
eo quod differt: vt iſta homo differt ab a
ſino. ſic exponitur. homo eſt. aſinus eſt. et
homo non eſt aſinus. Sed negatiua ex-
ponitur per diſiunctiuaꝫ de partibus con
tradicentibus vt iſta ſortes non differt ab
aſino. exponitur ſic ſortes non eſt: vel aſi
nus non eſt vel ſortes eſt aſinus. Se
cundo ſciendu ꝫ eſt ꝙ hoc ſignū totus po
teſt capi dupliciter. Vno modo cathego-
rematice: ⁊ hoc dupliciter. vno modo vni
uerſaliter pro omī illo quod habꝫ partes
Alio modo magis ſtricte ⁊ proprie ꝓ om
ni illo quod ex omnibus partibꝰ ſuis eſt
perfectum ita ꝙ totum hoc modo cathe
gorematice ſumptuꝫ ideꝫ eſt quod ꝑfec
tum. Alio mō capitur ſincathegorema-
tice prout. ſ. includit ſignuꝫ diſtributiuū
vt hic: totus ſortes eſt albꝰ. ⁊ totuꝫ hoc
modo ſumptum non dicit quale ſit ſub
iectum. ſed qualiter ſe habeat ſubiectuꝫ
ad predicatum: et hoc modo reddit pro
poſitionem exponibilem. Tercio ſci
endum ꝙ hoc ſignum totus ſincathego
rematice tentum diſtribuit terminuꝫ cui
adiungitur: ⁊ non diſtribuit pro partibꝰ
ſubiectiuis: ſed ſolum pro partibus inte
gralibus. ⁊ ſic illa propoſitio in qua po-
nitur hoc ſignuꝫ totus eſt equiualenter
vniuerſalis. Nam includit virtualiter
vnam vniuerſalem. vt iſta totus ſortes
eſt albus. tantum valet ſicut iſta queli-
bet pars ſortis eſt alba. Quarto ſci-
endum eſt ꝙ propoſitio affirmatiua de
hoc ſigno totus exponitur per vnam ca
thegoricam tranſmutando totuꝫ in hoc
ꝙ dicitur ſm quamlibet ſui partem: vt
iſta totus ſortes eſt minor ſorte. ſic expo
nitur: ſortes ſm quamlꝫ ſui pteꝫ eſt mi-
nor ſor. vel ſic quelꝫ ps ſor. eſt mīor ſor.
Et hoc eſt intelligenduꝫ duꝫ hoc ſignuꝫ
totus tenetur pure ſincathegorematice.
quia ſi teneatur partim ſincathegorema
tice et cathegorematice vt equiualet v-
ni ypotetice copulatiue iſta tota anima
intellectiua eſt in qualibet parte ſue ma
terie ſic exponitur anima intellectiua eſt
in qualibet parte ſue materie. et nihil ip
ſius eſt quod non ſit in ea. Contra
predicta arguitur primo ſic. differt. ali-
ud. ab. ⁊ diuerſuꝫ. conueniunt nonentibꝰ
ergo textus ſupponit falſuꝫ. antecedens
patet quia chymera eſt aliud ab aureo
monte. cum chymera habeat aliud eſſe
in ymaginatione ꝙ̄ mons aureus: mo-
do chymera et mons aureus ſunt non
entia. Secundo ſic fruſtra fit ꝑ plu
ra quod poteſt fieri per pauciora. Sed

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

pꝛopoſitiones affirmatiue de differt poſſunt exponi per cathegoꝛicam affirmatiuam de materia remota vt iſta homo differt ab aſino ſufficienter ſic exponitur homo non eſt aſinus. ergo et cetera.

Tercio ſic nulle ſunt negatiue de differt. ergo fruſtra datur hic modus exponendi eas. antecedens patꝫ quia maxime eſſent iſte homo non differt a rationali. ſoꝛtes non differt ab homine: ſed hoc non quia ille ſunt de eodem. quia bene ſequitur ſoꝛtes non differt ab homine. ergo ſoꝛtes eſt idem cum homine

Quarto ſic materia ſoꝛtis non eſt minoꝛ ſoꝛte. ergo iſta totꝰ ſoꝛtes eſt minoꝛ ſoꝛte: male exponitur per iſtam. quelibꝫ pars ſoꝛtis eſt minoꝛ ſoꝛtes. quia ſuppoſito ꝙ exponibilis ſit vera ſicut ab om̄ibus conceditur vera ꝑ falſaꝫ exponeret̄

Quinto ſic qualelibet et quantumlibet reddunt pꝛopoſitionem exponibilem. et tamen de illis autoꝛ non facit mē tionem: ergo eſt diminutus. antecedens patet quia iſta eſt exponibilis quodlibet qualelibet currit. Exponitur eniꝫ ſic quodlibet habens omnem qualitatem currit Ad pꝛimum iſtoꝛum dicitur ꝙ licet in non entibus adinuicem comparatis reperiatur idem et diuerſum ſecundum ymaginationem eo modo quo non entia ymaginari poſſunt: tamen in non entibus non reperitur idem et diuerſum in comparatione ad entia: quia non ens non dicitur idem vel diuerſum enti nec econtra. Ad ſecundum dicitur ꝙ non omnes affirmatiue de differt arguunt affirmationem de materia remota. et ideo non ſufficienter poſſunt exponi per ipſam. Ad tercium dicitur ꝙ licet omnes negatiue de differt ſint virtualiter de eodem non tamen foꝛmaliter: ſꝫ ſunt foꝛmaliter de differt. ⁊ ideo non debent dici de eodeꝫ ſed de differt

Ad quartum dicitur ꝙ li totus diſtribuit pꝛo partibus integralibus et nō pꝛo partibus eſſentialibus: cuiuſmodi eſt materia ſoꝛtis reſpectu ſoꝛtis.

Ad quintum dicitur: ꝙ hec ſigna qualelibet ⁊ quantumlibet non pꝛopꝛie faciunt pꝛopoſitionem exponibilem ſed faciunt diſtributionem abſolutam. ſicut iſta ſigna omnis et quilibet. ſed contrahunt diſtributionem ad aliquod genus determinatum. vt quantumlibet diſtribuit pꝛo quantitate continua. et tantum valet ſicut habens omnem quantitateꝫ continuam. et qualelibet diſtribuit pꝛo qualitate. et tantum valet ſicut habens omnem qualitatem. Dicitur vltra ꝙ autoꝛ ſolum determinat de illis exponibilibus in quibus eminebat maioꝛ difficultas in exponendo. Et ideo licet multa alia ſint reddentia pꝛopoſitionem exponibilem a pꝛius enumeratis. quia tamen iſta de quibus determinauit ſunt magis difficilia ad exponendum. ideo de ipſis ſolum determinauit: relinquendo alia ſincathegoꝛemata pꝛopoſitionē exponibileꝫ reddentia periciei legentis hec de expoſitione dicta ſufficiant.

Et in hoc finitur ſcriptuꝫ ſummularuꝫ Magiſtri Johannis verſoris pariſienſis doctoꝛis pꝛeſtantiſſimi.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

porquanto ñtra ofiste
en amar segundo que es
por el mandamiento [illegible]

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES